


GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 156, [1] - -


PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 156, [2] - -

PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 156, [3] - -

PUBLIC DOMAIN

Leibn. Marg. 156

Leibnitzens Hand S. 31.
S. 21.
S. 33

Niedersächsische
Landesbibliothek
Hannover

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 156, [4] - -

PUBLIC DOMAIN

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [5] - -
PUBLIC DOMAIN

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 156, [6] - -

PUBLIC DOMAIN

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 156, [7] - -

PUBLIC DOMAIN

p. 2

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 156, [8] - -

PUBLIC DOMAIN

Einhardus

EGINHARTUS

DE

VITA ET GESTIS

CAROLI MAGNI,

Cum Commentario

JOH. FRIEDERICI BESSELII

ET NOTIS

JOHANNIS BOLLANDI.

Accesserunt

MELCHIORIS HAMENVELTONIS GOLDASTI

Animadversiones ineditae

cum Variis DISSERTATIONIBUS

quarum Index in Praefatione exhibetur.

Curante

JOH. HERMANNO SCHMINCKIO.



TRAJECTI ad RHENUM,

Ex Officina GUILIELMI VANDE WATER,

Academiæ Typographi. cIↃ IↃ ccxl.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 156, [9] - -

PUBLIC DOMAIN



BIBLIOTHECA REGIA HANNOVERANA

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 156, [10] - -

PUBLIC DOMAIN

SERENISSIMO

AC

POTENTISSIMO

PRINCIPI ET DOMINO

DOMINO

CAROLO,

DEI GRATIA,

HASSIAE LANDGRAVIO

PRINCIPI HERSFELDIAE,

COMITI CATTIMELIBOCI,

DECIAE, ZIEGENHAINAE,

NIDDAE ET SCHAUMBURGI

PATRI PATRIAE

PIO FORTI FELICI.

DOMINO SUO CLEMENTISSIMO

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [11] - -
PUBLIC DOMAIN

SERENISSIME AC POTENTISSIME

PRINCEPS.

Vitam CAROLI, Imperatorum omnium, quos protulit Antiquitas, Maximi, Auguſto Tuo Nomini inſcribere auſus ſum, audaciae fateor plenum opus, quod, ſi ingenium tenue & eruditionis copiam admodum exilem ſpecto, facili negotio me a propoſito deterrere potuiſſet, ni grande nefas duxiſſem, Serenitati Tuae ea ſubducere, quae ipſum jus & ſumma aequitas Tibi vindicant. Cui enim, ſeu hos de Summi Imperatoris Vita Commentarios, ſeu me clientem Tuum conſiderem, hunc potius libellum conſecrarem, quam Tali Principi, qui non ſolum ex Auguſtiſſima CAROLI familia originem trahit, ſed & Nominis & omnium ejus virtutum ex aſſe haeres eſt? Exiguam quidem hic Scriptor Germanicae Hiſtoriae portionem attingit, ſed aetate fere omnes praecedit, & ideo non indignus, qui Tuo praeſidio in lucem novo ornatu prodeat, in quo ſi quid temere admiſerim, me totum clementiae Tuae committo. Continet autem res geſtas Magni

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [12] - -
PUBLIC DOMAIN

gni illius CAROLI, qui Mundi decus, Patriae Pater & Hoſtium terror fuit, cujus virtutes & Oriens & Occidens debita ſemper veneratione ac laudibus proſecuta eſt. In Deum pietate fuit inſignis, Religionem Chriſtianam ſanctisſime coluit, Aedes Sacras undique exſtruxit, Chriſtianos, ut quam ingreſſi eſſent ſalutis viam, pertinaciter tenerent, ſuo exemplo confirmavit, & contra omnes veritatis hoſtes acriter defendit, erga hoſtes erat miſericors, in omnes clemens & juſtus, in bello manu promtus & virtute fortunam aequabat: nemo enim plurium in Europa gentium unquam victor fuit, ita ut judicare difficile ſit, utrum virtus bellica, an felicitas in eo major fuerit. Nec vero belli ſolum, ſed & pacis artibus illuſtris erat, ſtudium enim bonarum literarum, quae illo aevo tenuia ſui veſtigia reliquerant, & ſe quaſi caligine abdiderant, miro exemplo revocavit, quas ut ex tenebris in claram lucem produceret, Scholas erexit, Academias condidit, & Doctisſimos undique liberalium artium Doctores evocavit, quos contra Barbarorum inſcitiam & inſultus defendit, rara largitate fovit ac ſummis honoribus ornavit, ita ut nil magis quam literas, quae neglectae, abjectae ac barbarie plane obfuscatae erant, erigere & illuſtrare in votis habuerit. Quis non, PO-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [13] - -
PUBLIC DOMAIN

DEDICATIO.

TENTISSIME PRINCEPS, admirabilium harum Maximi CAROLI virtutum vivam hodie in Te cernit imaginem, quas raro exemplo aemularis ac felicisſime exprimis? Si enim Religionem ſpectemus, quis unquam majori ardore & ſtudio erga eam, quam SERENISSIMI Tui Majores flagrarunt? quos omne periculum & injuriam potius perpeti, quam a recto veritatis tramite diſcedere voluiſſe, nobis illorum temporum memorant Annales. Hoc praeclarum Parentum Tuorum inſtitutum magno quotidie imitaris fervore: teſtes ſunt ſaluberrimae Tuae in patria ſanctiones, quibus omnem coërces impietatem, & ne vera Religio quicquam detrimenti capiat, ſapientisſime provides. Quot non aedes ſacras vetuſtate collapſas, vel incendio conſumtas inſtauras, imo quotidie novas exaedificas? Quem non officii ſui erga Deum, tot pietatis argumenta Patris noſtrae Patriae admonerent? Et quem non debitas Tibi acerrimo Religionis Defenſori referre gratias incitarent? Communem Te, SERENISSIME PRINCEPS, ſi purioris Religionis cultorum Patrem ac refugium appellarem, nemo me jure credo reprehendet. Teſtantur id Galli a veritatis hoſtibus ex patria ejecti, quos in ſinum Tuum clementisſime recepiſti, foves ac variis quotidie adhuc beneficiis cumulas. Quis non,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [14] - -
PUBLIC DOMAIN

non, ſive civis ſive peregrinus ſingularem Tuam in ſe clementiam expertus eſt? In pauperes benignitatem, in obſequentes humanitatem, in impios ſeveritatem ac vindictam, in afflictos miſericordiam quotidie exerces. Et nemo eſt, qui ignoret promtam Tuam Fortitudinem, quam Galli jam olim vinci neſcii magno ſuo malo experti ſunt. Rhenus celeberrimus ille amnium victoriarum Tuarum certiſſimus teſtis eſt, & quid Rhenofelſa vindicata Germania omnis Tibi debeat, merita laude ſerae poſteritati narrabit. Etſi vero CLEMENTISSIME PRINCEPS totum fere Te bellicae artes vindicent, publicis tamen negotiis ſubceſivas horas ſubducere amas, quibus Te ad liberales artes & ſtudia recolenda confers. Teſtes tenerrimi Tui in liberales artes amoris ſunt Italia, Gallia, Hollandia & Germania, ex quarum gremio Doctiſſimos Mathematicos, Expertiſſimos Machinarios, omniumque artium Clariſſimos Doctores Tibi collegiſti, quos ſingulari favore & prolixiſſima benignitate in dies obſtringis. Quot non Scholas, Gymnaſia & Academias inſtauras, erigis & luculentis commodis ornas? Illuſtris illa, in qua Juventutis Principes & Nobilitatis flos literis & armis tractandis exercetur, palaeſtra, quam nuper in Metropoli Tua bonis avibus aperuiſti, egregie teſtatur, cui ne

ſolo

ſolo corporis robore firmentur Juvenes, Clariſſimos omnium artium Profeſſores adjicere decreviſti, ut generoſos Nobilium animos forment, varia eruditione excolant, ac Tanto Principe dignos reddant; quod ex ſolo in literas favore & ſingulari in populares clementia profectum eſſe, omnes mecum fatentur. Neque vero hic ſubſiſtis, ſed Auguſtum CAROLUM familiae Tuae SERENISSIMAE Auctorem, & in reliquis proſpero imitaris ſucceſſu. Cum enim ille Majorum ſuorum res geſtas cognoſcere unice in deliciis haberet, eumque in finem omnia vetuſtatis monumenta colligeret, & ab interitu conſervaret, Tu quoque, POTENTISSIME PRINCEPS, hac in parte quicquam in Te deſiderari noluiſti: quot enim non rariſſima numiſmata & vetuſtatis rudera inſtructiſſimo Tuo nummorum theſauro intuliſti? Et ne multa, exſtant enim plurima, hujus rei teſtimonia in partes vocem, nuper hujus ſtudii praeclarum ſpecimen prodidiſti, cum indicio quorundam ad te delatum eſſet, ad auriferae Adranae ripas veterum Cattorum reliquias & cineres eſſe conditos, Tu nullis ſumptibus parcendum, nullum laborem remittendum decreviſti, donec plurima antiqui aevi monumenta & urnas effoſſas Tibi operae attuliſſent, quae certiſſima nobis argumenta praebent, ſitam eo in loco Cattorum Ca-

Caput *MATTIVM* fuisse. Cum itaque benevoli Tui in literas earumque cultores favoris quotidie nova edas signa, eo inductus, Tibi has studiorum meorum primitias Eginharto impensas, ea qua par est observantia, in grati ac pii erga Te Patrem Patriae animi argumentum offerre mecum constitui, quas etiam jure in Clientes Tuos dominii juste asserere potes. Cui enim tutius ac certius me & libellum hunc commendarem, quam Tibi, CLEMENTISSIME PRINCEPS, qui venerandas has summi Principis Virtutes felicissime imitaris? Impius essem in manes Beatissimi Eginharti mei, si eum in CAROLI Palatio enutritum, nunc cura mea illustratum, non in SERENISSIMI, qui se ex Tanto Imperatore descendisse vera virtute probat, Principis penates introducerem: Tuo enim solum praesidio ab omnibus malevolorum insultibus se liberum ac tutum fore credit, quae spes ne eum fallat, ea qua decet reverentia & obsequio rogo atque oro, ut salva ejus permaneat memoria, qui CAROLI omnium Imperatorum Maximi vitam salvam nobis esse voluit. Me denique supplex Tuae Clementiae commendo, & Deum T. O. M. enixis precibus veneror, ut Tibi, SERENISSIME ac POTENTISSIME PRINCEPS felicitatem CAROLI AUGUSTI largiatur, & Te cum SERENISSIMA Tua

 Fa-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [17] - -
PUBLIC DOMAIN

DEDICATIO.

Familia ſalvum ac incolumem non in hunc ſolum, cujus auſpicium Tibi felix ac fauſtum precor, ſed & plurimos alios annos conſervet, in ſui Nominis gloriam, literarum incrementum et Patriae ſalutem. Hoc ex animo vovet

POTENTISSIME ET CLEMENTISSIME
PRINCEPS

SERENITATIS TUAE

Devotiſſimus Cliens
JOHANNES HERMANNUS SCHMINCKIUS

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [18] - -
PUBLIC DOMAIN

PRAEFATIO

BENEVOLO LECTORI S.

Eginhartum cura mea non nihil illuſtratum nunc tibi exhibeo, ad cujus lectionem antequam te admittam, paucis praefari volui, quibus ſubſidiis inſtructus, hanc editionem aggreſſus fuerim. Velim igitur ſcias, me omni ſtudio id operam dediſſe, ut textus quam emendate prodiret, quem in finem illum cum variis Editionibus, quas in earum catalogo hic praefixo aſteriſco notavi, & MSS. ſtudioſe contuli. Horum primum ſervatur in Collegio Cajogonvillenſi apud Cantabrigienſes literis ſat antiquis in pergameno ſcriptum, cujus variantes lectiones mihi procuravit Vir Pl. Rev. Johannes Gordon, nuper V. D. apud Mietavienſes Interpres, νῦν ἐν ἁγίοις. Secundum eſt Lugdunenſe etiam in membrana exaratum, quod beneficio Viri Celeberrimi Jacobi Gronovii in Bibliotheca publica inſpexi, & cum Caiogonvillenſi, notante id etiam docta manu in fine hujus Codicis, in easdem fere conſpirare lectiones deprehendi. Tertium in pergameno adſervat Bibliotheca Bodlejana apud Oxonienſes, cujus diſcrepantes ab editis lectiones mihi ſuppeditavit Vir Cl. Johannes Joachimus Schröederus, amicus meus à longo tempore ſuaviſſimus, qui & nonnulla ex MS. Sionenſis Collegii apud Londinenſes minime contemnenda excerpſit. Quartum eſt Caſſellanum itidem membranaceum, quod ex autographo deſcriptum mihi Cl. Haumannus Sereniſſimo Noſtro Landgravio ab Antiquitatibus & libris tranſmiſit. Praeter haec etiam Chronicon MS. Bibliothecae Trajectinae in pergameno exaratum, quod varia hinc inde ex Eginharto complectebatur excerpta, & illos Scriptores, qui in rebus geſtis Caroli Noſtrum ad verbum exprimunt, conſului, quorum ope ſaepenumero illi genuinam lectionem vindicavi ac magis confirmavi.

His cum intentus eſſem, Doctiſſimus Alkemade, indefeſſus Antiquitatum Patriae ſuae ſcrutator, per literas mihi nuntiat, ſe inter ſchedas Scriverianas notatum obſervaſſe τὸ αὐτόγραφον Eginharti in Bibliotheca Epternacenſis Monaſterii ſervari, quapropter omni ſtudio & labore in rei hujus veritatem inquirere coepi, utpote pro-

be gnarus, nihil magis huic editioni proficuum futurum, quam si hic de Vita Caroli Commentarius ex ipsius Eginharti manu exarato codice describeretur. Imploravi igitur auxilium Viri Illustrissimi Gisberti Cuperi, an forte ejus auctoritate, qua apud omnes Europae Eruditos valet, hunc thesaurum ex tenebris in lucem proferre possem, nec plane me spes fefellit, scripsit enim ea de re ad Illustrissimum Busse Nuntium Romani Pontificis apud Ubios, qui in gratiam Eginharti apographum ex MS. si adsit, mecum communicare promisit. Cum vero adhuc nil certi hoc de Codice ad me pervenerit, & ipse Illustrissimus Legatus in literis suis de veritate hujus famae dubitare videatur, non injuria vereor, rumorem illum, qui de hoc autographo ad Scriverium perlatus est, vanum fuisse, praeprimis cum nec ipsi Celeberrimi Actorum SS. Editores apud Antwerpienses, qui multa praeclara ex gremio hujus Bibliothecae protulerunt monumenta, nuspiam, quantum meminerim, hujus thesauri in scriptis suis mentionem faciant, quod procul omni dubio in sua hujus Commentarii vel Historiae Translationis SS. Marcellini & Petri editione praestitissent, si tale κειμήλιον dicta in Abbatia asservaretur. Sed examinent hoc alii, quibus MSS. illius Monasterii evolvere licet.

Textui subjeci elegantissimum V. C. Johannis Friederici Besselii in hanc Vitam Commentarium, quem, cum diu frustra in Belgio quaesivissem, tandem Cl. Hasaeus ex Venerandi Egelingii Reipubl. Bremensi à Secretis Bibliotheca in usum meum transmisit. Huic adjunxi doctissimas Johannis Bollandi, Viri e S. J. Clarissimi annotationes ad vitam S. Caroli XXVIII. Januarii conscriptas, quas quidem integras describere primo mecum constitueram, sed cum deprehenderem eadem aliquando utrumque tradere, hanc editionem magis commendaturam putavi, si integrum exhiberem Besselii Commentarium, & ea ex Bollando tantum excerperem (quamvis pauca omissa sint) servatis iisdem plane verbis, quae praefatis animadversionibus deesse, & Eginhartum magis illustrare viderentur. Addidissem forte & Helwigii observationes, quas nobis memorant Lipenius & Teisserius, sed nuspiam illas invenire potui. His accedit spicilegium, quod post Virorum Cl. optime de Eginharto nostro meritorum labores collegi, in quo Historicorum Germaniae Parentem illustrare & contra alios defendere conatus sum; si forte

co

eo in labore à via aberraverim (homo enim sum, & humani nihil à me alienum esse scio) amice me moneas rogo, non enim tantum mihi sumo, ut me ubivis praefixum in explicando hoc Scriptore scopum satis feliciter attigisse putem.

Tandem sequuntur doctissimae, diuque expetitae Nobilissimi illius Polyhistoris Melchioris Hamenveltonis Goldasti in Eginhartum animadversiones, quas MStas in gratiam hujus editionis mecum communicavit Vir Celeberrimus Petrus Burmannus, Praeceptor ac Patronus aeterno observandus officio, cui pro hoc & multis aliis mihi exhibitis beneficiis, ea qua decet pietate ac reverentia, nunc publice gratias ago. Descriptus hic Commentarius videtur à librario imperito, siquidem in pluribus locis ita corruptus erat, ut saepius ne divinando quidem Goldasti mentem assequi potuerim. Hinc studiose in αὐτόγραφον inquisivi, quod bonis avibus in Bibliotheca Bremensi per Cl. Hasaeum detexi, qui pro mutua inter nos amicitia MS. meum cum Codice Goldasti manu exarato comparavit, atque illius ope plurima intricatissimae scripturae ac proin sensus loca explicavit ac restituit, exceptis paucis, quae in Bremensi Codice deerant, Goldastus enim observationes suas schedis hinc illinc affixis inscripserat, quarum nonnullae temporis injuria perierunt. Testimonia saepiuscule Commentator noster profert, quae propter librorum, unde depromta, penuriam inspicere non potui, nam plurima ex MSS. vel prorsus ineditis vel editis longe auctioribus descripsit, quae cum nonnulli ex recentioribus Scriptoribus non recte perpenderent, perperam malae fidei Goldastum accusarunt, ut pluribus demonstrari posset, si hujus loci foret. Ne vero temere Auctori nostro affingatur quicquam, κατὰ πόδα scripturam codicis mei secutus sum, nec ab ea uspiam discessi, nisi apertum errorem librarii ex laudati Scriptoris collatione deprehendissem. Monendus tamen hic eris, non statim pro vitio typographico habendum in notis ad Eginhartum scriptis, seu textui subjectae, seu in fine annexae sint, quod à communi linguae latinae constructione recedit, sic enim fandi mos, sic scribendi consuetudo erat medii aevi Scriptorum, cujus rei exempla, cum hoc in opere passim obvia sint, hic in partes vocare supersedeo.

Desideravit has Goldasti animadversiones jam suo tempore Celeberrimus ille Freherus, qui in literis suis eum frequenter ad illa-

rum editionem admonuit, ſed nunquam, quod meminerim, typis deſcriptae ſunt, licet id Barthius & Lipenius innuere videantur, ille Libro XLVI. Adverſ. c. 2. quando ait: *Audio poſt haec ſcripta* (in Ferium Helpericum) *Eruditiſſimum Goldaſtum edidiſſe notas in hunc Scriptorem, ut & Eginhartum, cui ut homini ſagaciſſimo ac doctiſſimo, praetereaque amico, libenti animo, quicquid fortaſſe ei occupatum attigi, reſcribo, nam librum ipſum ubique quaeſitum invenire non potui.* Hic in Bibliotheca ſua Philoſophica, cum inter alias memorat editionem Helperici & Eginharti Aureliae anno 1600. à Goldaſto curatam, cui non nemo has notas adjectas fuiſſe conjicere poſſet. Sed ut omne animo tuo hac de re eximatur dubium, ipſum quaeſo Goldaſtum inſpicias, qui aperte in dedicatione his animadverſionibus praefixa teſtatur, abſolutum demum laborem ſuum Eginharto impenſum anno 1601. IV. Eid. Sextil. quae ſi vera, uti veriſima, qua ratione hae obſervationes, quas nunc in lucem proferimus, editioni priori anno impreſſae adjici potuerunt? Egregia ſunt, quae ſcribit Freherus ad Goldaſtum, ex cujus literis clare demonſtrari poteſt, Nobiliſſimi hujus Hiſtorici laborem ſeptimo poſt decantatam editionem Aurelienſem nondum prodiiſſe, quicquid etiam reclament alii, ſic enim ille ad Goldaſtum ſcribit Epiſt. 155. Edit. Thulemar. data anno 1607. *Cum Einharto tuo an junges ejusdem narrationem de Translatione SS. Marcellini & Petri, ſcire cupio.* Sed videor mihi fontem, unde haec Goldaſti ſecundum Lipenium editio manarit, invenisſe, deceptus videlicet hac in re fuit catalogo nundinali (ab hoc errore eum non alienum eſſe, omnes norunt) in quo Commentator noſter ſe Ferium Hilpericum & Eginhartum editurum promiſerat, ut videre licet ex Epiſtola Freheri 44. Edit. Thulemar. qui diſerte meminit catalogi nundinalis, ſic autem ait: *Einhartum tuum modis omnibus adjutum ibo; habes ecce, quae in illo & ego obſervata & comperta habeo. Quo autem deſiderio exſpectem non Einhartum tantum illum à te reſtitutum & ornatum, ſed caetera quoque, de quibus catalogus nundinalis ſpem facit, Ferii Helperici, Idacii, Fredegarii verbis exprimi non poteſt*; verum nunquam in lucem produxit. Ad hanc conjecturam firmandam non parum facit, quod nullus Virorum Eruditorum ſe hanc ἔκδοσιν inſpexisſe teſtetur. Et ſane, non eſt veroſimile Freherum admoniturum fuiſſe Goldaſtum ad parandam novam hujus libelli editionem, ſi quaedam anno priori i. e. 1600. ab ipſo ornata prodiiſſet,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [22] - -
PUBLIC DOMAIN

set, quam sine omni dubio in observationibus suis diu post Aurelienſem editionem conscriptis citasset, si res ita sese haberet, quemadmodum Lipenius nobis persuadere cupit.

Goldastum excipit Doctissimum Marquardi Freheri Φιλοπόνημα de Statura Caroli M. cum florum sparsionibus & notis H.G. Thulemarii satis uberibus, quod insigni in literas affectui Celeb. Fabricii debeo. Huic eruditam de sedibus & lingua priscorum Francorum dissertationem, ac lectu dignissimam Perillustris Comitis à Nuenare ad Carolum V. Imperatorem dedicationem, cum Variantibus nonnullis MSS. lectionibus adjunxi.

Cum vero ad Scriptoris famam vitae ejus cognitio maxime conducat, Dissertationem de Vita & Scriptis Eginharti huic editioni praefigere visum fuit, in qua elaboranda multis cum fabulis ac crassissimis tenebris colluctatus sum, hinc saepenumero conjecturas, cum certa me defecerint argumenta, in partes vocavi, quas aequi lectoris judicio permitto.

Imaginem Caroli M. hic adjunctam delineare curavi ex libro rarissimo Tristani vulgo dicto *Traite du Lis*, quem ex instructissimo suo librorum penu Vir Illustrissimus, Gisbertus Cuperus mecum communicavit. Hujus ἀρχέτυπον ex auro conflatum hodie servatur in thesauro Regio S. Dionysii apud Parisienses, & Regibus Francorum inaugurandis loco sceptri in manus datur. Sunt quidem plures aliae Caroli M. effigies, quas conjunctim edere promiserunt Celeberrimi Actorum SS. Editores Antwerpienses ad Vitam Bonifacii V. Junii p. m. 459. sed haec alias, quotquot ad notitiam meam pervenerunt, superare & memoranda sua inscriptione se praeceteris commendare visa est, quamvis non ignorem ad aetatem ipsius Caroli non assurgere. Utinam ad manus fuisset illa Caroli imago, quam Schobingerus Goldasto nostro ad exornandam Eginharti sui editionem promiserat, de qua sic testatur Epist. 58. Edit. Thulemar. *Ea* (effigies) *ad exemplum genuinum, quod Aquis Sextiis in Reipubl. Archivo asservatur, depicta, à Regnero Rulando 7. C. amico meo singulari dono mihi nuper missa est.* Sed ea forte injuria temporis deperdita, hac nos contentos esse oportet.

Majorem longe spirant antiquitatem Nummi hic ad vivum expressi, quorum primus & elegantissimus V.C. Egelingium, reliqui Doctissimum Van Engelen M. D. expertissimum, Dominum agno-

agnoſcunt. Horum novem inventi ſunt non longe à Curia hujus Urbis, cum ante paucos annos vetus foſſa vulgo de *Oude graet* ampliaretur, inter quos nonnulli à Carolis, Ludovico, Lothario, Pipino cuſi ſunt, ſed an omnes illi, qui Caroli nomen proferunt, ad Magnum κατ' ἐξοχὴν ſic dictum referendi ſint, affirmare nolim, ſi tamen quis aliter ſentiat, me repugnantem non habebit, tot enim in Regno Franciae Caroli, Imperatores & Reges, faciunt, ut vix ac ne vix quidem rite inter ſe diſcerni queant. Licet vero nihil certi de iis proferri poſſit, hic tamen delineare volui, ut illi, quibus ipſa inſpiciendi nummorum archetypa non datur copia, in ectypis habeant, quo ſeſe delectent.

Haec ſunt B. L. quae de Eginharti mei editione praefanda habui, in qua ſi quid praeſtiterim, id adſcribas rogo ſummae Virorum in Republ. literaria Illuſtriſſimorum ac Celeberrimorum erga me benevolentiae, qui ſua opera & conſilio pro innato in literas amore mihi deeſſe noluerunt, literis enim ſuis eruditiſſimis & libris, quotquot ad rem meam facerent, me benigne, & ultra quam peregrinis in terris verſans ſperare auſus vix fuiſſem, adjuvarunt. Quae beneficia cum maxima ſint, non potui non, imo debui, ne ingrato exhibita videantur, publice animum eorum debita reverentia memorem teſtari. Vale & conatui noſtro fave. Dabam Trajecti ad Rhenum XII. Kal. Februarii. CIↃ IↃCCXI.

DIS-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [24] - -
PUBLIC DOMAIN

DISSERTATIO HISTORICA
DE
VITA ET SCRIPTIS
EGINHARTI.

Inter Celeberrimos Medii Aevi Scriptores merito censendus est Eginhartus, Vir & eruditione varia & prudentia civili insignis ; cujus res gestas conscribere nunc aggredior, opus quidem varium & admodum difficile, quod rite exequi, nec monumenta ad id necessaria, nec vires, quas tenues esse probe mihi conscius sum, sufficiunt. Conabor attamen Vitam ejus multis involutam fabulis explicare, ne ejusmodi tenebris prorsus obtuscetur. Quapropter omnes fere excusi Scriptores, qui, sive data opera, sive ἐν παρόδῳ, de Eginharto quicquam literis mandarunt, ut illorum ope & subsidio instructus, eo certius in hac dissertatione enarrare queam, qualis fuerit Scriptor noster. In ea autem tria praecipue pertractare mecum constitui,

I. Veram Nominis ipsius scribendi rationem.
II. Vitam ejus Domesticam.
III. Scripta ejus.

Nomen Eginharti à multis retro seculis & in scriptis & in impressis codicibus varias passum fuit corruptiones & mutationes, quas haud incommode quisquam ad duas classes referre posset, ortae enim sunt variantes hujus nominis lectiones, vel ex integra voce *Eginhartus*, vel ex contracta *Einhartus*. Ex priori descendunt : *Aeginhartus*, *Eghinardus*, *Eguinarthus*, *Agenardus &c.* ex posteriori: *Einchardus*, *Enchardus*, *Enhardus*, *Emhardus*, *Eynardus*, *Ainardus*, *Heinardus &c.* Sed licet variis hisce formis Auctoris nostri nomen maxime depravatum sit, praeferendum tamen illud quod fons & origo aliorum, videtur, tale vero procul omni dubio est τὸ *Eginhartus*, utpote nomen integrum, ex quo deinceps pro varia cujusve gentis dialecto variantes illae lectiones originem suam hausisse videntur. Postea ex integro illo nomine nonnulli, per crasin, more eo aevo praeprimis consueto, suum *Einhartus* fabricarunt, quales contractiones non solum hoc, sed & infinita alia, & Regionum & Urbium & hominum nomina, suo damno

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [25] - -
PUBLIC DOMAIN

mno ſubierunt. Sic Eginoldus Abbas Gorzienſis vocatur in ſcriptis libris *Agenoldus*, *Agenaldus* & *Einoldus*. Meginradus Eremita appellatur *Meinradus*, *Meinardus* & *Meinradus*. Comitatus qui *Reinſtein* hodie, *Reginſtein* olim dictus fuit. Occurrunt etiam ſimilia & eadem fere nomina, quae eandem patiuntur craſin, ex. gr. ex *Meginhardus* fit *Meinhardus*, *Meinardus*, ex *Reginhardus*, *Reinhardus*, *Reinardus*, ex *Reginbrantus*, *Reinbrantus* & ſexcenta talia. Et in vetuſtiſſimis MSS. integra ſervantur nomina, quae à recentioribus contracte proferuntur, ſic in Codice Carolino fere ſemper *Reginaldus* non *Reinaldus* legitur. Quem vulgus *Reinfredum*, Paulus Diaconus *Reginfredum* vocat. Integrum igitur nomen contracto antiquius, ac proin praeferendum eſſe, quis dubitabit?

Suſpicari etiam non injuria forte quisquam poſſet, ortam illam craſin ex ignorantia librariorum male intellecto literarum ductu inter ſe vicinas admodum ſibi in antiquis MSS. literas (*g*) & (*y*) confundentium, quod ſuperius plane clauſa non eſſet, cum enim in Codd. ſuis ſcriptum obſervarent Eynhartus i. e. Eginhartus, confinxerunt inde Eynhartus, quia illud (*g*) aliquo modo ſupra apertum (*y*) referebat, & (*i*) à ſequenti (*n*) abſorptum fuerat, quod ſaepiſſime fieri in MSS. apud omnes in confeſſo eſt. Hinc vulgatum Scriptoris noſtri nomen ſervare malui, quod ſua auctoritate & conſenſu plurimi ex Republ. literaria Viri Celeberrimi mecum agnoſcunt & confirmant.

Utinam non majore difficultate laboraret Vita Eginharti domeſtica, haec enim tam obſcura ac incerta eſt, ut quid de ea affirmes vel neges, plane neſcias. De Parentibus ejus, loco natali, pueritia, adoleſcentia, vegeta aetate ac morte, merae tenebrae ſunt. Germanum eſſe novimus, verum ubi in vaſta illa tunc temporis regione lucem adſpexerit, non aeque conſtat, quamvis Viri Doctiſſimi Freherus & DuCheſnius aliique eum in Francia Orientali circa nemus Ottonicum natum eſſe putent. Qua ex familia originem ſuam duxerit, omnes mecum ignorant, ingenuam tamen cum Goldaſto noſtro crediderim, ſiquidem deterioris longe conditionis tunc temporis ſervi erant, quam ut tantis honoribus, ſicut Eginhartus, afficerentur. Puerum Carolus M. in aula nutrivit, ut ipſe in hoc libello teſtatur, adultumque variis beneficiis ac honoribus ſibi obſtrinxit, ſed tempus, quo id factum ſit, etiam incertum eſt, novimus quidem eum

anno

anno 806. ad tantam pervenisse aetatem, ut administrandis rebus publicis praefici potuerit, (eo enim anno ab Imperatore Romam missus est cum testamento, quo Regnum inter liberos suos diviserat, ut à Papa confirmaretur) sed quis hinc de aetate ejus certi quicquam efficiet?

Licet vero certum sit, eum in aula Caroli varia administrasse officia, ignoramus tamen plane, cui muneri primum praefectus fuerit, & per quos gradus ad summum honoris fastigium ascenderit. MSS. Caesareum & Sionense illum in inscriptione hujus libri vocant *Capellanum*, seu ut hodie loquimur, *Secretarium*. In fragmentis Odilonis Monachi *Palatii Regalis Domesticus* fuisse dicitur. In Chronico Suarzachensi & Laurishamensi *Archicapellanus*, qui scribis Regiis praeest, & à Trithemio *Cancellarius* nominatur. Verum si summum hunc honoris gradum in aula Caroli & Ludovici obtinuit, miror maxime Hincmarum ejusdem fere aetatis Scriptorem nullam in descriptione Archicapellanorum Regum Franciae Eginharti, Viri tunc temporis Clarissimi, mentionem facere, quando ait: *Tempore Pipini & Caroli hoc ministerium* (ArchiCapellani) *consensu Episcoporum per Fulradum Presbyterum, tempore etiam Caroli per Engelrammum & Hildibaldum, tempore denique Ludovici per Hilduinum Presbyterum, & post eum per Fulconem iterum Presbyterum, deinde per Drogonem exstitit hoc ministerium executum.* Ni idem cum Angilberto fatum eum sensisse velimus.

Praefectus etiam fuit à Carolo exstruendis aedificiis regiis, cujus muneris memoriam nobis conservavit Walahfridus Strabo, quando de *Einhardo Magno* apud Quercetanum sic canit:

Nec minor est Magni reverentia Patris habenda,
Beseleel fabre primum qui percipit omne
Artificum praecautus opus, sic denique summus
Ipse legens infirma Deus, sic fortia temnit
Magnorum, quis enim majora receperat unquam,
Quam radiare brevi nimium miramur homullo.

Plura alia praeter haec administrasse officia, singularis favor, quo eum Carolus complexus est, nos dubitare non permittit, quamvis ea propter defectum monumentorum enarrare nequeamus.

Tantis ornatus honoribus & beneficiis, *Immam* uxorem eximiae virtutis, natalibusque procul omni dubio claram, ducere coepit, quam Lupus Abbas Ferrariensis in literis suis vocat *Nobilissimam, Venerabilem*

lem foeminam. Cujus haec Imma filia fuerit, non idem omnes sentiunt: Chronici Laurishamensis auctor illam Caroli M. filiam fuisse nobis persuadere conatur, & lepidam de ejus matrimonio cum Eginharto narrat fabellam, quasi furtivo operam dederint amori, & illa per nivem humeris amasium suum ex aula, Patre, id illis insciis, observante, deportaverit, quae res ne in pejus abiret, Carolum Cancellario suo dedisse Immam portatricem suam in uxorem ac variis neonuptos cumulasse beneficiis.

Sed hactenus abs me impetrare non potui, ut narrationi hujus Chronici subscriberem, varia enim in illo occurrunt argumenta, quae fidem Auctoris ejus subleſtam facere videntur, ex. gr. quando in principio libri sui narrat, Eginhartum donasse cellam Michlenstat monasterio Laurishamensi *sub piissimo Principe Carolo M.* ast in fine tradit, quod Ludovicus primum *praedia sua Michlenſtat & Mulenheim post obitum Patris sui* Eginharto donaverit. Si ergo Auctor noster haec loca primum sub Ludovico Imperatore accepit, ut ipse agnoscit, & in Charta traditionis factae Laurishamensi coenobio anno VI. Ludovici Pii, & in Historia Translationis Marcellini & Petri, quando ait: *Quam* (cellam Michlenstat) *nobis glorioſisſimus Princeps Dominus Ludovicus Imperator largisſima liberalitate concesſit, & de jure suo in noſtrum ſolenni donatione tranſtulit*, qua ratione haec cella Michlenstat Laurishamensibus *sub Carolo M.* ab Eginharto donari potuit, quam post mortem Caroli à Ludovico primum ut vidimus accepit? Non igitur sibi constat Scriptor illius Chronici, quisquis ille sit. Praeterea (observante id etiam Baronio) narrat Immam hanc Regi Graecorum desponsatam fuisse, quod aperte falsum, nullus enim Scriptor Carolo aequalis ea de re quicquam prodidit, desponsaverat quidem Imperator primogenitam suam Rothrudim Constantino, sed verum matrimonium inter eos non intercesit, quod Graecorum Imperator, Armenam sibi jungens puellam, irritum reddiderat. Quis igitur credat silentio praeprimis Veterum Carolum, spreta à Graecis primogenita, nunc & aliam filiam ipsis desponsasse? Dices vero Immam hanc & Rothrudim unam eandemque esse, licet diversis insigniantur nominibus, saepissime enim & Viros & foeminas binomes fuisse. Fateor nodus ille hac ratione facili negotio solvi posset, modo non utriusque vitae terminus nos aperte doceret eas fuisse diversas, Rothrudis enim ante obitum Patris, Imma vero diu post decesit,

cesſit, ut una eademque Caroli filia ſalva temporum ratione eſſe nequeat.

Et ſane, ſe ipſam prodit haec fabula, modo eam penitius inſpiciamus ac perpendamus, qua mirum in modum delectati ſunt otioſi illi homines, ut non ſolum Carolo M. ſed & Henrico III. Impp. tribuere auſi ſint. Vide Vincentii Beluacenſ. Speculum Hiſtoricum & Bekam in Bernulpho. Si conjecturae locus, crediderim hanc fabulam fictam in Monaſteriis, quae Eginhartus vel fundavit, vel variis beneficiis cumulavit, quorum incolae, ut eo nobiliorem efficerent originem ſuam, poſteris perſuaſerunt (peſſimo tamen exemplo) conditorem ſuum beneficentiſſimum fuiſſe generum Magni illius Caroli, à longis enim retro ſeculis inter mortales obtinuit, ut initium vel auctorem alicujus rei ad ſummam antiquitatem & majorem, quam fuit, nobilitatem referrent, hinc fabuloſae illae origines Gentium, Urbium, Monaſteriorum familiarum, &c. procul omni dubio natae ſunt. Ne autem ipſe Eginhartus hanc fabulam confutare videatur, quando narrat, Carolum admodum fuiſſe difficilem in elocandis filiabus, commenti ſunt (ac ſi magnus hinc in Auctorem ſuum redundaret honor) illum ſibi amore furtivo Immam conciliaſſe, ita ut Pater quaſi coactus Cancellario ſuo praefatam filiam, ne turpiſſima inde familiae ſuae inuratur macula, deſponſaverit. Quis Veterum hoc tradidit? de Laurishamenſis enim longe recentioris Chronici fide merito in rebus, quae diu ante ſe geſtae ſunt, dubitatur.

Praeterea hujus hiſtoriae falſitas exinde etiam apparet, quod fabulae illius Patroni inter ſe non conveniant, an Imma Caroli filia legitima vel naturalis fuerit, & ex qua conjuge vel concubina hanc ſuſceperit, quidam enim Hildegardae liberis annumerant, ut ad Cap. XVIII. hujus de Vita Caroli Commentarii notavit Beſſelius, ſicet nec ipſe Eginhartus, nec Paulus Diaconus Immam inter eos memorent. Nulla autem ratio dari poterit, quare uterque (cum eorum poſtremus etiam illorum Hildegardae liberorum mentionem faciat, qui paulo poſt nativitatem obierunt) celebrem hanc Immam omiſerit, nam quod nonnulli ſomniant Scriptorem noſtrum eam ſtudio praetermiſiſſe, ne probrum refricaretur, plane ridiculum eſt. Alii Faſtradae filiam faciunt teſte Spenero, qui ex Archivo Monaſterii Selingſtadienſis narrat: *Anno Domini* 820. IV. *Non. Auguſti obiit glorioſa Domina Imma filia Imperatoris Caroli M. Fundatrix hujus loci, & ſervatur hic anni-*

verſarius ipſius, & Vaſtradae Reginae Genetricis ſuae, & Germani ipſius Ludovici Imperatoris, & Einhardi legitimi ſui, & Gertrudae Abbatiſſae ſororis ſuae. Sed erroneam hanc eſſe narrationem, ex ipſo Eginharto apparet, quando Epiſt. III. ad Lupum Abbatem Ferrarienſem, gravisſime luget mortem Immae ſuae, & maxime conqueritur, quod preces ſuae ad martyres Marcellinum & Petrum factae, optato caruerint effectu; ſic autem ait: *Huc accedit, quod ipſum dolorem identidem accumulat, & vulnus ſemel acceptum exulcerat, quod vota ſcilicet noſtra nihil valere permiſſa ſunt, ac ſpes, quas in Martyrum* (Marcellini & Petri) *meritis & interventione collocavimus, exſpectationem noſtram ex aſſe fruſtrata eſt.* Aſt corpora horum Martyrum primum ex Italia anno 827. Selingſtadium delata ſunt, ergo tunc temporis Imma adhuc vixit, ſi enim anno 820. obiiſſet, Eginhartus hac in Epiſtola dicere non poſſet, ſe implorasſe auxilium martyrum ſuorum, qui eo tempore adhuc Romae reconditi erant. Patet id etiam ex Epiſt. V. Lupi Abbatis Ferrarienſis ad Eginhartum, in qua ille Scriptorem noſtrum de morte Immae conſolando mentionem facit *Rabani Abbatis Fuldenſis*. qui non ante annum 822. hanc Abbatiam regendam ſuſcepit, teſte Herm. Contracto, Mariano Scoto aliisque. Si igitur Imma defuncta fuiſſet anno 820. qua ratione Lupus in Epiſtolis ſuis conſolatoriis ſtatim poſt mortem Immae, cum recens adhuc dolor eſſet, ſcriptis, poſſet Rabanum ut Abbatem Fuldenſem in ſcenam producere, qui, ut vidimus, biennio demum poſt illud officium & honorem nactus eſt. Ex hac igitur ſententiarum diverſitate ſatis conſtat, nil certi habuiſſe fabularum ejusmodi auctores, quod poſteris ſuis traderent. Et fere ſemper in diverſis illis, ſibique e diametro repugnantibus otioſorum traditionibus, latet fabula, ut Viri eruditi jamdudum odorati ſunt.

Huic conjecturae firmandae non parum inſervit, quod nullus Scriptorum aequalium (argumentum in tali negotio minime contemnendum) quicquam eo de matrimonio memoret. Rabanus Abbas Fuldenſis, poſtea Archiepiſcopus Moguntinus, ejusdem aetatis Scriptor, Eginhardo epitaphium poſuit, in quo ejus vitam ac qualis in aula Caroli fuerit, deſcribit, de nuptiis vero amore furtivo, ut volunt, conciliatis plane ſilet, quas ſine dubio commemorasſet, & ab iis Eginhartum commendasſet, ſi unquam Eginhartus filiam Caroli M. in matrimonio habuiſſet. Verum ſtatim objiciunt nonnulli decantatum

tum illud commentum, quod ne lectori ſcrupulum moveat, hic confutabimus, Scriptores nempe hujus matrimonii memoriam ideo obliterare voluiſſe, ne inde familia Caroli polluatur. Admiror ſane pietatem eorum in Carolum, & induſtriam laudo, quod omnem à Carolo infamiam amoliri ſtudeant, modo id certis argumentis, vel ſi ea deſint, conjecturis, quae ſeſe aliqua veri ſpecie commendent, aggrediantur. Refutent fabulas, quae falſo affinguntur Carolo, quaſi diaboli & angeli de anima ejus certarint. Effodiant ſtylo ex omnibus Codicibus ſceleſtiſſimum illud ac nefandum de peccato Caroli Sodomitico mendacium. Defendant Sacratiſſimum Imperatorem contra nonnullos recentioris aevi Scriptores, qui crudeliſſimum & ſanguinolentum Gentis noſtro Apoſtolo judicium Weſtphalicum & id generis plura tribuunt. Haec enim ſi vera, impietatis, infamiae ac crudelitatis notam nunquam effugiet Maximus ille Carolus. Nihil vero horum ex matrimonio Eginharti cum ſua filia enaſci potuit, quo nec quicquam gloriae ejus acceſſit vel deceſſit. Demus Caroli Cancellarium ſtupri conſuetudinem habuiſſe cum Imma filia ſua, nonne facinus illud obliteravit, & à Carolingis omnem turpitudinis notam amovit, cum amicam ſuam in uxorem duceret? Dices forte, hoc matrimonium filiae, ac proinde Patri indecorum fuiſſe, cum inaequalis eſſent conditionis Eginhartus & Imma; ſed ea tanta non ſunt, ut me moveant in eorum diſcedere ſententiam, non enim tam diſſimiles inter ſe fuere, ut ex illorum legitima conjunctione fama Caroli damnum paſſa fuiſſet. Eginhartus ArchiCapellani officio, at quantus ille honoris eo aevo gradus! defungebatur, quem non infimae ſortis hominem fuiſſe familiaritas Caroli ac ſingularis erga eum benevolentia ſatis evincunt. Et ſane nuptiae tales inter inaequales non ſunt ſine exemplo, luculentiſſimum enim ejus rei teſtimonium habemus in matrimonio Angilberti itidem Archicapellani cum Berta filia Caroli, nec tamen illa conjunctio Imperatori noſtro dedecori ceſſit. Haec igitur cum ſint certiſſima, quis non videt gratis fingi, Hiſtoricos ſtudio connubium Eginharti cum Imma Regis filia ſuis annalibus non inſeruiſſe, ne amores illi furtivi illuſtrem Caroli obfuſcent familiam. Vera potius ſilentii eorum ratio videtur, quod nunquam Eginhartus Caroli filiam in matrimonio habuerit.

Ne vero putes B. L. me ſolum ineptae huic fabulae fidem & aſſenſum denegare, en Viros in Republ. Literaria Illuſtriſſimos, Baronios

nios, Freheros, Quercetanos, Papebrochios, Pagios aliosque plures, qui mecum eandem fere, quam nunc proposui, fovent sententiam, quorum, ut cum Terentio loquar, negligentiam potius, quam aliorum obscuram diligentiam aemulari malo.

Sed contra hanc sententiam Celeb. Mabilio insurgit, & ipsum Eginhartum testem hujus matrimonii invocat, quando Epist. xxxiv. ad Lotharium Augustum scribit: *ideo admonendum censui NEPTITATEM VESTRAM, ut periculum vestrum caveatis.* Fateor locus ille solutione admodum difficilis est, nec in ea prorsus mihi satisfacio, non putem tamen hunc locum recte adhiberi ad confirmationem connubii Eginhardi cum filia Caroli M. nuspiam enim haec vox occurrit, ut Hermeneuticorum more ex diversorum locorum comparatione certi quicquam de vero & genuino ejus sensu elicere queamus. Consulantur Scripta Virorum Doctissimorum, qui illustrandis vocibus barbaris Medii Aevi indefessam navarunt operam, Editores Actorum SS. Antwerpienses, Mabilio in Actis SS. Ord. Bened. Spelmannus, Du Cange aliique plures, & veritas assertionis meae constabit. Illustrissimus etiam LEIBNITIUS, at quantus Vir in hoc studiorum genere! in literis suis doctissimis mihi testatus est, se nuspiam hujus vocis vestigium deprehendisse. Quamdiu vero τῆ *neptitatis* vis & significatio incerta est, & argumentum inde petitum incertum ac vi sua caret. Sed demus Lotharium fuisse nepotem Eginharti, & id vi originis suae τὸ *neptitas* significare, non tamen inde necesario sequitur, Auctorem nostrum habuisse filiam Caroli M. in matrimonio, propter quam Lotharium vocet nepotem suum, commode enim potest, *ille nepotismus Lotharii ad Eginhartum salvari*, (ut ait Eruditissimus Papebrochius ad Histor. Translat. Marcellini & Petri 2. Junii.) *etiamsi hic non fuerit gener Caroli, si Imma concipiatur fuisse filia Enguerani Hasbaniae Comitis, soror Ermengardis Imperatricis, unde natus Lotharius &c.* quae conciliandi ratio elegantissima est, ac proin minime contemnenda videtur.

Suspicabar aliquando, ansam id conjiciendi dante Illustrisimo LEIBNITIO, an non illud *neptitas* corruptum sit ex τὸ *pietas*, ita ut legendum: *ideo admonendum censui pietatem vestram*, seu malis cum Cel. FABRICIO: *ideo admonendum censui a me p. v.* praesertim cum haec vox Auctori nostro sit familiarissima, qua fere semper in literis ad Ludovicum, ejus Conjugem & Lotharium utitur. Sic Epist. 40. ad

Au-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [32] - -
PUBLIC DOMAIN

Auguſtum ſcribit: *quapropter ſupplico* pietati *veſtrae &c. humiliter deprecor* pietatem *veſtram.* Epiſt. 42. ad Ludovicum: *Oro ut* pietas *veſtra mihi licentiam dare dignetur.* Epiſt. 45. ad Comitem quendam de Lothario inquit: *in cujus* pietate *magnam habeo fiduciam*, & tandem Epiſt. 51. ad ipſum Lotharium: *Videlicet fidele veſtro* pietati *veſtrae ſupplicare volo,---- non poteſt ad* pietatem *veſtram pervenire,---- precor* pietatem *veſtram* &c. Facili igitur negotio imperitus librarius ex *me pietatem*, illud inſolitum *neptitatem* effingere potuit, quales depravationes frequentes eſſe omnes norunt. Et non alienae ſunt ejusmodi corruptiones ab Eginharti Epiſtolis editis ex lacero & uſu ac temporis injuria attrito Codice, in cujus rei fidem unum vel alterum proferam exemplum. Epiſt. 32. in agone conſtitutus Eginhartus ſcribit ad amicum quendam: *Fratres vero noſtri tuique fideliſſimi ex monaſterio N.* frater quidem *inter eos proximum mihi ſibi praeeſſe optaverunt, juvenem quidem aetate, ſed moribus ut puto ſenem*, ubi legendum eſſe *fratrem quendam*, quis non videt, quam lectionem & conſtructionis ratio, licet aliquando perverſa admodum ſit apud Medii aevi Scriptores, & ſequentia *proximum*, *juvenem*, efflagitant. Epiſt. 39. Eginhartus nomine Ludovici Pii ſcribit ad Emeritanos: *quod ſi ab illo* (Abdirraman Rege Sarracenorum) *vos avertere, & ad nos convertere volueritis, antiquam libertatem veſtram pleniſſime & ſine ulla diminutione vobis uti concedimus, & absque cauſa vel tributo immunes vos eſſe promittimus* &c. quid hic ſibi vult *absque cauſa vel tributo*, lege tu meo periculo *absque cenſu vel tributo*, quae lectio non ſolum planiorem efficit ſenſum, ſed & ab ipſo Auctore ſibi vindicatur, qui in eadem Epiſtola hanc locutionem *cenſibus & tributis* adhibet. In ipſa 34. Epiſtola, ſimilis locus corruptus eſt, ubi legitur: *quin potius cogit, ut vos de veſtra cognoſcat*, nam pro *vos de* ſubſtituendum ſine ullo dubio eſt ſubſtantivum aliquod ſimile prioribus, quale eſt *prudentia.* Cum igitur tot voces corruptae his in Epiſtolis occurrant, nemo mihi credo vitio vertet, quod rarae & inſolitae huic voci litem moverim.

Non vero haec vox ſolum animo meo ſcrupulum injecit, ſed & res ipſa, non enim veroſimile videtur Eginhartum tam temerarium fuiſſe, ut inſolenti hac voce ſe regiae inſereret familiae, ſi enim Ludovicum puduit in Diplomate donationis Immam vocare ſororem, an putes Eginhartum affinitatis mentionem facturum fuiſſe in literis ad Lotharium? Rex Galliae ArchiEpiscopos ſuos vocat affines, ſed non

hi

hi vice versa Regem. Si vero aliquis illud *neptitas*, genuinum esse velit, videat ille, an non blandam tenerrimi affectus testificationem hic significare possit, quam Eginhartus Lotharii moribus praefectus illa in Epistola exprimere & testarivoluerit.

Sed objiciat quisquam, narrare tamen Hubertum Leodium de Orig. Palat. p. m. 12. quod suo tempore aperto Selingstadii Eginhardi sepulchro inventa fuerit tabula plumbea, quae paucis indicarit, Eginhartum habuisse filiam Caroli in matrimonio. Verum argumenta talia ex ejusmodi tabulis petita minus certa esse, jam dudum observarunt Doctisimi Actorum SS. Editores Antwerpienses ad Vitam Itisbergae XXI. Maji, quos inspicere operae pretium erit. Utinam Leodius formam literarum inscriptionis illius delineasset, ut de ejus aetate ac proin veritate vel falsitate judicari potuisset, sunt enim ejusmodi tabulae plerumque à recentioribus additae, quibus piis suis fraudibus ac imposturis, quasi hic vel ille Vir Illustris eo in loco sepultus sit, ad majorem monasterii sui gloriam ac venerationem fidem facere, jam à longo tempore conati sunt.

Quamvis vero non putem Immam Caroli M. fuisse filiam, nihil quicquam tamen ejus virtuti detractum velim, nobilisimae enim familiae, licet nobis incognitae, foeminam fuisse, summi conjugis honores & gratia, qua valebat apud Augustos, minime nos dubitare permittunt. Hanc tenerrimo complexus est amore, ut luculenter immoderata ejus ac insolita super mortem ejus tristitia testatur. Liberos an ex ea tulerit non constat, scribit quidem literas ad aliquem *Vussinum* dictum, quem *filium suum* vocat, eumque ad literarum ac virtutis studium adhortatur, verum an hic Eginhartus Abbas filium intelligat ex se genitum, vel filium, ut vocant, spiritualem, affirmare nolim, saltem hoc novimus ex charta donationis factae monasterio Laurishamensi anno VI. Ludovici Pii (modo non ab otiosis conficta ac supposititia sit) eum tunc temporis nullos adhuc habuisse liberos.

Carolo mortuo, Eginhartus Palatii pertaesus, secessit in praedia sua, & tandem omnibus honoribus secularibus ac thori commercio, Imma sororis loco habita, renuntiavit, ut ipse nos docet in Epist. III. ad Lupum Ferrarienssem, cum ad praefatum Abbatem scribit: *Omnia mihi studia, omnesque curas, tam ad meas, quam ad amicorum causas pertinentes exemit & excusit dolor, quem ex morte olim fidisimae Conjugis, jam nunc charissimae sororis sociae, gravissimum coepi.* Confer & Epis-

sto-

ſtolam XXXII. Poterant eo aevo conjuges mutuo conſenſu thori conſuetudinem tollere, ut innumera docent exempla, quorum unum aut alterum ad conſuetudinis hujus illuſtrationem proferam. Lupus Abbas Ferrarienſis Epiſt. XXIX. ea de re ſic ſcribit: *adeo ut etiam probabiles utriusque ſexus perſonas optime noverimus, reſciſo carnali commercio in ſacris locis ſeparatim Domino militaſſe.* Idem nos docet quam clariſſime Anſcherus in vita Angilberti primum Archicapellani, dein Abbatis Centulenſis, quando ait: *Angilbertus à Rege digrediens Centulam revertitur, & contemto pompoſae dignitatis faſtigio, primo omnium ſponſam ſuam nobiliſſimam Bertham ſacro velamine conſecratam loco congruenti intra idem coenobium Centulenſe compoſuit.* Separati deinceps conjuges ſe *fratres* & *ſorores* mutuo vocabant, uti Eginhartum feciſſe vidimus. Idem & Salvianus, qui Presbyter factus, thori conſuetudinem tollit, & Placidiam antea uxorem Epiſt. IV. *dilectiſſimam ac venerabiliſſimam ſororem* appellat. Confer quae Mabilio V. C. ad Angilberti vitam obſervat. Mutua haec ſeparatio inter Eginhartum & Immam quando acciderit, aeque obſcurum & incertum eſt, putat quidem Doctiſſimus Papebrochius, id factum ante annum 826. quia tunc Abbatis & Sacerdotis munere defungi coepiſſet, verum ſi propter Abbatis officium ſe ab uxore ſeparaſſet, id jam tum ante Caroli M. obitum fieri debuiſſet, quoniam ſub eo Abbas Blandinienſis creatus fuit, ut infra videbimus, aſt contrarium novimus ex donatione Ludovici ſcripta anno primo Imperii ejus, ut & donatione Eginharti & Immae facta Monaſterio Laurishamenſi anno VI. Ludovici, quibus in chartis Immam uxorem ſuam vocat, & ex ea ſe liberos procreaturum fore ſperat, ergo anno Chriſti 820. Eginhartus Immam adhuc thori ſociam habuit, ante quem annum tamen varias eum adminiſtraſſe Abbatias certo conſtat. Videtur igitur Scriptorem noſtrum qua Abbatem ſe non ſeparaſſe ab uxore ſua, Abbates enim nonnullos eo tempore uxores habuiſſe, quis neſcit? ſed qua Sacerdotem, cujus officio in translatione SS. Marcellini & Petri eum defunctum fuiſſe legimus.

Uti vero annus deſponſationis Immae eſt incognitus, ſic & vitae ejus terminus. Mabilio & Cointaeus V. C. eam anno 836. vel 840. mortuam eſſe putant, uterque ex conjectura, operae tamen pretium eos inſpicere. Defunctam graviſſime Eginhartus luxit, ita ut vix ab amicis conſolationem admiſerit; teſtantur id Epiſtolae per-

plurimae, quas Abbas ille Ferrarienſis ad Eginhartum levandi doloris cauſa ſcripſit.

Palatii negotia cum abdicaſſet Eginhartus, Eccleſiaſticis ab Auguſtis praefectus fuit, quorum beneficio varia tenuit monaſteria. Primum eorum fuit *Blandinienſe*, quod ſub Carolo M. adminiſtrandum ſuſcepit, uti nos docet Hiſtoria translationis S. Wandregiſili, quae rem ſic narrat: *Tetigit enim Deus cor ejusdem Principis* (Caroli M.) *& gratuita pietate inſpiravit, ut Viro Dei Agenardo, qui ea tempeſtate inſignis eſt habitus, idem coenobium* (Blandinienſe) *traderet regendum, à quo mox illuſtrium clericorum multitudo adunata ſub umbra alarum Apoſtolicae protectionis hic Dei munere eſt collecta.* Buccelinus hujus coenobii Abbates recenſens, Eginhartum octavum facit, quem ſi lubet inſpicias. Carolo M. defuncto Ludovicus Pius anno tertio ſui Imperii regendum ipſi dedit Monaſterium *Fontanellenſe*, quod per ſeptem annos tenuit, teſte Chronico Fontanellenſi. *Anno Imperii Ludovici* III. (inquit Chronici illius Auctor) *Traſurius Rector hujus* (Fontanellenſis) *coenobii cum licentia Imperatoris ad locum ſuae nativitatis repedavit. --- Poſt quem Einhardus hoc coenobium per VII. ferme tenuit annos.* Eodem fere tempore etiam Baſilicae *S. Johannis*, quae eſt *Ticini* curam geſſit, uti ipſe teſtatur in Hiſtoria ſua translationis SS. Marcellini & Petri cap. 2. *cum Ticini*, ait, *apud Baſilicam B. Johannis Baptiſtae, quae vulgo Domnanae vocatur, & tunc ex beneficio Regum ad meam pertinuit poteſtatem.* &c. Fuit & Abbas anno 826. Monaſterii *S. Bavonis*, ſic enim legitur in Chronico Gandenſi ad d. annum. *Eynardus Capellanus Ludovici piiſſimi Imperatoris factus eſt Abbas Gandenſis coenobii, qui geſta inclyta & acta Karoli M. Imperatoris deſcripſit. Anno* 843. *XV. Abbas Gandenſis obiit VIII. Kal. Aug.* Sunt & nonnulli, qui *Foſſatenſem* Abbatem fuiſſe exiſtiment, ſed certum hujus rei argumentum non proferunt, mentio quidem fit in charta 70. tom. 11. Capitul. Reg. Franc. Edit. Baluz. Eginharti Abbatis Foſſatenſis, qui anno 847. ſub Carolo Calvo cum Herkenrado Epiſcopo Pariſienſi permutationem bonorum inſtituit, & charta 76. d. l. anno Chriſti 856. iterum ille Abbas memoratur, an vero unus idemque hic ſit cum noſtro Scriptore, nec affirmare, nec prorſus negare velim, ſaepiſſime enim geſta homonymorum inter ſe confunduntur & aliquando ſimul juncta in unum aliis celebriorem conferuntur. Plures autem praeter noſtrum, Eginhartos vel Einhartos fuiſſe certum eſt, quorum tres obſer-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [36] - -
PUBLIC DOMAIN

ſervavi, primus erat Abbas Coenobii Bajacenſis teſte Chronico Ademari, ſecundus fuit Praepoſitus Monaſterii S. Petri Scotorienſis d. l. tertius Abbas monaſterii S. Martialis apud Scriptorem geſtorum Epiſc. Lemovicenſ. qui licet non uno eodemque tempore vixerint, facili tamen negotio eorum geſta inter ſe permutari potuerunt. Sed examinent hæc alii, quibus adyta hujus ſcientiae patent, certi enim hac in re incerta quicquam pronuntiare nimis temerarium eſſet.

Praeter haec monaſteria & alia poſſidebat ab Auguſtis beneficia, ut monaſterium *S. Chlodoaldi* ad Sequanam teſte ipſo Epiſt. 2. habebat & beneficium in *Fredeſlare*, ut patet ex Epiſt. ejus 37. quod forte eſt hodiernum oppidum in Haſſia *Frizlar* dictum, & plura alia, quae negligentia & incuria Scriptorum ejus aevi nobis ſubtraxit. Haec beneficia per *Procuratores* & *Vice-Dominos* ex monaſterio Selingſtadienſi regebat, ut ipſe teſtatur in hiſtoria ſua translat. SS. Marcellini & Petri cap. 3. & Epiſt. 12. & 37. &c. Hujus Monaſterii, teſte Trithemio, primus Abbas conditorque fuit, ejusque Baſilicam Martyribus Marcellino & Petro, quos Roma acceperat, dedicavit ac conſecravit, ut pluribus apud ipſum in hiſtoria dictorum Martyrum legi poterit.

Dubia admodum valetudine eum uſum fuiſſe videtur, ſiquidem toties de doloribus ſuis conqueritur, praecipue renium & ſplenis, quo maxime laboravit vid. Epiſt. ejus 40. Decubuit etiam aliquando morbo graviſſimo & lethali, ita ut de bonis ſuis jam tum diſponeret, à quo tamen divina gratia convaluit. Quo anno obierit, certo demonſtrari nequit, ſunt quidem nonnulli, ut Bollandus aliique, qui auctoritate Chronici Gandenſis eum anno 843. mortuum eſſe volunt, ſed iis repugnat, quod tradit Brouwerus ad Rabanum & DuChesnius in vita Eginharti, eum nempe anno 848. interfuiſſe Synodo habitae à Rabano Archi-Epiſcopo Moguntino, & ſi idem cum Eginharto Abbate Foſſatenſi, de quo ſupra, demum circa finem 855. vel initio ſequentis deceſſit, Rabanus enim qui epitaphium Auctori noſtro poſuit, diem obiit ſupremum anno 856. En Epitaphium Rabani ex editione Brouweri.

Te peto, qui hoc templum ingrederis, ne noſcere ſpernas,
Quid locus hic habeat, quidque tenens moneat.
Conditus ecce jacet tumulo Vir nobilis iſto
Einhardus nomen cui genitor dederat.

Ingenio hic prudens, probus actu atque ore facundus
Exstitit, ac multis arte fuit utilis.
Quem Carolus Princeps propria nutrivit in aula,
Per quem & confecit multa satis opera.
*Nam horum Sanctorum * condigno functus honore*
Exquirens Romae corpora duxit & huc
Ut multis prosint precibus curaque medelae
Ipsiusque animae regna Poli tribuant.
Christe Deus hominum Salvator, Rector & Auctor,
Aeternam huic requiem da super astra pius.

Hodie Selingstadii quidem cernitur Epitaphium Eginharti, sed longe à Rabani diversum, quod ex editione Speneri lib. 11. cap. 23. Hist. Insign. Illustr. hic adscribam:

Enhardus fueram, Regum qui clarus amore:
Cui Caroli Magni filia nupta fuit.
Quaeque sub hoc mecum tumulo concluſa quiescit,
Ad superos donec nos tuba rauca vocat.
Hoc ego construxi devoto pectore templum
Fratribus & largas contuleramus opes,
Corpora Sanctorum summa tumulata sub ara
Congessi, vivo quae mihi Roma dedit.

Verum hujus auctoritas tanta apud me non est, quanta Rabani, quod Scriptores longe Eginharto juniores veteri injuria temporis deperdito composuisse videntur, imaginem enim ejus, quam cum hoc Epitaphio ostendunt Selingstadienses, recentioris esse aevi, testes oculati mihi retulerunt.

Pervenimus nunc ad tertiam dissertationis nostrae partem, quae de scriptis Eginharti agit. Inter ea, velut luna inter stellas, eminet elegantissimus de Vita Caroli Commentarius, qui tanta dictionis puritate & elegantia scriptus, ut non solum omnes medii aevi Scriptores superet, sed & antiquiora longe tempora sapiat. Hinc Freherus, Vossius aliique in eam prolapsi sunt sententiam, libellum hunc à variis fuisse interpolatum & floridiori passim stylo ab Illustrissimo Comite Nuenario exornatum. Sed ut verum fatear, infirmo eorum opinio nititur fundamento, siquidem omnes libri scripti & impressi Eginharto patrocinantur, & omnem prorsus à primo Editore temeritatem amoliuntur.

Egre-

* Marcellini & Petri.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [38] - -
PUBLIC DOMAIN

Egregia ſunt, quae hanc in rem affert Doctiſſimus Du Chesnius in praefatione ſuae editionis cum quinque optimae notae MSS. collatae: *Ut jam impoſterum*, ait, *nemini ſuperesſe poſſit ullus conquerendi locus, quod Nuenarius, qui vitam ipſam primus emiſit in lucem, illius aevi qualemcunque phraſin floridiori paſim mutare ſibi permiſerit.* Et ſane, omnes editiones à Reubero, Frehero, Bollando, Beſſelio aliisque curatae, cum prima optime conveniunt, ſi voculas quasdam minoris longe momenti exceperis. Praeterea omnia MSS. mea & Veteres Hiſtorici, quotquot Eginhartum compilarunt & ad verbum expreſſerunt, idem teſtantur, ita ut mirari ſatis nequeam, quid Viris illis doctis in mentem venerit, cum haec ſcriberent. Lambertus Schaffnabrugenſis, judice Scaligero, Barthio, Voſſio aliisque, elegantiſſime ſcripſit, nec ideo tamen quisquam, quod meminerim, ei litem movit, ac floridiori paſim phraſi ab aliis immutatum tradidit. Sed haec ſufficiant defenſioni Auctoris noſtri, cum quibus confer, quae Labbeus de Script. Eccleſ. tom. 1. & Beſſelius ad praefationem Eginharti notarunt.

Sunt nonnulli, qui hanc Vitam Caroli Eginharto abjudicant, & Alcuino tribuunt, ut MS. Cajogonvillenſe, Albericus Monachus ad ann. 770. Blondus, Petrarcha &c. ſed in errorem deducti videntur, quod & Alcuinus res geſtas Caroli conſcripſerit, ut Doctiſſimus Du Chesnius ex MS. Moiſiacenſi in fine hujus libri notavit, quos foetus ignorantia inter ſe permutarunt ac confuderunt, tot enim exſtant MSS. quae Eginharti nomen praeferunt, tot ſcriptores, qui in rebus Caroli eum κατὰ πόδα ſequuntur & auctorem agnoſcunt, ut nullum de genuino hujus libelli parente relinquatur dubium. Quibus accedit Lupus Abbas Ferrarienſis, teſtis omni exceptione major, qui in Epiſtola ſua prima ad Eginhartum, quam certiſſime librum hunc vero ſuo auctori vindicat.

Quanti hic de Vita Caroli Commentarius à majoribus noſtris aeſtimatus ſit, teſtantur omnes paginae, quae de Magno illo Imperatore quicquam continent, ſiquidem omnes Scriptores in rebus geſtis illorum temporum non modo hunc libellum compilant, ſed etiam ſervatis iisdem verbis ſaepenumero deſcribunt, quod fidem Eginharti, ſi quid video, maximopere confirmat, haec enim ſi tanta non fuiſſet apud majores noſtros, ſine ullo dubio non omnes Hiſtorici eum aperte in ſuos libros tranſcripſiſſent, vel ſaltem aliud quicquam narraſſent, quo fides ejus infirmaretur. Vitia μνημόνικα huc referri nolim,

quae

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [39] - -
PUBLIC DOMAIN

quae nec fidem apud Eruditos adſtruunt, nec deſtruunt, & à quibus ne doctisſimi quidem alieni cenſendi ſunt, quorum tamen fides nemini, qui ſanum ſapit, ſubleſta unquam viſa fuit. Cum vero nullus hiſtoricorum Caroli M. (Turpiſſimum enim Turpinum non moror) reperiatur, qui non amice in vita & geſtis hujus Imperatoris cum Eginharto conſpiret, miror ex recentioribus eſſe nonnullos, qui, neſcio quibus argumentis, fidem Auctoris noſtri, tot Scriptorum aequalium conſenſu approbatam & confirmatam, ſuſpectam reddere conantur, quaſi partium ſtudioſus hanc vitam, deprimendo nimis Merovingos & in immenſum efferendo Carolingos, conſcripſerit. Inter quos eſt Anonymus Auctor libri ſuppoſititii vulgo dicti *l'Eſprit de Gerſon*, qui nimis ſententiae ſuae ſtudio & amore, quicquid illi refragari putat, refellit, & in Scriptoribus argumenta, quae eum feriunt, quaſi per gloſſema irrepſerint, expungere jubet, imitatus ſine dubio Cointeum aliosque, quos ſi non in omnibus, tamen in plurimis dicto in libello ſequitur. Ut vero cognoſcas vim argumentorum ejus anonymi, quaedam ex eo proferam, ut ſic de reliquis judicare poſſis.

Primo objicit, quod Eginhartus ſit auctor fabulae de inertia Merovingorum. Quam vellem, ut ipſum librum inſpicere potuiſſem, an forte ſuae ſententiae proferret argumenta. Nam in excerptis, quae nobis dedit Cl. Bayle in Lexico ſuo Critico, nihil tale reperies, & quamvis omnem impenderim laborem ipſum evolvendi librum, fruſtra tamen inquiſivi. Fateor me non omnibus, quae in fraudem familiae Merovingicae à Carolingis narrantur, adſtipulari, nihilominus tamen non omnia falſa & conficta, ſed vera falſis mixta putem, nihil enim in Carolingorum Scriptoribus obſervavi, quod tam abſurdum ac minus veroſimile ſit, prout recentes illi hiſtorici nobis perſuadere cupiunt. Notum eſt ex omni hiſtoria, Regna virtute fuiſſe fundata, & inertia Regum iterum collapſa, ideo nemini mirum videri debet, ſi tale quicquam & in Francorum regno obtinuerit; uti enim Merovingorum ſtirps à priſtina fortitudine, ſic & Carolingorum defecit. Et quis credat, Eginhartum impune tanta mendacia de prima ſtirpe ſcripturum fuiſſe, eo praeprimis tempore, quo res Merovingorum nondum penitus in hominum animis obliteratae erant, ita ut facili negotio ab omnibus refelli potuiſſet, ſi inaudita talia ac majoribus incognita narraſſet, minus enim veroſimile videtur

tur, omnes ejus aevi hiſtoricos in perniciem Merovingorum conſpirasſe, ita ut nulli prorſus exſtiterint, qui Eginhartum crasſisſimorum mendaciorum arguerent. Si enim non erubuerunt Clemens aliique, ſcriptis ſuis inſurgere contra Bonifacium, Germaniae noſtrae Apoſtolum, at quantum Virum! Scriptorem noſtrum quis ab eo fato eximet? Et ſi unquam tale ſcriptum exſtitisſet, quod nunc deperditum dicas, fragmentum ſaltem contrariae ſententiae quisquam Hiſtoricorum, vel ejus, vel paulo poſterioris temporis, nobis conſervasſet; cum vero nullum ejusmodi ſcriptum reliquerit antiquitas, nullam etiam video cauſam, cur ab illa ejusdem aetatis Scriptorum ſententia, tot Hiſtoricorum gravisſimorum conſenſu confirmata, diſcedendum ſit, niſi omnium Scriptorum fidem in dubium vocare, & cum Pyrrhone de omnibus temere dubitare velimus. Et demus, meras esſe fabulas, quae in hoc libello de Merovingis leguntur, ſed quis tibi Anonyme dixit ejus primum auctorem esſe Eginhartum? Nemo enim ſanae mentis tibi ſine argumentis militanti facile adſtipulabitur.

Sed pergamus ad ſecundum argumentum, quod ille Gerſonis genius ad infirmandam fidem Eginharti profert. *Impudentisſimum mendacium Impoſtoris Eginharti* vocat, quod ſcripſerit, Reges primae ſtirpis carpento bubus junctis in publicum processisſe. Miror, Anonymum in eam prolapſum esſe opinionem, dedecuisſe videlicet Merovingos bobus vehi, quid enim decoris vel dedecoris in uſu equorum, mulorum vel boum conſiſtit? Mos ille boves carpento jungendi jam dudum ante haec tempora obtinuit, & nemini vitio datum, cum ejusmodi vehiculo uteretur. Quis Cydippam Argivam Sacerdotem Junonis unquam reprehendit, quod bobus ad hujus Deae templum veheretur? Chariclia teſte Heliodoro carpento utebatur, cui albi boves juncti erant. Romae matronae carpentis mulorum vel boum in publicum prodiere, teſtante id Lampridio in Heliogabalo. In Oriente hodie adhuc Reges bobus vehuntur, uti narrat Olearius in Itinerario lib. IV. c. 29. nec tamen eorum gloria & auctoritas inde minuitur. Vide plura apud Cl. Schefferum de Re Vehiculari. Hic autem boum uſus apud Francos non ignotus fuit, id enim apparet ex exemplis, quae cum Beſſelio ad h.l. notavimus, quae ſi perpendisſet anonymus ille, non tam acriter Eginhartum perſtrinxisſet. Dedeceret hodie Regem bobus vehi, quia mos ille & conſuetudo evanuit, aſt idem medio in aevo obtinuisſe, cum receptus undique fuerit boum

Reges Gothorum in Columna Theodosii bobus vecti.

*****

uſus,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [41] - -
PUBLIC DOMAIN

uſus, prorſus nego. Male igitur ſcriptor ille inter ſe antiqua cum hodiernis temporibus confundit.

Tertio. Calumniatur Eginhartum, quod in deponendo Hilderico & creando Pipino in Regem partes aliquas Papae vindicaverit, praeprimis cum anonymi illius, qui ſub nomine Gerſonis, acerrimi ſuo tempore contra Papam Scriptoris, latere voluit, ſcopus ſit, poteſtatem Papae modis omnibus infirmare. Sed Papae operam eo tempore ad rem tanti momenti exequendam fuiſſe neceſſariam, ad cap. 1. obſervavimus, quae hic repetere ſupervacaneum duco. Ut vero omnem Scriptoris noſtri fidem in dubium vocet, deteſtandi eum accuſat anachroniſmi, quod videlicet Stephano depoſitionem Hilderici & Pipini creationem in Regem adſcribat, cum Stephanus illud honoris faſtigium primum circa finem Martii adeptus ſit, Pipino Kal. Martii jam tum in Regem uncto. Sed facili negotio, ni omnia me fallant, ab hoc errore immenſo Eginhartus liberari poterit, modo conferantur ea, quae ad cap. 1. & 11. diximus.

Quarto. Ridiculam eſſe ait ignorantiam Eginharti, quod barbam tribuat pueris octo annorum, & liberos iis, qui nondum nati ſint. Meram hanc eſſe calumniam, lector ex ipſo opere cognoſcet, nullibi enim adſcribit liberos iis, qui ipſi nondum lucem adſpexerunt, nec barbam octo annorum infantibus. Forte Auctor hic poſſedit Eginhartum edito longe auctiorem, quem utinam luci non invideret, ſaltem quas ego inſpexi editiones & MSS. apprime inter ſe conveniunt, & ridiculum illum errorem plane rejiciunt. Barbae quidem Merovingorum cap. 1. mentionem facit, verum ibi de tota primae ſtirpis gente, non de hoc vel illo Merovingo ſigillatim agit, quos barbam aluiſſe, nemo eſt, qui ignorat. Vide quae ad h. l. notavit Beſſelius.

Quinto. Immenſi, ut ſibi imaginatur, erroris accuſat Eginhartum, quod ſcribat, Reges primae ſtirpis arci *Mamaccae* incluſos fuiſſe, quae nunquam exſtiterit, imo certo conſtet ex Scriptoribus aequalibus Reges illos aut exercitui, aut aliis rebus extra arcem praefuiſſe, eo praeprimis tempore, cum ab aliis arci incluſos fuiſſe memorentur. Ubi quaeſo de Mamacca in Eginharto legitur? Villam quidem memorat, quam inhabitarint Merovingici Reges, ſed non Mamaccam, cui Reges incluſos fuiſſe vult Anonymus. Quot non errores committit adverſarius ille, modo ut ſententiam ſuam tueatur? Mamaccam fuiſſe negat

gat contra diserta Diplomatum ibi scriptorum testimonia, quae lib. IV. de R. D. Doctissimus Mabilio producit.

Sexto. Nec majorem veri speciem habent ea, quae in Chronologia Eginharti reprehendit, quod Pipinum post remotionem Hilderici à throno XV. annis vixisse dicat, cum ex initio & fine Regni ipsius constet, eum XVI. cum dimidio annis Regno praefuisse. Sed non recte percepit genius ille Gersonis, quisquis etiam sit, mentem Scriptoris nostri, ut apprime hic etiam Cl. Bayle notavit, numerum enim incertum pro certo adhibuit, ut clare nos docet locutio illa nostro familiarissima *aut multo amplius*, qua in rebus minime certis & definitis utitur, atque ita non negat, Pipinum plures quam XV. annos regni curam gessisse.

Septimo. Tandem omnem contra nostrum evomit bilem, dicendo, ex his & multis aliis facile judicari posse, quid de fide ejus in historia Hilderici & Pipini statuendum sit, cum nulla scientia historica imbutus opus hoc aggressus fuerit, ipso id etiam cap. IV. fatente, quod nimirum nemo vixerit, cum res gestas Caroli conscriberet, qui de eo quicquam referre potuisset, atque ita manca & incerta maxime esse monumenta, ex quibus Vitam hanc compilarit. Optime hoc argumentum, judice Cl. Bayleo refutari potest, modo ipsa Eginharti verba, quae Anonymus ille in animo habuit & non percepit, probe perpendamus, quae sic se habent cap. IV. *De cujus nativitate*, ait, *atque infantia, vel etiam pueritia, quia neque scriptis usquam aliquid declaratum est, neque quisquam modo superesse invenitur, qui horum se dicat habere notitiam, scribere ineptum judicans, ad actus & mores, ceterasque vitae illius partes explicandas ac demonstrandas, omissis incognitis, transire disposui.* Ex his verbis longe aliud cum Cl. Bayleo, quam genius ille, efficio, quod videlicet Eginhartus consuluerit aut libros, aut vivam vocem, cum vero nullum de Caroli nativitate scriptum inveniret, nec quisquam superesset, qui infantiam ejus ac pueritiam nosset, iis omissis, cognita potius ac certa narrare, quam incognitis & incertis immorari voluit. Praeterea, quod nulli libri de pueritia Caroli exstiterint, inde non sequitur, nec de reliqua aetate reperta fuisse monumenta, quibus tuto fides haberi potuisset. Haec sunt, quae auctor ille Eginharto objicit, ex quibus de reliquis ejus argumentis B. L. judicare poterit, quantum roboris habeant, non enim sufficit Scriptorem accusare & levissimis rationiciis ejus fidem suble-

ſtam facere, ſed requiruntur certa argumenta ex ipſa antiquitate petita, quibus quam rariſsime paradoxi illi utuntur.

Vindicato à cavillationibus adverſariorum Auctoris noſtri libello de vita Caroli M. nunc ad alia ejus ſcripta progrediemur, inter quae primo loco memoranda venit Hiſtoria *de inventione ac translatione reliquiarum SS. Martyrum Marcellini Presbyteri & Petri Exorciſtae, deque illuſtribus ad eorum intercesſionem patratis miraculis*, quibus librum unum *de paſsione horum martyrum* rythmice conſcriptum adjunxit. Hanc hiſtoriam primus edidit Laurentius Surius ad diem 2. Junii & nuper notis doctisſimis explicarunt Patres è S. J. Antwerpienſes, qui actis SS. illuſtrandis operam ſuam addixerunt. Praeter haec & multa alia ſcripſit, quae vel injuria temporis deperdita, vel hic vel illic incognita adhuc latent. Sic *Hiſtoriam temporum*, librum *Epiſtolarum*, quarum nonnullas Doctisſimus DuCheſnius edidit, *Pſalterium Gallicanum adbreviatum*, ex quo excerpſit *omnes verſus*, ut ait Trithemius, *verba orationis habentes*, *imitatus in eo Bedam*, *qui Hebraicum Pſalterium contraxit.* Scripſit etiam libellum de *cruce adoranda*, cujus meminit Lupus Ferrarienſis Epiſt. IV. ſed uterque foetus periit. Idem fatum ſenſit ejus liber de *bellis Saxonicis*, cujus memoriam nobis conſervavit, citando quaedam ex eo fragmenta, Adamus Bremenſis lib. I. Hiſtoriae ſuae Eccleſiaſticae. Quantum ex illis reliquiis judicare licet, Saxonum hiſtoriam noſter ab ipſa origine deſcripſit, Adamus enim fatetur ſe fragmenta haec excerpſiſe ex Eginharto *de adventu moribus & ſuperſtitione Saxonum.* Quidam hoc ſcriptum cum *Hiſtoria temporum* unum idemque eſse putant, ſed pace illorum mihi diſsentire liceat, teſtantur enim τὰ λείψανα de bellis Saxonicis Noſtrum eo in libro Saxonicam hiſtoriam, praetermiſsis rebus geſtis aliarum gentium, conſcribere voluiſse, cum in hiſtoria temporum univerſalem tradiderit hiſtoriam, & id innuere videntur Marianus Scotus, Scriptor Sec. XI. & Gobelinus Perſona, XIV. Sec. Hiſtoricus, quorum primus in fine libri II. ait: *Hinc nullus Chronographus adnotatur usque ad tempora Mariani Scoti, niſi quod Eynhardus Cancellarius Magni Caroli Imperatoris atque alii geſta temporum conſcripſerint*, alter Aet. VI. cap. 37. ſcribit: *Hucusque* (ad mortem videlicet Caroli Martelli) *Dionyſius proſecutus eſt Chronicas*, *dein Einhardus Capellanus Caroli*, & ibid. cap. 41. *Hucusque* (mortuo Ludovico) *Eginhardus ſcripſit Chronica.* Forte hi Scriptores Annales, vulgo Eginharto adſcriptos, in animo habuerunt, qui

à morte

à morte Caroli Martelli usque ad mortem Ludovici res gestas complectuntur. Hos primum edidit cum Eginharto Illustrisſ. Nuenarius sub nomine Benedictini Monachi, postea Reuberus & Freherus, quorum postremus Adelmo cuidam vindicat. Cointeus in Annalibus suis vocat Laurishamenses, eo quod ad annum 774. eorum auctor Laurishamense Monasterium *suum* vocet. DuChesnius vero, Sirmondus, Marca, Lambecius aliique, Eginhartum horum Annalium parentem faciunt, (quo sub nomine eos & à me citatos esse deprehendes, licet de eorum auctore certi quicquam proferre nequeam) nixi auctoritate anonymi cujusdam, qui miracula S. Sebastiani descripsit, & in praefatione ad Ingramnum S. Medardi Suesſion. Abbatem verba ex Eginharto, seu ut illum vocat, Agenardo profert, quae hodie in Annalibus ad an. 826. in fine reperiuntur. Hoc argumentum sine dubio esset validissimum, modo certo constaret, Scriptorem hunc non fuisse deceptum conjunctione utriusque opusculi, quod plerumque huic Vitae Caroli M. adjunctum est, ut Illustrisſimus Comes à Nuenare in suo Codice, Lambecius in Vindobomiensi & ego in Casſellano observavimus. Doctisſimus Henschenius ad Nostri commentarium de translatione SS. Marcellini & Petri ex dicta historia argumentatur contra hos Annales, qui, ut diximus, Eginharto vulgo adscribuntur, & ostendit maxime errare horum Annalium Auctorem in describenda SS. Martyrum translatione, quod narret ad ann. 827. *Corpora Beatisſimorum Martyrum Marcellini & Petri de Roma sublata, & Octobri mense in Franciam* translata esse, cum ex Eginharti historia certo constet, corpora illa jam XVII. Januari anni 827. Mulenheimium allata fuisse. Aſt talem errorem Eginhartum commisisse, si utriusque libelli auctor esset, non est verosimile, ita ut hi Annales vel sub ejus nomine tantum editi, vel in fine ab aliis aucti videantur. Idem & Cointeus in Annalibus suis ex eo probare aggreditur, quod pluribus in locis diversa narrent & inter se maxime dissideant, hoc autem de uno eodemque Scriptore dici non posse. Sed ut verum fatear inter argumenta ejus sunt nonnulla, quae stringunt, alia, quae gratis finguntur, ex gr. Auctorem horum annalium vocare Eginhartum ad ann. 827. *Virum sui temporis prudentisſimum*, quod ipsum scripsisse, prorsus non sit verosimile, sed nullibi id in Annalibus reperitur, verum in Vita Ludovici Pii ab Anonymo scripta, & quamvis legatur in dictis Annalibus, id tamen hunc foetum Eginharto non abjudicaret, facili enim negotio ex mar-

gine in textum irrepere potuit. Fertur etiam Eginhartus descripsisse expeditiones Caroli in Pannoniam adversus Chabam Hunorum Regem, quem librum Viennae Austriae apud Wolfgangum Lazium extitisse, Gesnerus in Bibliotheca sua tradidit. Sed nunquam lucem, quod meminerim, adspexerunt. Tribuuntur ei etiam vulgo *Monita Gabrielis Archangeli XII. Capitulis comprehensa*, sed male, eorum enim scriptor est Notarius ejus Ratleicus, qui ea monitu cujusdam cocci, ut ferunt, cui id ab Angelo injunctum fuerat, composuit, & Eginharto emendanda ac Ludovico offerenda dedit. vide Cap. v. Histor. translat. Marcel. & Petri.

Haec sunt ingenii ejus monumenta, quae ad notitiam nostram pervenerunt, plura forte scripsit, quae tamen nunc desiderantur. Ex his vero quae supersunt, satis constare puto, quanti ingenii Vir fuerit Eginhartus, quem si Virum sui seculi doctissimum, prudentissimum & Maecenatem vocarem, nemo credo me jure reprehendet. Inspiciamus modo Lupum Ferrariensem, qui de omnigena ejus eruditione firmiter persuasus (quantum illa tempora ferebant) in Epistolis suis Eginhartum de variis ad rem literariam spectantibus consulit, *Mathematicis* scilicet, *Graecis*, *Poeticis* &c. à quo etiam sibi mutuanda petit elegantissima Tullii scripta, nimirum de *Rethorica*, *Oratore*, *ad Herennium*, *explanationem in libros Ciceronis*, *Gellium*, aliosque id generis libros. Hinc & saepissime eum vocat *Praeceptorem suum* vid. Epist. IV. cujus institutione se in studiis humanioribus (in quae magno ardore ferebatur) multum profecturum fore nullus dubitabat, uti nos docent literae ejus, quas ea de re ad Abbatem nostrum dedit. Ne vero solum Lupum tanta de Eginharto sensisse putes, & aliorum judicia hic annectere volui, quae Viri docti, sive sui, sive nostri aevi, de eo & scriptis ejus tulerunt, & haec sola malevolis, qui gloriae Eginharti invident, refutandis sufficere possunt. Vale mi lector, & ea, quae Vitae Eginharti deesse putes, ex monumentis, si quae inedita serves, suppleas.

J U-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [46] - -
PUBLIC DOMAIN

JUDICIA
Virorum Doctorum
DE
EGINHARTO.

Lupus Abbas Ferrarienſis Epiſt. 1. *ad Eginhartum.*

Venit in manus meas opus veſtrum, quo memorati Imperatoris clariſsima geſta (liceat mihi absque ſuſpicione adulationis dicere) clariſsime literis allegaſtis. Ibi elegantiam ſenſuum, ibi raritatem conjunctionum, quam in Auctoribus notaveram, ibidemque non longiſsimis periodis impeditas & implicitas ac modicis abſolutas ſpatiis ſententias inveniens amplexus ſum.

Anonymus in Vita Ludovici Pii.

Heinardus ſui temporis prudentiſsimus Virorum.

Ermoldus Nigellus in Panegyrico Ludov. Pii citante Frehero ad Eginhartum.

Tunc *Heinardus* erat Caroli dilectus amore,
Ingenioque ſagax, & bonitate vigens.

Poeta Saxo Anonymus de Vita Caroli M. lib. IV.

De Vita ſcriptum Caroli legat ipſe libellum,
Quem Francos inter clarus veraxque relator,
A ſummo prudens *Einhardus* nomine ſcripſit.

In Translationis S. Sebaſtiani Martyris hiſtoria.

Agenardus cognomento ſapiens ea qui tempeſtate habebatur inſignis, hujus Reverendiſsimi Coelicolae mentionem in geſtis Caeſarum Caroli M. & filii ipſius Ludovici faciens, inter alia quae annotativo curſu dictitabat, non inoperoſum duxit mortalia acta immortali adſtipulatione roborare.

Chronicon Fontanellenſe in Geſtis Anſegiſi Abbatis.

Exactor operum Regalium in Aquisgrano Regio Palatio ſub *Einhardo* Abbate, Viro undecunque doctiſsimo.

Adamus Bremenſis lib. 1. *c.* 1. *Hiſt. Eccleſ.*

De gente Saxonum & natura ejusdem provinciae ponemus ea, quae doctiſsimus Vir *Einhardus*, aliique non obſcuri auctores in ſcriptis ſuis reliquerunt.

Idem

Idem lib. I *c.* 30.

Einhardus in geſtis Saxonum haec dulci calamo proſequitur.

Chronic. MS. Gandenſe ad ann. 826. *citante ad Sigebert. Miraeo.*

Vir Venerabilis *Einhardus* ---- geſta inclyta & acta Glorioſi Imperatoris Caroli M. lucido ſtylo deſcripſit.

Sigebertus de Scriptoribus Eccleſiaſt. c. 84.

Einardus ſcripſit Vitam Caroli Imperatoris tanto veracius, quanto adhaeſit ei familiarius.

Trithemius de Scriptorib. Eccleſiaſt.

Einardus Cancellarius Caroli M. Imp. natione Teutonicus, & poſtea Monachus Ordinis D. Patris Benedicti Vir in ſecularibus literis eruditiſſimus, & divinarum Scripturarum non ignarus. Scripſit non ſpernendae lectionis opuſcula.

Sixtus Senenſis lib. IV. *Biblioth. Sacrae.*

Einardus fuit diſciplinarum ſtudio & ſanctiſſimis moribus admirandus.

Bellarminus de Scriptoribus Eccleſ. Saec. IX.

Eginartus Cancellarius Caroli M. ſcripſit ejus Vitam ſatis diligenter.

Freherus de Statura Karoli M. p. m. 222.

Eginhardus teſtis, ut αὐτόπτης, ita ἀξιόπιστος.

Petrus à Beek in Aquisgrano c. 5.

Cui (*Eginharto*) in hiſtorica veritate de Karolo praeferendus nemo.

Reineccius in praefat. ad Poet. Saxon. de Vita Karoli M.

Eginarthus tanquam Ariadnes filo ſimplici & nudae veritati inhaeret, nec admodum contaminate loquitur.

Brouwerus lib. I. *Antiq. Fuldenſ. c.* 9.

Eginhardus fuit admirabili tunc doctrina Vir.

Idem cap. 14.

Brunonem miſit ad *Einhardum* variarum artium peritiſſimum Doctorem.

Barthius lib. VI. *Adverſ. c.* 7,

Miratus ſum tantam caſtigationem ſtyli tam religioſo (*Eginharto*) ſcriptori, illi aevo ſuperesſe.

Idem lib. XXII. *Adverſ. c.* 5.

Quanquam is Scriptor minime ſuis rebus dictisque conſtet, atque etiam-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [48] - -
PUBLIC DOMAIN

etiamnum plura intrusa videatur circumferre, effarctus enim mire est à curiosis sciolis, & omnia Regi illi tribuentibus Monachis.

Idem lib. XLVI. *c.* 2.

De doctrina autem Caroli longe aliter *Eginhardus*, fide dignissimus si quisquam Scriptor.

Conringius de Origine Juris German. cap. 12.

De illo (*additamentis ad leges Salicas, Bajoaricas &c.*) *Eginhartus*, rerum Caroli callentissimus.

Idem cap. 13.

De *Eginharti* fide non est, quod dubitemus.

Idem in Dissertat. de Civibus Imperii §. 28.

Potest [illegible] plurimis doceri, at sufficerit unum *Eginhardi*, rerum Harum omnium peritissimi, testimonium adduxisse.

Labbeus de Script. Ecclesiast. tom. 1.

Eginarthus s. *Eynardus* aut *Eginardus*, Scriptor elegans Vitae Car. M.

Hertius in Bibliotheca Germanica.

Inter Vitae Caroli M. Scriptores merito primum locum obtinet *Einhardus*. -- Librum quem de Vita Caroli M. composuit, tanta scripsit dictionis puritate atque elegantia, ut Coaetaneos longe superet, planeque videri possit aliquot ante seculis vixisse.

Schurzfleischius in Additament. de Divisione Imperii Carolini.

Eginhartus Karoli aequalis, & vitae consiliorumque societate conjunctus, ac rerum, quae ad illum pertinent, unus omnium maxime gnarus.

Idem in Dissertat. de Antiquae Saxon. dignitat.

Eginhartus fide dignus, & rerum per illud tempus pace belloque gestarum insigniter peritus.

Henschenius ad Eginharti Histor. Translat. Marcellini & Petri.

Inter eximios ac summa claritudine nominis excellentes Scriptores, qui sub Imperio Caroli M. & Ludovici Pii floruerunt, merito censendus est *Eginhartus* s. *Einhartus*, a cujus eleganti calamo exaratam habemus Vitam Caroli M.

Fontaninus in Vindic. Diplomat. lib. 1. *c.* 7.

Eginhartus est intimus & accuratissimus Scriptor rerum Caroli M.

******

INDEX
EDITIONUM
EGINHARTI.

Quae Editiones asteriſco notatae ſunt, ipſemet inſpexi, & inter ſe comparavi, reliquas ex aliorum fide deſcripſi, quorum nomina ſuis locis indicantur. Plures ad notitiam meam non pervenerunt, quamvis praeter has & alias prodiiſſe, negare nullus auſim.

* Anno 1521. Coloniae in 4. prodiit omnium prima editio, quam Illuſtriſſimus Comes Hermannus à Nuenare curavit.

Anno 1532. Baſileae typis in fol. deſcriptus fuit, teſte Geſnero in Bibliotheca & Poſſevino in Apparatu Sacro.

* Anno 1551. iterum Baſileae à B. Rhenano editus in fol. in Rebus ſuis Germanicis.

* Anno 1561. Coloniae ejus editio repetita fuit in 12. apud Johannem Birckmannum.

* Anno 1584. Francofurti in fol. à Reubero Scriptoribus ſuis Germanicis adjunctus fuit.

* Anno 1613. in fol. Hanoviae inſertus eſt à Marquardo Frehero Corpori Hiſtoriae Francicae ſincerae.

Anno 1631. Francofurti cum Commentario edidit Georgius Helwich, teſte Lipenio & Teiſſerio.

* Anno 1636. Lutetiae Pariſiorum in fol. in Collectione Hiſtoricorum Franciae tom. II. quam curavit DuCheſnius, prodiit.

* Anno 1643. fol. Antwerpiae inter Acta Sanctorum tom. II. Januarii lucem aſpexit, cum obſervationibus Johannis Bollandi.

* Anno 1644. Argentorati in 4. cum hiſtoria Caroli M. à Joh. Joachimo Francio editus fuit.

* Anno 1667. Helmſtadii in 4. novam editionem adornavit, cum adjectis animadverſionibus, Joh. Friedericus Beſſelius.

* Anno 1707. in fol. Francofurti ad Moenum inter Scriptores Germanicos Heineccius recudi fecit.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [50] - -
PUBLIC DOMAIN


































GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [51] - 1
PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 156, [52] - -

PUBLIC DOMAIN

VITA ET GESTA CAROLI COGNOMENTO MAGNI

Francorum Regis fortissimi, & Germaniæ suæ Illustratoris Auctorisque optime meriti, per EGINHARTUM illius quandoque alumnum atque scribam adjuratum, Germanum, conscripta.

ANIMADVERSIONES IN TITULUM.

Vita & gesta Caroli] Qui ex Veteribus de Vita hujus Imperatoris scripsere, inter complures, pauci supersunt. Primo, post Eginhartum, loco numerare possis *Johannem Turpinum*, seu potius, *Tilpinum*, Archiepiscopum Rhemensem, nisi liber ejus tam spissis refertus mendaciis, nauseam cordato lectori concitaret. Equidem induci non possum, ut credam fabulosa isthæc somnia, à tanto Viro profecta, cum mentio in iis habeatur mortis Caroli, quam tamen prævenit Tilpinus, utpote cui defuncto a Carolo substitutus sit *Wulfarius*, etiam *nostro* memoratus Cap. XXXIV. teste Frodoardo Presbytero & Canonico Ecclesiæ Rhemensis, *lib.* II. *Hist. cap.* XVIII. Et tamen constanter ejus nomen in scriptis Codd. præfigitur, quorum duo in *Bibliotheca Julia*, sat antiqui asservantur. *Vossianum* similiter, ac *Cantabrigiense* exemplar, Turpinum Archiepiscopum huic fœtui supponunt. Quid quod sub eodem nomine in Canonem relatus est libellus à *Calixto* II. Papa sub annum Christi 1122. ut clare Auctor *Chronici Magni fol.* 150, quam auctoritatem deinceps Siffridus Misnensis, Gobelinus Persona, Vincentius Beluacensis, innumerique alii secuti. Sed in proclivi esset pluribus ostendere, turpiculum istum (quisquis tandem sit) fabulatorem, nihil cum Tilpino commune habere, nisi hoc argumentum, data quasi opera, præcepissent Gerard. Joh. Vossius *lib.* II. *de Hist. Lat. cap.* XXXII. Joh. Gryphiander *de Weichbild. Sax. cap.* XIII. *seq.* & ante utrumque Petrus Mantuanus Secretarius *in Animadvers. lib.* IV. *cap.* II. Itaque suppositititium & nugatorium scriptum in seria historia ne attendere quidem fas est. Longe verior *Monachus* ille *Cœnobii Egolismensis*, primum à Petro Pithœo in lucem productus, quem

Sæculo IX. ſub Ludovico ut arbitror Pio vixiſſe conſtat; quanquam ſtylus horridior alicubi moram injicere Lectori queat. Proximus illi aliquo tamen intervallo *Monachus S. Gallenſis*, quem Eruditi *Notkerum Balbulum* eſſe haud vane ſuſpicati ſunt, etiam minuta, quæ vix alibi reperias, in Vita Caroli, jam Senior conſignavit. Edidit, ſed mutilum *Tom.* I. *Antiq. Lect.* Henricus Caniſius; longe auctiorem, ſuoque Auctori redonatum editioni deſtinarat Marq. Freherus lumen illud noſtrorum temporum. Idem Caniſius chartam aliquam *Tom.* V. inſeruit, *de Genealogia Caroli M.* vetuſtam illam quidem, ſed imperfectam: cujus Auctor aliquandiu in Francia Orientali vixerat, Germanus ipſe, niſi conjectura me fallit. Floruiſſe autem hunc ex illo opere temporibus Ludovici II. apparet, ac ſcripſiſſe etiam ante Notkerum, An. 867. Hos omnes & genere dicendi, & induſtria ſingulari facile ſuperavit *Poëta Saxonicus, libris* V. *de Vita & geſtis Caroli M.* in quorum prioribus quatuor magna ex parte *Adelmi*, nobiliſſimi iſtius ſub Ludovico Pio Hiſtorici, Annales *Heroico carmine*, expreſſit: in quinto autem *Eginhardi* ſeu *Einhardi*, ut ipſe vocat, veſtigia tam preſſe legit, ut verba etiam Elegiacis ſuis ipſiſſima, aptaverit. Primus eum *Reinerus Reineccius* bono publico evulgavit, e membranaceo Codice *Bibliothecæ Helmſtadienſis*, qui fortaſſis unicus nunc ſupereſt, oppido bonus, niſi quod nomen Auctoris à librario prætermiſſum, aut diſſimulatum, deſideratur. Wernerus etiam Rolevinckius, cum aliquot ex eodem Poeta verſus producit *lib.* II. *de laud. Sax. cap.* I. Scriptorem ſuo tempore ſatis notum indigetat. Claruiſſe eundem Arnulphi Imp. ætate, indicant iſta, *lib.* V. *ſub fin. v.* 415.

Nunc tamen Arnulfo merito ſub Principe gaudes,
Qui ſimilis tanto moribus eſt avavo.

Circumfertur & alia *Caroli vita*, quam in *Hagiologiam* ſuam tranſtulit *Georgius Wicelius*, ratus antiqui alicujus eſſe Scriptoris, aut plane à *Plutarcho* conceptam, quo nomine riſum movit *Voſſio lib.* III. *de Hiſt. Lat. c.* VIII. Sed genuinus ejus Auctor eſt *Donatus Acciaiolus Florentinus*, qui & ipſe Eginhardum fere exſcribit, obiitque demum anno 1473. Atque hi quidem ſeu Veteres, ſeu pro talibus habiti, Vitam Caroli ex profeſſo, quod ajunt, tradidere; quos interjecto tempore ex Recentioribus Marcus Wagnerus, Erpoldus Lindenbrogius, Johan. Letznerus, Joh. Joachimus Frantzius, alii ſecuti; quorum conatus infinitis modis vicit Vir in omni doctrina ſummus Joh. Henricus Bœclerus in Hiſt. Seculi IX. Besselius. Quot Codd. tot hujus libri deprehenduntur Inſcriptiones; à vulgatis recedunt DCh. & Boll. qui novam ex ſuis MSS. producunt. *Vita & converſatio Glorioſiſſimi Imperatoris Karoli Regis, Magni atque Invictiſſimi Auguſti.* cui fere adſtipulatur MSS. Lugd. in quo legitur: *Vita & converſatio Excellentiſſimi Principis, Domini Karoli M. quondam Imperat. Rom. & Reg. Franc.* Lambeccius lib. II. Biblioth. Vindob. antiquiſſimum producit Cod. membr. cujus titulus ſic ſe habet, *Vita Karoli M. Imperat. Auguſti & Saxonum Apoſtoli ab Enhardo Capellano ſuo compoſita.* Codex Sion. *Vita Karoli M. & Orthodoxi Imp. edita a Meinardo Capellano ejus ſui temporis impenſe docto.* Goldaſtus noſter ex Cod. Sangallenſi legit. *Einhardi V. C. de Vita & Geſtis Caroli cognomento M.* Aliud MSS. Cæſareum & Caſſell. hunc librum *Geſta Caroli* appellant. Varias hujus libri Inſcriptiones notare hic viſum fuit, quo quivis cognoſcat, genuinum Auctoris noſtri titulum deperditum eſſe. Simpliciſſimum videtur, ſi hoc modo inſcribatur: *Eginhardus de Vita & geſtis Caroli M. Imp. Rom. & Reg. Franciæ* quales hoc Ævo frequentiſſime in aliis Auctoribus deprehenduntur; ſic hiſtoria Pipini Ducis apud DCh. vocatur *Vita Pipini Ducis*, & illa Sigeberti, *Vita Sigeberti III. Regis Auſtriæ Filii Dagoberti*, quamvis non ignorem & hos titulos eſſe à librariis confictos. Schminckf.

Caroli cognomento Magni] Wernerus Role-

Rolevinckius *de Westph. Laud. lib.* II. *c.* II. Carolum cum propter egregiam magnitudinem corporis, tum propter excellentem magnitudinem factorum, Magnum appellatum censet. Utrumque non improbabili conjectura asseritur; nam & Pipinus, ejus Pater dictus est *Brevis*, quod statura pusillus esset, ut scribit Odorannus Monachus, *fragmento Chronol. ad an.* 750. *in annal. Pithoei.* Unde corrigendus Aeneas Sylvius *libro de Stat. Europ. cap.* XXXI. *p.* 77. *tom.* 2. *R. Germ. Freheri*, ubi *Pipinum* scriptum est, loco *Pipini nani*. Et sane Romanis jam tum frequentatum est, à corporis habitu cognomentorum rationes petere. Ita Licinii *Crassi*, Aemylii *Pauli*, Sempronii *Longi* dicti sunt, ut Carolus Sigonius in eo libro, quem *de Nominibus Romanorum* edidit, latius testatur. Interim potius est, ut credamus à Virtutis excellentia, rerumque gestarum magnitudine, Magni nomen promeruisse, ad exemplum Alexandri, Pompeji, Constantini, aliorumque fortissimorum Principum; quo etiam Sigebertus inclinat ad an. 768. Sæpius tamen in Diplomat. invenias tam *Calvum*, quam *Crassum*, *Magni* sibi cognomen usurpasse; quæ si quis non satis expensa temporum supputatione ad nostrum illum referre voluerit, graviter errabit. Rem aliquot exemplis liquidam fecerunt Joachimus Vadianus *lib.* II. *Antiquit. p.* 53. & post eum Goldast. *notis in Ekkehardi Vit. S. Notkeri tom.* I. *Rer. Alem. part.* 2. *p.* 255. BESSELIUS. Vide etiam quæ Goldastus ad h. l. observavit.

Per Eginhartum] Eginhartus s. Einardus, ut in aliquibus Codd. scriptum invenitur, Germanus fuit, ex nemore Ottonio oriundus, primum Caroli Cancellarius, post Monachus Benedictinus, atque Abbas primus Cœnobii Salingenstadensis, Vir inter primos ejus seculi annumeratus, ut ait Baronius *tom.* 9. *ad an.* 826. qui tanto meliori fide res Caroli executus est, quanto familiarius eidem adhæsit, ut scribit Sigebert. *de Scriptor. Illustr. c.* 84. Generum Caroli cum Veteres, tum Recentiores credidere, decepti frivola relatione Chronici Laurishamensis, ut *ad cap.* XIX. ostendimus. Inter complura, quæ hodie exstant, opera, certissimum est præsens *de Vita Caroli* monumentum, jam olim Sigeberto *in Chron. ad annum* 814. & Adamo Brem. *lib.* 2. *c.* 9. laudatum; *Alberto* autem *Stadensi*, & *Conrado Urspergensi*, fere totum exscriptum, ut non injuria mireris ad *Alcuinum* Caroli Magistrum ab aliquibus referri potuisse. Diserte Poëta Vetus *de Vita Caroli lib.* IV. *v.* 114.

Si tamen hoc dubium cuiquam fortasse videtur,
De Vita scriptum Caroli legat ipse libellum,
Quem Francos inter clarus, veraxque relator
Ac summe prudens Einhardus nomine scripsit.

Sunt qui Annales quoque à Nuenario primum productos, & *Adelmo*, ab aliis *Adhemaro* adscriptos, Eginharto nostro attribuant. Sed enim non pauca invenias, quæ contrarium suadere possunt; præsertim cum ipsius Eginharti in his annalibus fiat mentio ad annum 806. Cæterum quam terse & eleganter, quamque ubertim hic scribat noster, res ipsa loquitur: ut non vane judicarit Casaubon. *Comment. in Aug. c.* 64. Suetonii imitatorem in hoc opere se præbuisse Eginhartum. Quod si tamen opera ejus *de Miraculis Marcellini & Petri*, quæ apud Surium *tom.* 7. *d.* 2. *Jun.* reperiuntur, itemque Epistolas nonnullas, ac Diplomata illa, quæ in Chron. Laurisham. ab ipso Eginharto scripta exstant *tom.* I. *Rer. Germ. Freheri p.* 65. excutias, magnam Styli differentiam offendes. Quæ res Gerhardum Vossium, acuti judicii Virum, in eam cogitationem impulit, ut interpolatum à Nuenario crederet Eginhartum, *lib.* 2. *de Hist. Lat. c.* 33. *Sed*, inquit, *etsi pro sua ætate, satis eleganter loquitur, tamen nec prætereundum est, primum Eginhartii Editorem, Hermanum Comitem Nevenarium, non instituisse antiquo codici, quem habebat, sed in eo fuisse, ut passim floridius loquentem indu-*

induceret. Quod ejus inſtitutum, ne quid diſſimulem, probare neutiquam poſſum. Eoque magis diſplicet, quod etiam qui poſtea Eginhardum typis divulgarunt, hanc Nevenarii Comitis editionem ſecuti ſuerunt. Hæc Voſſius & fortaſſis alii, quibus eorum temporum ſermonis aſperitas non ignota. Si tamen quod res eſt dicendum, utrique injuriam faciunt, qui ſic cenſent. Namque & ſcripti duo Codd. quos ſumma diligentia cum editis comparavit *Juſt. Reuberus*, Conſiliarius quondam Palatinus, & manu exaratus liber *Bibliothecæ Mediceæ*, cujus excerpta pro ea, qua eſt humanitate, mihi lubens communicavit *Henricus Meibomius*, Rei Medicæ, omniſque adeo antiquitatis ſcientiſſimus, ne apicem quidem à Nuenario temere immutatum ſatis indicant. Itaque ad duplicem potius loquendi modum attendendum arbitror, quem ut hodie in vulgari lingua, ita olim labente ſenſim puritate Latini ſermonis alium in foro, tabulis publicis, judiciis, epiſtolis, teſtamentis adhibitum arbitror, alium in hiſtoria paulo cum majori diligentia ſcripta. Et certe vulgo per illa tempora *ſermonem ruſticum* obtinuiſſe, hoc eſt ſemi-Latinum ac barbarie obfuſcatum, ſeu ut cum Gregor. Turon. loquar *lib. I. Hiſt. Franc. init.* nec in literis, nec in ſyllabis Grammaticam artem obſervantem, notius eſt, quam ut dici debeat. Obſervavit jam tum Hieron. Bignonius *Præfat. in Form. Marculfi*, Ruſticam illam Romanam linguam, in quam homiliæ decreto Synodi Turonenſis III. ſub Carolo M. habitæ, transferendæ erant, ad meliorem intellectum vulgi adhibitam. Quare non eſt ut amplius dubitemus de duplici ſcribendi genere, quod olim & apud Romanos in vulgato ſermone adhibitum, aliquando me monuit per literas *Reineſius ὁ πάνυ* BESSELIUS. His addas quæ obſervat Goldaſtus ad præfationem, & nos in Vita Eginharti hic præfixa.

Scribam adjuratum] Scribæ nomen apud Græcos perhonorificum, Romanis ita eviſuit, ut ad ſervitia tantum reſtringeretur, Cornel. Nepos XVIII. I. 5. de Eumene: *Itaque eum habuit* (Philippus Macedo) *ad manum Scribæ loco, quod multo apud Grajos honorificentius eſt, quam apud Romanos. Nam apud nos revera, ſicut ſunt, Mercenarii ſcribæ exiſtimantur. At apud illos contrario nemo ad id officium admittitur, niſi honeſto loco, & fide & induſtria cognita, quod neceſſe eſt omnium conſiliorum eum eſſe participem.* Ita Julius Firmicus *lib.* III. *Matheſ. cap.* XII. Scribas iis adjungit, qui negotiationibus, rationibus atque apothecis præpoſiti ſunt, hoc eſt, conditionis ſervilis hominibus, aut certe Libertinis, qualis fuit Flavius ille, ex Scriba Ædilis Curulis, ac poſtmodum Tribunus Plebis factus, vehementer indignantibus Romanorum Optimatibus, ut videre eſt ex Plinio *lib.* XXXIII. *c.* I. Val. Max. *lib.* II. *c.* V. Gellio *lib.* VI. *c.* IX. aliis. Quæ ipſa & Laurent. Pignorio *elegantiſſimo de ſervis libro p.* 110. notata ſunt. Ex quo colligas, omnem fere honoris aditum Scribis apud Romanos intercluſum, adeo ut univerſum illorum ordinem ne honeſtum quidem fuiſſe Carolus Sigonius *lib.* II. *de antiquo jure Civit. Rom. cap.* XIV. adſerat, quod tamen nimis inclementer dictum Gutherio videtur *lib.* II. *de veter. Jur. Pontif. cap.* XIII. Eſt tamen ubi Sigonius defenſorem inveniat, Flav. Vopiſc. qui de Carino Imperatore ſcribens, *Præfectum urbi*, inquit, *unum è Cancellariis ſuis fecit, quo fœdius nec cogitari potuit aliquando nec dici.* Ut rem in pauca contraham, Scribarum Cancellariorumque plura fuere genera. Hinc alii Auguſtales, alii Publici, alii Privati, paſſim memorantur. Scriba adjuratus, qualis fuit Eginhartus noſter, longe dignioris conditionis erat, *Logothetæ* utique *Magno*, ut vocabant Græci, comparandus. Et Nicetas *lib.* VII. *Rer. à Manuele Comneno geſtarum*, Cancellarium interpretatur λογοθέτην, quem locum ad Curopalatam adſcripſit in Notis *Franc. Junius pag.* 293. Ut non immerito *Cujacius* Quæſtoribus Sacri Palatii contulerit *Comment. ad Pompon. de Orig. Jur.* Quem dum *Theodor. Marcilius* traducere

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [56] - 4
PUBLIC DOMAIN

PRÆFATIO.

Vitam & converſationem, & ex parte non modica res geſtas Domini, & nutritoris mei Caroli, excellentiſſimi & merito famoſiſſimi Regis, poſtquam animus ſcribere tulit, quanta potui brevitate complexus ſum: operam impendens, ut de his, quæ ad notitiam meam pervenire potuerunt, nihil omitterem, neque prolixitate narrandi, nova quæque faſtidientium animos offenderem: ſi tamen ullo modo vitari

cere non veretur, in ineptias prorſus incidit, ad *Suetonium* dictitans, Cancellarium & re & nomine eundem eſſe cum veteris Romæ Cancellario. Quanto rectius Doctiſſimi Viri, Franciſcus Lanovius Monachus Ord. Minimor. *in Schediaſmate de Franciæ Cancellar.* & poſt eum Bernhard. à Mallinckrot, Decanus Monaſter. *lib. de Archi Cancellar. init.* inter Conſiliarios principem vel primo ſaltem proximum obtinuiſſe Præeminentiæ locum Scribas adjuratos ſeu Cancellarios adſerunt. Adde Barth. *lib.* L. *Adverſ. cap.* I. Sam. Petitum *Comment. ad leg. Attic. p.* 257. & Herman. Hugon. *lib. de prima ſcribendi origine, c.* 32. BESS.

Vitam & converſationem] eſt hæc locutio medio ævo frequentiſſima, & fere ſemper conjungitur, ſic in Capitul. Reg. Franc. lib. V. tom. I. Edit. Baluz. *Vita & converſatio accuſantium perſcrutetur.* Scriptor geſtorum Baldewini de Luzenburch Archiep. Trev. ſic incipit. *Vita venerandæ, converſationisque fuerat glorioſæ* SCHM.

Ex parte non modica res geſtas] Pleraque fideliter executus eſt in tanta operis brevitate Eginhartus. Etenim ſi bella ſpectes, præter *Friſium* iſtud, quod contra Radbodum Friſiorum Ducem geſſit, quodque in Annal. Friſiis memoratur, pauca hinc inde leguntur, figmentis anilibus miſere contaminata. Ut vere dixerit Theodoricus à Niem, *Epiſcopus Verdenſis lib.* II. *de Schiſm. Pontif. cap.* XXII. Clarorum hominum famam non veris contentam laudibus, ſæpe etiam fabulis viam feciſſe. Qualia ſunt, quæ de expeditione Caroli in Palæſtinam, de prælio cum Alphonſo &c. circumferuntur, ut cap. XVI. latius oſtendimus. Par ratio eſt ejus prælii, quod cum Reginoburgenſibus iniiſſe dicitur Carolus, quam fabulam confutat Aventin. *lib.* IV. *fol.* 163. Nam quod duellum cum Aigolando, ac neſcio quo Braimanto ſuſceperit, Sabina Turpini ſomnia ſunt *cap.* VIII. & XX. Eccleſiaſtica autem negotia in Conciliis pertractata, tum Scholas complures erectas, aliaque brevitatis ſtudio Eginharto omiſſa, ſuis quæque locis in his Animadverſionibus aſſignamus. BESSELIUS. Non Carolus M. ſed Martellus cum Radbodo Friſiorum Duce bellum geſſit, mortuus enim *Friſius* ille circa annum Chriſti 718. quo tempore Carolus nondum lucem adſpexerat. vid. Regin. & Sigeb. Gembl. ita ut nomine deceptos eſſe Friſiorum Hiſtoricos neceſſe ſit. SCHMINCKE.

Famoſiſſimi Regis] Apud Veteres fere ſemper hæc vox in malum accipiebatur ſenſum: Medii ævi vero Scriptores in bono etiam ea uti cœperunt, ſic noſter hic *famoſiſſimi Regis* i. e. celeberrimi, quod per gloſſema plurimas vulgatas Editt. irrepſit, in MSS. enim quæ conſuluit DCh. Boll. conſtanter *famoſiſſimi* legitur, quibus

tari poteſt, ut nova ſcriptione non offendantur, qui vetera, & a viris doctiſſimis atque diſertiſſimis confecta monumenta faſtidiunt. Et quamvis plures eſſe non ambigam, qui otio ac literis dediti, ſtatum ævi præſentis non arbitrentur ita negligendum, ut omnia penitus, quæ nunc fiunt, velut nulla memoria digna, ſilentio atque oblivioni tradantur, potiuſque velint, amore diuturnitatis illecti, aliorum præclara facta qualibuſcunque ſcriptis inſerere, quam ſui nominis famam poſteritatis memoriæ nihil ſcribendo ſubtrahere: tamen ab hujuſmodi deſcriptione non exiſtimavi temperandum, quando mihi conſcius eram, nullum ea veracius, quam me ſcribere poſſe, quibus ipſe interfui, quæque præſens oculata, ut dicitur, fide cognovi, & utrum ab

& mea adſtipulantur, ſic eadem voce utitur Lupus Ferrar. Ep. 1. ad Eginhartum *ſi quidem veſtra memoria per famoſiſſimum Imperatorem Carolum* &c. SCHMINCKE

Amore diuturnitatis illecti] Hanc genuinam Auctoris noſtri lectionem eſſe nullus dubito, DuCheſne enim & Boll. ex ſuis Codd. MSS. cum quibus & mei faciunt excepto Caiog. & Caſſell. eam produxerunt; familiaris etiam Auctori noſtro fuiſſe videtur, ſic cap. xx. ubi de conjuratione Pipini agit, in vulgatis legitur: *qui ſibi vana* (vel ut alii *nova*) *promiſſione Regni illuſerant*, ſed cum Bollando, Beſſelio, Sigeb. Gembl. Chronic. Alberici Monachi, Bodl. & Lugd. MSS. lego: *qui eum vana Regni promiſſione illexerant*, cohæret enim illud melius cum antecedd. & conſequentibus, & planiorem longe ſenſum efficit. Sic auctor noſter in tranſlat: SS. Martyrum Marcell. & Petri cap. 1. *quibus ille promiſſionibus illectus miſit cum eis Presbyterum.* Gregor. Turon. lib. III. c. XI. *His promiſſionibus hi inlecti, ſuam voluntatem facere promittunt.* SCHM.

Nullam ea veracius, quam me ſcribere poſſe, quibus ipſe interfui] Veri Hiſtorici χειτήριον, id quod vel nomen ipſum indicat; ἱστορεῖν enim coram ſpectare, inquirere & explorare aliquid ſignificat. Quo ſenſu Servius Honoratus ad *lib.* I. *Æn.* v. 373. inter Hiſtoriam & Annales hoc intereſſe refert, ut *hiſtoria ſit eorum temporum, quæ vel videmus, vel videre potuimus, dicta ἀπὸ τῦ ἱστορεῖν i. e. videre. Annales vero ſint eorum annorum, quos ætas noſtra non novit.* Quæ verba, ut ſolet, exſcripſit Iſidorus *Orig. lib.* I. *cap* XLIII. Equidem quod illi de annalibus dixere, non probo, præeunte *Voſſio lib. de Arte hiſtorica cap.* II. certitudinem tamen omnino amplector. Vere enim quod in alia re dixit Ariſtoteles *lib.* I. *Eth. c.* IV. δεῖν ἐπὶ σωτηρίαν τῆς ἀληθείας καὶ τὰ οἰκεῖα ἀναιρεῖν, hic valet. Cujus moniti parum memor fuerat *Bodinus Method. Hiſt. cap.* IV. ubi *licere*, ait, *ſuorum popularium dignitatem honeſto mendacio tueri.* Quod quam perniciosum ſit in hiſtoria, pridem Reinerus Reineccius *in Methodo cognoſcendi & legendi hiſtorias*, Franc. Patricius *Dialog.* V. *de Hiſt.* Gerh. Voſſius *de Arte Hiſt.* & qui cæteris inferior non eſt, Barthol. Keckermannus aureolo libello, *de Natura & proprietate Hiſt. cap.* 3. oſtenderunt. BESSELIUS. Uti hic, ſic etiam in libro de tranſlat. Marcellini & Petri Auctor noſter fidem ſuam teſtatur. vid. ibid. cap. 3.

Oculata ut dicitur fide] Gloſſarium Henrici Stephani: Τῇ ἐν ὀφθαλμοῖς πίστει, oculata fide. Guntherus Ligurin. *lib.* IV. *in fin.*

Quos oculata fides ſimul & præſentia facti
Inſtruit, & notus falli non ſuſtinet ordo,

Quam

ab alio ſcriberentur nec ne, liquido ſcire non potui. Satius ergo judicavi, eadem cum aliis velut communiter literis mandata memoriæ poſterorum tradere, quam Regis Excellentiſſimi, & omnium ſua ætate maximi clariſſimam vitam, & egregios, atque moderni temporis hominibus vix imitabiles actus, pati oblivionis tenebris aboleri. Suberat & alia non irrationabilis, ut opinor, cauſa, quæ vel ſola ſufficere poſſet, ut me ad hæc ſcribenda compelleret: nutrimentum videlicet in me impenſum, & perpetua, poſtquam in aula ejus converſari cœpi, cum ipſo & liberis ejus amicitia, qua me ita ſibi devinxit, debitoremque tam vivo quam mortuo conſtituit, ut merito ingratus videri & judicari poſſem, ſi tot beneficiorum in me collatorum immemor, clariſſima & illuſtriſſima hominis optime de me meriti geſta ſilentio præterirem, patererque vitam ejus, quaſi qui nunquam vixerit, ſine literis ac debita laude manere. Cui ſcribendæ atque explicandæ non meum ingeniolum, quod exile & parvum, imo nullum pene eſt, ſed Tullianam par erat deſudare facundiàm. En tibi librum præclariſſimi & maximi Viri memoriam continentem, in quo præter illius facta, non eſt quod admireris, niſi forte, quod homo

Quam tranſlationem amplius extulit Plautus *Pſeudol.* 1. 3. 67. de *oculata die*, quem locum explicat Joſeph. Scaliger *ad Ætnam Virgilii.* Cæterum cur homines plus oculis quam auribus credant, rationem exponit Ariſtol. *lib. de Senſu & ſenſili*, in his ὅτι ἡ ὄψις κατ' αὐτὴν, ἀκοὴ δὲ κατὰ συμβεβηκός. Sic in *legibus militaribus Canuti Regis* memorat Saxo Grammaticus *lib.* x. requiſita fuiſſe, βλέποντα μαρτύρια: *Teſtimonium*, inquit, *in oculis reponebatur, nec objecta defenſionis præſidio repellere licebat.* Similes ex *Horatio, Herodoto, Plauto*, aliisque, ſententias collegit Rittershuſius *ad Guntheri l. c.* & Barth. *ad Guilielm. Briton. lib.* 1. v. 211. BESSELIUS.

Moderni temporis hominibus] Sic DCh. Boll. Goldaſt. MSS. Cajog. Lugd. & Sion. conſtantiſſime loco vulgatæ *noſtri*, legunt, quam veram Auctoris noſtri lectionem eſſe pluribus ad h. l. demonſtravit Gold. quibus unum ex plurimis locum ipſius Eginharti addas ex libr. de tranſl. Marc. & Petri cap. 1. *Is locus erat in Saltu Germanorum, ac moderno tempore ab Incolis Odanwalt appellatur.* SCHMINCKE.

Non irrationabilis ut opinor cauſa] Sic DCh. Boll. MSS. Cajog. & Sion. proferunt, in vulgatis vero vox *opinor* omittitur. S.

Patererque vitam ejus —— manere] Reſpexit opinor ad Horatii *lib.* IV. *od.* 9. v. 25.

Vixere fortes ante Agamemnona
Multi: ſed omnes illacrymabiles
Urgentur, ignotique longâ
Nocte: carent quia vate ſacro. BESS.

Ingeniolum quod exile & parvum] Scite ingeniolo *exilitatem* adjecit, more optimis Scriptoribus ad captandam gratiam frequentato. Ita μικρὸν ἀργυρίδιον Ariſtoph. *Pluto.* literulas minutas Cic. *lib.* IV. *in Verr. c.* 93. exiguam offellam, Juvenal. XI. 144. agellos parvulos. Martial. X. 92. dixere. Roswita Poetria *Paneg. Oddon.* v. 48. *Auderem ſatis exiguum perferre libellum.* Ingentem exemplorum vim *Notis ad Phædri* I. 14.

homo barbarus, & in Romana locutione perparum exercitatus, aliquid me decenter aut commode Latine ſcribere poſſe putaverim, atque in tantam impudentiam proruperim, ut illud Ciceronis putarem contemnendum, quod in primo Tuſculanarum libro, cum de Latinis Scriptoribus loqueretur, ita dixiſſe legitur: *Mandare quemquam*, inquit, *literis cogitationes ſuas, qui eas nec diſponere nec illuſtrare poſſit, nec delectatione aliqua allicere lectorem, hominis eſt intemperanter abutentis & otio & literis.* Poterat quidem hæc Oratoris egregii ſententia me à ſcribendo deterrere, niſi animo præmeditatum haberem, hominum judicia potius experiri, & in ſcribendo ingenioli mei periculum facere, quam Tanti Viri memoriam, mihi parcendo, præterire.

EXPLICIT PROLOGUS.

14. pene adfectis, produximus. Bess.

Homo barbarus & in Rom. locutione] Vulgatæ & omittunt, ſed DCh. Boll. quibus & noſtri Codd. ut plurimum adſtipulantur, particulam hanc agnoſcunt, ita ut in textum recipi merito videatur. De denominatione barbarorum vide, Gold. ad h. l. & ad Ekkeh. Junior cap. III. tom. I. R. Alem. Schmincke.

Aliquid me decenter] *Me* in vulgatis deſideratur, DCh. vero Boll. & MSS. Cajog. illud agnoſcunt. Schmincke.

Qui eas nec diſponere] Vulgatæ Editt. *quas nec diſponere*, ſed DCh. Boll. & omnia MSS. mea ut & Ciceronis Editt. habent *qui eas n. d.* In minori Colon. & Heineccii male *delectione* pro *delectatione* legitur. Exſtat hic Ciceronis locus lib. I. Tuſcul. Quæſt. c. 3. Schmincke.

C A-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [60] - 8
PUBLIC DOMAIN

CAPUT I.

Gens Merovingorum, de qua Franci Reges sibi creare soliti erant, usque in Hildericum Regem, qui jussu Stephani Rom.

Gens Merovingorum] Merovingi ex posteritate Merovæi Francorum Regis, diutissime Regnum obtinuere. Etenim si vera sunt, quæ ex nescio quo *Andreæ* refert Auctor Chronici M. *fol.* 35. regnaverunt annis ferme 370. ab anno scilicet salutis 831. usque ad annum 750. De nomine Albertus Abbas Stadensis, *Chronic. ad an.* 751. *Solebant Franci ex aliqua stirpe Regum Reges habere; qui à Merovæo Clodii* II. *Regis eorum, Merovingi dicebantur, quorum genealogia usque ad Hildericum tunc temporis Regem permanebat, in quo deficiebat.* Non autem Regiæ gentis hæc tantum fuerat appellatio, sed & totius populi Francici. Ita enim *Sigebertus Gemblacensis ad ann.* 448. *Merovæus filius Clodii super Francos regnat annos* 10. *A quo nimis utili Rege Franci Merovingi cognominati sunt.* Et sane *Carlingi* similiter non ad regiam duntaxat stirpem, sed ad Francos universos occidentales seu Francigenas, quos hodie Gallos appellamus, referuntur à Sigefrido Presbytero Misnensi, quem locum *ad cap.* XV. notamus. Ad quam formam fortassis Thuringi, à Thorone seu Regulo, seu Deastro: ac Lotharingi à Lothario Imp. ut vulgo existimant, dicti. Eodem modo sub finem Legum Alamannicarum *Merwungorum* nomen occurrere videtur pro Gente Francica apud Gold. *tom.* II. *R. Alaman. part.* I. *p.* 25. in his: *Hoc decretum est apud Regem & Principes ejus, & apud cunctum populum Christianum, qui infra Regnum Merwungorum consistunt.* Sed si rem recte reputamus, Regia potius hic familia, quam Gens ipsa Francorum intelligenda venit. Besselius: In Codd. Bodl. & Sionens. legitur Mervingorum & Merwingorum, quod vernaculam horum nominum sapit pronuntiationem, & sine ullo dubio nos docet, Auctorem hujus familiæ in Veteri lingua Francica dictum fuisse *Merve* vel *Merwe*, cujus nominis vestigia Viri Docti in fluvio ad Dordracum vulgo *die Merwe* deprehenderunt. Schmincke.

Usque in Hildericum Regem] Hildericus ille tertius, cognomento *simplex*, seu *stupidus & insensatus*, ut eum appellat Monachus Egolismensis *in annal. Pithoei p.* 233. quem alii *Chilpericum* minus recte vocant, filius fuit Dagoberti II. Theodorici IV. frater, qui cum antea David diceretur, (Danielem perperam vocat Hepidannus à Goldasto evulgatus anno 752. confundens Chilpericum cum Hilderico,) ex Monasterio, à Carolo Martello, Majore Domus, ad regnum accersitus est anno 742. regnavitqae annos 10. ut ex Instrumentis veteribus Alamannicis, quæ tom. 2. edidit Goldastus num. 40. p. 38. colligere est in his: *Data* VII. *Id. Sept. anno* X. *Regni Domini nostri Ilderici Regis.* Atque hanc computationem ex *Guilermo de Nangis*, Monacho S. Dionysii apud Parisios, proponit ac laudat Goldastus *tom.* II. *Part.* I. *p.* 2. Verum si ductum aliorum sequamur, eodem anno ad Regnum evectus est Hildericus, quo fatis concessit Carolus Bellicosus, hoc est anno 741. regnumque tenuit per annos 9. Donec propter socordiam, quod non solum insufficiens ad regnum gubernandum, sed etiam dissolutus cum mulieribus, & effœminatus esset, de consilio Principium Regno excidit, ut scribit Gobelinus Persona, Cosmodrom ætat. 6. c. 39. p. 191. Besselius. Varie hoc nomen pro varia cujusvis gentis dialecto scri-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [61] - 9
PUBLIC DOMAIN

bitur, quidam enim populi pleno ore cum aspiratione in faucibus facta *Childericus*, *Hludovicus*, *Chlotarius* &c. alii mollius *Hildericus*, *Ludovicus*, *Lotarius* &c. pronuntiabant. Hunc Optimates Franciæ ope Papæ à regno removerunt, (qua tunc temporis in tanta Regni mutatione maxima opus erat, ne quisquam contra novam hanc novæ familiæ electionem metu fulminis & iræ Papalis aliquid moliretur) cum novem annos regnasset, decimumque ingressus fuisset. Inter Eruditos non convenit, quo anno Hildericus ad Regnum pervenerit, quidam enim ad 742. alii 743. referunt. Licet vero Labbeus *tom.* VI. *Concil. Gener.* putet omnes Chronologos hactenus errasse, qui anno 742. creationem Hilderici in Regem vindicarint: eam tamen sententiam, utpote longe verosimiliorem, amplexus sum; Videamus nunc ejus argumenta & characteres, quos nobis ad eruendam Hilderici Epocham conservavit Antiquitas. Ex brevissimis Chronicis, Rhemensi & Tiliano novimus Hildericum IX. & quidem integris regnasse annis, decimi enim jamdum anni ejus (inchoati scilicet) in charta 40. apud Goldast. fit mentio. Cum vero quæstionis hujus cardo in eo versetur, ut sciamus à quo termino x. illi anni inchoati numerandi sint, inquirendum nobis erit, quo anno Christi hæc Goldasti charta dari potuerit. Data dicitur *anno* x. *Ilderici* VII. *Id. Sept.* qui annus sine dubio Christi 751. est, non enim prius nec serius dari potuit, non 750. tunc enim non decimum, sed nonum ingressus fuisset annum, non 752. (ultra 750. vel 752. proferri non posse hujus carthæ Epocham apud omnes in confesso est) quia jamdudum ante Septembrem Pipinus Rex fuit. Ergo necessario sequitur eam chartam datam anno Christi 751. à quo ut fixo nunc termino subtrahas novem annos integros, quotque supersunt menses, & Epocham initii hujus Regis, annum puta Christi 742. habebis. Cognito electionis anno, nunc de anni tempore dispiciendum est. Circa autumnum Hildericum Regem salutatum fuisse ex collatione duorum ab ipso datorum Diplomatum patere puto, quorum primum anno VIII. Regni ejus, XVII. Augusti i. e. anno Christi 750. promulgatum fertur vid. *chart* 38. *lib.* VI. apud *Mabilion. de R. D.* Secundum Diploma legitur apud Goldastum num. 40. quod ut supra vidimus datum est anno x. Hilderici, VII. Id. Septemb. i. e. Christi 751. Si igitur XVII. Augusti, anni Christi 750. nondum completus fuit Hilderici annus, VIII, & VII Id. Septembr. anni Christi 751. jamdum x. hujus Regis annus numeratus fuit, sequitur initium electionis inter duos hos terminos figendum esse, cum ex Aquitanica expeditione redirent Majores Domus Carolomannus & Pipinus. Causa hujus subitæ mutationis fuisse videtur hostium contra Francos in dies increscens multitudo, Alamanni enim, Aquitani, Bajoarii, Saxones &c. mortuo Carolo, Francorum jugum excutere meditabantur; quos regio nomine, quod per potentiam Caroli & diuturnum interregnum pene deletam erat, melius coerceri posse putabant hujus Regni Proceres, siquidem illud nomen, etiam maxime barbaris gentibus semper reverentiam & obsequium incussit. Hildericum igitur sibi Regem præfecerunt, ut sua auctoritate absentibus propter varia hinc illinc bella gerenda Majoribus Domus (non enim hunc Regem tam effœminatum ac contemtum fuisse puto, quicquid ogganniant Carolingi Scriptores, ut nulla vel minima saltem ipsi præstita fuerit reverentia) Regnum contra hostes etiam domesticos & malevolos defenderet. Hæc pluribus adstruxi, ut quilibet videat Goldastum perperam statuere Hildericum à Carolo Martello ex monasterio anno 742. ad Regnum evocatum fuisse; omnibus enim Historicis Antiquis repugnat, qui tradunt Martellum jamdum præcedenti anno mortem oppetiisse. Præterea etiam errat Commentator noster, qui Hildericum anno 741. ad Regnum pervenisse credit, quod ex iis, quæ supra de Epocha Regni Hilderici disputavimus, manifestum erit, ita ut hic repetere non sit operæ pretium. SCHMINCKE.

Què

Rom. Pontificis depositus ac detonsus, atque in monasterium trusus est,

Qui jussu Stephani R. P. depositus] Non Stephani II, sed Zachariæ I. consilio, depositum ac detonsum esse Regem Hildericum, Regino Prumiens. *Chron. lib.* II. Adelm. Benedictinus, Lamb. Schaffnabr. Marian. Scotus *Chron. æt.* 6. *lib.* III. Sigfridus Presbyter *Epit. lib.* I. omnes *ad annum* 750. referunt. Johannes Aventinus, historicus non indiligens, *annal. Bojor. lib.* III. *fol.* 174. ipsissimam Epistolam, à Zacharia Papa ad Bonifacium scriptam, de Unctione Pipini, producit. Quæ tamen si non omnino supposititia, saltem suspecta videri queat ex eo, quod scriptam ait *Prid. Non. Novemb. Imperante Domino Piissimo Augusto Constantino Imperatore, Imperii ejus an.* 33. *Indict.* 5. Nam cum ex aliis ejusdem Papæ Epistolis constet, eum Constantini annos ab Imperii annis ita distinxisse, ut annus ejus 24. cum Imperii 2. annoque Domini 743. concurreret, sequitur annum ejus 33. cum Imperii 10. Indict. 6. à Kal. Septembr. anni 752. inchoato, coincidere. Atque eodem anno, vel si Marianum Scot. sequamur, jam tum anno 751. Idib. Martii Indict. 5. obierat Papa. Qui igitur ad Francos Epistolam è tumulo dare potuit? Verius itaque colligit Blondell. *Assert. Geneal. Franc. tom.* I. Anno Constantini 30 Imperii ejusdem 8. consilium de tondendo Hilderico dedisse Zachariam: quæ ipsa clare confirmantur ab Adelmo, & Reginone, *ad an.* 749. quo missi Burchardus Würtzburgensis Episcopus & Folradus (sic enim hoc nomen apud Reginonem constituendum) Presbyter Capellanus, Romam ad Zachariam Papam, ut consulerent Pontificem de causa Regum, nomine duntaxat Imperantium. Quare cum Pontifex intellecta legatorum sententia respondisset: *Satius esse illum appellari Regem, apud quem summa potestatis consisteret:* Pipinus unanimi Procerum consensu, electione totius Franciæ, in sedem Regni evectus est. Eadem Monachus Engolismensis Vita Caroli p. 233. adeoque annal. Fuldens, qui tamen ad an. 752. referre videntur, quos sequitur *Bucelinus*, quam bene, nunc non disputo. *Notkerus* tamen *Balbulus*, quem Monachi S. Gallensis nomine vulgo celebrant, Eginharto nostro assentitur. Sic enim scribit lib. I. c. 10. de Vit. Car. *Stephanus Papa deposito ac decalvato ignavissimo Francorum Rege Hilderico, Carolum ad Regni gubernacula antiquorum Patrum modo perunxit.* Similiter Hermannus Contractus, & Hepidannus Cœnobita S. Galli, uterque ad annum 752. auctoritate Stephani Papæ depositum Hildericum memorant. Quam sententiam nisi mitius interpreteris, de consecratione Stephani iterata, ut accepisse videtur Theganus de Gestis Ludovici *cap.* 1. *p.* 295. vix tolerabilem judico. Besselius. Immerito ad h. l. Goldastus Eginhartum erroris arguit, quod Stephano remotionem Hilderici à Regno tribuat, cum *constantissimus* ut ait, *veterum consensus tradat, Hildericum à Zacharia depositum esse.* Sed videamus an omnes hujus Ævi Scriptores à partibus Goldasti stent. Chron. Brevisf. Wirzburg. *tom.* I. *Misc. Baluz.* Auctori nostro adstipulatur, *Pipinus* inquit, *per auctoritatem Stephani Papæ Rex Francorum est appellatus, & unctus manu S. Bonifacii.* Idem testantur Chron. Virdun. Herm. Contr. Canisian. Antiquissimum Fragment Historicum apud DCh. pluresque alii, quos omnes hic in partes vocare longum foret. Non ignoro quidem plurimos hunc actum Zachariæ adscribere, eos vero Eginharto repugnare, minime arbitror, modo annus unctionis Pipini, quem cap. 3. pluribus adstruam, probe consideretur. Hæc novi Regis inauguratio accidit anno 752. mense Majo, licet Natal. Alexander aliique id mense Martio in conventu publico factum velint: certum quidem est in solenni populi conventu electos & confirmatos fuisse Reges, ut ex Vita Leodegarii videre licet,

licet, an vero Reges menſe Martio ſolum in ſua dignitate ſtabiliti fuerint, mihi ſaltem non fit veroſimile, novimus enim ex hiſtoria Caroli noſtri, quod Patri ſuo ſucceſſerit, & Noviomi in publico Francorum conventu coronatus fuerit, non menſe Martio, ſed VII. Id. Octobris. Vide plura ad cap. 3. Ita ut fixum quidem maneat Reges coram toto populo vel ſaltem Proceribus inauguratos fuiſſe, non tamen inde ſequitur, dilatam Regum coronationem ſemper in Conventum, quem menſe Martio Franci celebrare conſueverant. Sed de his ſatis. Videamus nunc an Stephanus (ſive ille ſit II. ſive III. nunc non diſputo) ſalva temporum ratione Hildericum deponere potuerit. Zacharias ſecundum accuratiſſimos vitæ ejus Scriptores mortuus dicitur anno 752. 14. Martii, cui poſt XII. dies ſucceſſit Stephanus II. quo defuncto poſt quartum diem Stephanus III. ſufficitur. Hic memor beneficiorum Sedi Apoſtolicæ à Francis exhibitorum, non ſolum acta Zachariæ confirmat, ſed etiam Principi tunc temporis in Germania Epiſcopo injungit, ut Pipinum, communi Francorum Optimatum conſenſu in Regem electum, ungat ac coronet. Etſi enim Zacharias Francorum precibus, qui ad eum legatos miſerant, ut ſua auctoritate novi Regis & novæ familiæ electionem adjuvaret, annuiſſet, ejus tamen decretum executioni datum non fuit, ſubita enim mors, antequam motus illi, ſine dubio propter familiæ regiæ mutationem in Francorum Regno exorti, ſedarentur, id impediit, quales tunc temporis excitatos fuiſſe, antiquiſſimus Vitæ S. Bonifacii Scriptor cap. 10. innuere videtur, quando ait: *Cum vero Pipinus Domino donante regale Francorum, ſælix ſupradicti Germani ſucceſſor Regnum ſuſciperet, & jam aliquantulum ſedata populorum perturbatione in Regnum ſublimatus eſſet* &c. Stephanus igitur id demum ad optatum perduxit finem. Ne vero quisquam putet, me hunc conciliandi modum fingere, en teſtes probatae ſatis fidei, quorum auctoritate ſententiam meam confirmo. Inter eos primarium obtinet locum vetuſtiſſimum fragmentum Hiſtoricum apud DCh. tom. I. ubi legitur: *Cujus* (i. e. Zachariæ) *auctoritate & non multo poſt juſſu Stephani R. P. Hildericus, qui tunc temporis regimen Francorum tenebat, depoſito ac detruſo in Monaſterium, Pipinus Major Domus Rex Francorum electus, & Sueſſionis, à S. Bonifacio Moguntienſi Archiepiſcopo unctus eſt anno* 752. Idem tradit Auctor miraculorum S. Benedicti, cujus verba, quoniam mire ad rem noſtram faciunt, hic tranſcribere operæ pretium duxi: *Dum igitur*, ait Auctor, *hæc ita aguntur, Pipinus Regni Francorum aſſecutus ſummam, juſſu Stephani P. R. Hildericum ineptiſſimum Regem depoſitum ac detonſum, in monaſterium deinde truſum, privatum vivere compulit. Dein auctoritate ejuſdem Pontificis ex præfecto Palatii Rex conſtitutus eſt.* Ergo Pipinus tempore Zachariæ Papæ nondum *Rex* unctus eſt, ſub Stephano enim ejus Succeſſore *Præfectus Palatii* adhuc ſupra dicitur; ita ut ſtatuere neceſſe ſit, Pipinum ſub Stephano primum inauguratum fuiſſe. Vide etiam Chron. Virdunenſe, Herm. Contr. Caniſ. Chron. Wirzburg. &c. qui citatis teſtimoniis ex aſſe adſtipulantur. Minime igitur Commentatoris noſtri conciliandi ratio hic nodum ſolvit, quaſi hæc Eginhardi verba de ſecunda Pipini per Stephanum ipſum facta unctione intelligenda ſint, non enim Auctor noſter hic de unctione Pipini agit, ſed tantum narrat Hildericum à Regno per Stephanum Papam remotum fuiſſe. Licet vero ſtatuamus Stephanum, Regem Hildericum in monaſterium à ſolio dejectum, detruſiſſe, & Pipinum per Bonifacium conſecraſſe, non tamen putamus alios Auctores, qui id Zachariae tribuunt, noſtræ conjecturæ quicquam derogare, facili enim negotio, ni omnia me fallunt, utriuſque ſententiæ fautores conciliari poſſunt, modo Zachariæ fide ſupra laudatorum argumentorum hunc actum tribuamus, ut AUCTORI; omnia enim, ut vidimus, decreverat, quæ ad inaugurationem erant neceſſaria, imo decreta ſua etiam executus fuiſſet,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [64] - 12
PUBLIC DOMAIN

est, duraſſe putatur; quae licet in illo finita poſſit videri, tamen jam dudum nullius vigoris erat, nec quicquam in ſe clarum, praeter inane Regis vocabulum praeferebat. Nam & opes & potentia Regni penes Palatii Praefectos, qui Majores Domus dicebantur, & ad quos ſumma Imperii pertinebat, tenebantur: neque Regi aliud relinquebatur,

ſet, niſi ſubita mors & Regni perturbatio moram injeciſſent. Et Stephano, ut EXECUTORI decretorum Zachariæ; (quis enim neſcit acta Auctorum & Inſtauratorum vel Executorum ſæpiſſime in Hiſtoria & antiqua & nova confundi) hic non ſolum approbatis Zachariæ Actis Pipinum per Bonifacium ungi juſſit, ſed & biennio fere elapſo, ipſemet in Francia Pipino filiisque ejus coronam impoſuit, quod etiam male negat Goldaſtus contra antiquiſſima teſtimonia, quæ ipſe l. c. profert, quibus addas Annal. Eginharti, Tilianos, Loiſelianos, Metenſes &c. Hinc ortum fuit, quod Theophanes in Chronographia, Paulus Diaconus *lib.* XXII. *Hiſt. Miſcell.* aliique ſolum poſterioris Pipini unctionis mentionem faciant, utpote prima longe celebrioris, quo enim illuſtrior eſt illa perſona, quæ quicquam agit, eo illuſtriores etiam ejus res geſtæ cenſentur. SCHMINCKE.

In monaſterium truſus eſt] MSS. Paderb. addit *Sithiu*, ſive S. *Bertini*, quod in Urbe Audomaropoli eſt. BOLL. Hujus monaſterii & DCh. in ſuis MSS. mentionem fieri, ad marginem notavit, quibus Sionenſe conſentit. In hoc Cœnobio Hildericus vitæ contemplativæ operam dare coactus fuit, ut nos docent Annal. Bert. & Geneal. Reg. Franc. imo etiam mortuus eſt, id enim refert fragment. Iperii apud Labbeum in Miſcell. Curioſ. *ſecunda coronationis Pipini tempore Rex Hildericus Monachus hujus* i. e. Sithienſis *Eccleſiæ obiit.* Cum igitur hoc fragmentum ſit antiquiſſimum, & breviſſimum temporis ſpatium, quod in monaſterio vixit, varias cœnobiorum mutationes non facile patiatur, malo cum eo ſtatuere Hildericum poſt biennium in monaſterio Sithienſi mortuum, quam cum recentioribus quibuſdam dicere, eum ex Monaſterio Sithiu in Luxovienſe, inde ad S. Emeranum tranſlatum fuiſſe. SCHM.

Tamen jamdudum nullius vigoris erat] A temporibus Clodovæi II. cui tamen fortaſſis propter uxoris *Bathildis* ſanctitatem, relictosque à patre *Dagoberto* ſapientes conſiliarios, ſatis feliciter cuncta evenerunt. Præcipue regiam poteſtatem labefactavit & oppreſſit *Ebroinus*, ac dein *Pipinus Herſtallus.* BOLL.

Qui Majores Domus dicebantur] Majorum Domus, qui & *Regii Palatii Magiſtri* dicebantur, ſumma erat in Gallia dignitas, nullis à populo facile tributa, *quam iis, qui & claritate generis, & opum magnitudine, cæteris eminebant*, ut ait Noſter cap. II. Eorum officium eleganter deſcribit Paul. Warnefridi *lib.* VI. *de geſt. Longobard c.* 16. *edit. Lindenbr.* Marianus Scotus *lib.* III. *an.* 750. & iiſdem cum Mariano verbis *Annal. Fuldenſ. an.* 751. *Illud conſtat.* inquit Vadianus de Colleg. Germ. Vet. lib. II. p. 37. *Majores domus ſæpe non virtute modo & rerum gerendarum prudentia, ſed victoriis etiam ſpoliisque ex hoſte relatis, Regum gloriam ſuperaſſe, quod & de Martello proditum eſt.* Hos Aula Conſtantinopolitana κεροπαλάτας ſeu προκαθημένους τῶν μεγάλων παλατίων, ut videre eſt *apud Georg. Codinum pag.* 47. nuncupare ſolebat. *Curam Palatii agentes* vocat *Ammian. lib.* XIV. *curamque Palatii* abſolute Corippus Africanus *lib.* I. *c.* 8. *Ordine pro rerum vocitatus cura Palatii.* Sic enim recte legitur, nec tolerandum quod ſubſtituit Demſterus, *Paralip. ad Roſin. lib.* I. *c.* IV. *col.* 24. Curopalates: quandoquidem eodem nomine alibi etiam appellitentur. Peculiare eſt, quod intervallo aliquot Seculorum Seneſchalli

tur, quam ut regio tantum nomine contentus, crine profuso, barba submissa,

Franciæ appellati fuerint, teste ad an. 1170. Roberto de Monte *in Append. Sigeberti.* Nisi fortassis antiquum ejus dignitatis nomen est, quod mihi quidem per videtur verisimile. Sed de his ex professo Vincent. Lupanus *lib. de Magist. Gallican.* Petrus Faber *lib.* I. *Semest. cap.* I. Juretus *in Symmach. lib.* I. *Ep.* 12. Brossæus *Not. ad Cassiodor. lib.* VI. *Ep.* 3. Besold. *in Appellat. cap.* II. §. 19. Petrus Heigius *part.* I. *qu.* 4. *n.* 14. Freher. *lib.* I. *de Orig. Palat.* 2. Pontanus *lib.* VI. *Orig. Franc. cap.* 12. Hottoman. *in Franco gall. cap.* XV. *p.* 187. Exstat & elegans fragmentum *de Majoribus Domus* Historicum, quod *Annal. Francic.* inseruit Pithœus. BESSELIUS. Vide plura apud Goldastum ad h. l.

Crine profuso] Fuit apud Veteres Francos *jus* quoddam *Capillitii*, præcipuæ, seu regiæ potius, nobilitatis insigne, quod à Clodio primum Pharamundi filio, communiter Chronologi derivant. Sigebert. ad an. 430. *Clodius Filius Pharamundi, Rex crinitus, regnat super Francos ann.* 18. *Ex hoc Franci crinitos Reges habere cœperunt.* Eadem Aimoin. *lib.* I. *c.* 4. & Ado Viennens. *Chron. ætat.* 6. *p.* 149. *Edit. Basil.* Agathias *lib.* II. *bel. Goth.* affirmat solis Francorum Regibus licuisse profusa coma ornari, cum aliquo discrimine ad frontem mediam, subditos omnes circumtonsos fuisse, quem frustra in ordinem redigit Stephan. Forcatulus *lib.* V. *p.* 695. anteriora tempora cum subsecutis confundens. Ad eundem morem procul dubio respexit Claudian. *lib.* I. *de laud. Stilic. v.* 203. ubi Reges Francorum *crinigero flaventes vertice* appellat. Ex eo cæteræ nationes Francis infensiores, crinatos, setatosque, vel ut Græcorum voce utar τειχοκαχάτας, nuncuparant. Fabulabantur enim, in spina dorsi enatos habuisse pilos, porcorum instar. Cujus rei non Cedrenus tantum *p.* 373. sed & Auctor *Hist. Miscell. lib.* XXII. *cap.* 8. meminit. Summo igitur studio jus illud capillitii, quod illis, ut eleganter Barthius *ad loc. cit. Claudiani*, pro patrimonio fere erat, observarunt Reges, adeo quidem, ut Crotildis regina maluerit interfectos videre Nepotes suos, quam tonsos, ut referunt Aimoin. *lib.* II. *cap.* 12. & Gregor. Turon. *Hist. Franc. lib.* III. *c.* 18. *p.* 130. Cujus rei ratio fortassis ex *LL. Salicis tit.* XXXVIII. *de homicidio parvulorum* peti potest. Sed hac de re ex professo Petr. Faber *Semestr. lib.* II. *c.* 20. Barthol. Schobinger. *ad Vadiani Faraginem Antiq. apud Goldast. tom.* III. *pag.* 101. Herm. Conring. *de Habit. Corp. Germ. causis p.* 17. & qui omnium primo loco nominandus erat, Franc. Hottomannus Francogal. *cap.* XI. BESSELIUS. Confer, quæ ad h. l. observavit Goldastus, & Doctiss. Du Cange in Glossario V. *Criniti.*

Barba submissa] Ut crines, ita barba apud eosdem Francos in summa fuit reverentia, adeo quidem ut barbam tetigisse venerationis, aut etiam juramenti solemnis, vicem haberet. Idacius apud antiquum Chronic. Collectorem *lib.* III. *c.* 10. Clodoveum Regem Francorum, & Alaricum Regem Gothorum post multa prælia quæ invicem gesserunt, intercedentibus legatis pacem iniisse hoc pacto, ut Alaricus barbam tangeret Clodovei, perpetuamque inter se pacem uterque servarent; quæ ipsa prolixius narrat Aimoin. *lib.* I. *de gest. Franc. c.* 20. Quare moris hujus ignarus M. Papyrius Gallo comiter ejus barbam mulcenti, scipionem eburneum suo malo in caput incussit, ut est apud Livium *lib.* V. *c.* 41. quod ipsum jam tum annotatum Stephano Forcatulo *lib.* II. *de Gall. Imp. & Philosophia p.* 270. Et sane insigne ornamentum in barba posuere Veteres, adeo quidem, ut luxuriæ adscripserint factum Alexandri, quod barbam radere instituisset, ut refert Athenæus *lib.* XIII. *Deipnosophist. c.* 6. Detonsio autem barbæ flagitiosa fere ac propudiosa fuit apud Populos Orien-

ſubmiſſa, ſolio reſideret, ac ſpeciem dominantis effingeret, legatos undecunque venientes audiret, eiſque abeuntibus reſponſa, quae erat edoctus, vel etiam juſſus, ex ſua velut poteſtate redderet; cum praeter inutile Regis nomen, & precarium vitae ſtipendium, quod ei praefectus Aulæ, prout videbatur, exhibebat, nihil aliud proprii poſſideret, quam unam, & eam perparvi reditus, villam, in qua domum, & ex qua famulos ſibi neceſſaria miniſtrantes, atque obſequium

Orientales, id quod exemplis aliquot prolatis *in Chronolog. Nicephori* probat Joach. Camerarius, cui addendus Frid. Lindenbrogius ad Paul. Warnefrid. *lib.* VI. *c.* 20. *p.* 360. Unde iidem populi pro omnium precioſiſſimo pignore barbam creditoribus ſuis obligarunt, cujus exemplum ex Jacobi à Vitriaco Hiſt. Orient. producit Caſp. Barthius *lib.* LI. *Adverſ. c.* 7. BESSELIUS.

Solio reſideret] Forte regium illud ſolium fuit aureum, nam de Dagoberto legimus apud Aimoin. *lib.* IV. *c.* 30. quod in conventu publico coram optimatibus *aureo* inſederit ſolio. SCHMINCKE.

Quæ erat edoctus] Sic DCh. Boll. Beſſelius, MSS. Cajog. Lugd. Sion. & Caſſel. in vulgatis vero ſimplex *doctus* occurrit. Priorem lectionem, ſecutus tot Virorum Doctorum Editt. in textum recepi, quæ mentem auctoris noſtri longe melius exprimit; notat enim proprie aliquem ante res gerendas quicquam docere. Sic Tacit. in Agric. c. 26. *Cum Agricola iter hoſtium ab exploratoribus* EDOCTUS —— *velociſſimos Equitum, Peditumque aſſultare tergis pugnantium jubet.* Juſtin. lib. XV. c. 4. *quamobrem Laudice annulum Seleuco eunti cum Alexandro M.* —— EDOCTO *de origine ſua, dedit*, i. e. ante docto. Geſta Franc. c. 12. *Tunc congregati Franci* —— *fecerunt inſidias ex adverſo, ſicut erant* EDOCTI. SCHM.

Unam & eam perparvi reditus villam] Sic Adrevald. in Miracc. S. Benedicti hæc verba citans, DCh. Boll. MSS. Lugd. Bodl. & Caſſell. proferunt. In vulgat: *Unam præparvi red. vill.* Quænam hæc villa fuerit, quam Reges Merovingi illis temporibus incoluerint, non liquido conſtat, Pipini Herſtalli ætate *Mamacca* fuiſſe videtur, quæ ſita erat in agro Noviomenſi, cujus mentionem fecit Annal. Metenſ. Scriptor ad an. 692. qui relatis iis, quæ in conventu publico peragi ſolebant, addit: *His peractis Regem illum ad* MAMACCAS *villam publicam cuſtodiendum cum honore & veneratione mittebat.* Vid. *Doctiſſ. Mabilion. lib.* IV. *de R. D.* SCHMINCKE.

In qua domum & ex qua famulos] Sic Boll. ex ſuis MSS. cui adſtipulantur Codd. Caſſell. & Cajogonvil. niſi quod ultimus loco *famulos*, legat *familiam*, quæ lectio, modo in pluribus MSS. reperiretur, non ita contemnenda foret; obſervavi enim ſæpius has voces *famulos* & *familiam*, an incuria, an ignorantia, nunc non diſputo, inter ſe confundi, cujus rei duo hic proferam exempla. Sigeb. Gembl. ad an. 730. narrat, quod *Sarraceni cum omnibus* FAMULIS *ſuis, quaſi in Gallia habitaturi, Garumnam tranſierint.* Ubi legendum eſſe FAMILIIS quis non videt; non enim ſolis famulis comitati Sarraceni Gallias habitandi gratia invaſerunt relictis uxoribus & liberis ſuis in Hiſpania, præcipue cum Paulus Diaconus Scriptor Sigeberto longe vetuſtior *lib.* VI. *de Geſt. Langob.* memoret Sarracenos *cum uxoribus & parvulis* veniſſe in Galliam, qui ſub famulorum nomine comprehendi nequeunt, ſub nomine vero *familiæ*, commode intelliguntur; cujus denominationis rationem tradit Celeb. BURMANNUS, Præceptor meus & Fautor maxime Venerandus ad Petron. cap. 141. In hac conjectura me poſtea confirmavit Opuſculum de Aquitania

quium exhibentes, paucae numerositatis habebat. Quocunque eundum erat, carpento ibat, quod bubus junctis, & bubulco, rustico more, agente trahebatur; sic ad Palatium, sic ad publicum populi sui conventum, qui annuatim ob Regni utilitatem celebrabatur, ire, sic

nia apud Labbeum, quod eos, quos Paul. Diac. *uxores & parvulos*, Sigebert. *famulos*, vocat *familiam*, quando ait: *qui* (Sarraceni) *cum omni* FAMILIA *Garomnam transeuntes, Christianos & Ecclesias vastarunt.* Alterum exemplum occurrit in historia Pipini, qui apud Reginon. ad an. 768. dicitur *Reginam* (Berthradam) *cum famulis dimisisse*, in antiquioribus vero Historicis, Eginhardi videlicet Annal. Loiselian. Bertinian. Metens. &c. non famulis, sed *familia* legitur, quod lectioni Reginonis longe præfero propter rationes supra citatas, novimus enim ex hist. Francica, matres & liberos ut plurimum Reges in expeditionibus bellicis secutos fuisse, ita ut in Regum comitatu non solum famuli, sed & uxores & liberi essent, qui omnes, sub *familiæ* nomine comprehendebantur. SCHMINCKE.

Carpento ibat, quod bubus junctis e. b. r. m. a. trahebatur] Quis hæc credat? Calliditas hæc fuit Præfectorum Aulæ, ut minori invidia tam abjectos opprimerent Reges. BOLL. Egregiam vero pompam, ac tanta Regum magnificentia dignissimam; quam ridet Hadrianus IV. P. R. adversus Imperatorem Fridericum, in *Epistola* quadam ad Archiepiscopos Germaniæ, apud Avent. lib. III. fol. 172. Nihil tamen illis temporibus frequentius, quam boves curribus & carris jungere. Deuteriam Childeberti Regis uxorem, cum filiæ suæ ex superiore marito susceptæ metueret, eam in pasterna positam, indomitis bubus junctis, de ponte præcipitasse, refert Greg. Turon. *lib.* III. *Hist. Franc. c.* XXVI. *p.* 135. Moris vestigia habes apud Tacit. *Germ.* 18. 6. BESSELIUS. His adde locum ex Vita S. Guiberti c. 18. *Unus autem eorum nomine Adecho —— comparato carro cum bobus, supponit S. corpus.* Vide etiam Gothofred. ad leg. Cod. Theod. de Honorat. Vehic. & Cursu publico, ut & Gold. ad h. l.

Ad publicum populi sui conventum, qui a. —— celebrabatur] Comitia isthæc nunc *placita generalia*, nunc *concilia*, aut *consilia magna* vocantur. Non insubide Poeta vetus Annalium Caroli, *conventum placiti generalis* nuncupat *lib.* I. v. 327. *Curia* quoque vocabulum in eandem notionem accipitur apud Othon. Friling. *lib.* I. *c.* 40. Burchard. Monach. S. Galli *cap.* 12. alios, quorum testimonia adducit Marquard. Freherus *Prolegom. ad Constitut. Adolphi Rom. Regis.* Celebrabatur autem publicus iste conventus singulis annis semel tantum, mense, ut veteres indicant, Majo. Ita enim Alb. Stad. *Chron. ad an.* 751. & ante hunc Sigebertus *ad an.* 662. *Francorum Regibus moris erat, Kal. Maji præsidere coram tota gente, & salutare & salutari, obsequia & dona accipere & rependere, & sic secum usque ad alium Majum permanere.* Cujus verba græce interpretatus est Georg. Cedrenus *in Leone Iconomacho p.* 373. Inde factum, ut conventus ille publicus peculiari notione *Maicampus* diceretur. Fragm. Annal. vetus ad an. 777. *Habebat Carolus conventum Francorum, i. e. Magis Campum in Saxonia ad Padersburnon.* Lego *Maji-Campum.* Nam & Martis Campum memorat Marian. Scot. *lib.* III. *ætat.* 6. *an.* 750. At quid verbi est Maji-Campus? An vox campi, quæ duellum illis temporibus non raro notabat, ad judiciorum certamina adhiberi cœpit? Ita quidem *Ampliss. Bæclerus in Carol. p.* 14. Equidem potius crediderim Goldasto, Alam. Antiq. tom. II. p. I. p. 8. ortum id ab. oppido Rhætiæ Curiensis *Meyenfeld*, ubi legati Regum Francorum mallos annuos celebrabant. Atque hæc quidem

quidem, ſuper ſtato illo anni tempore, apud antiquos Franciae Reges obtinuere uſque ad Pipinum Caroli M. Parentem, qui primus Regni Proceres, non conſtituto tempore, convocavit, quem deinceps Carolus M. atque Ludovicus Pius ſecuti ſunt, qui & ipſi more ſolenni, generalem Populi conventum, ſed menſe Auguſto Wormatiae inſtituiſſe, leguntur. Vide de Carolo M. Aimoinum *lib.* IV. *c.* 17. de Ludovico, Adelmum *ad ann.* 828. Alia quoque his conventibus aptata ſunt nomina, quae praeoccupavit *ad Taciti German.* XI. 4. *Doctiſſ.* Kirchmajerus. Speciem Concilii hujus in Parlamentis Galliae ſupereſſe videmus, de quibus praeter Vincent Lupanum *de Magiſtr. Gallicanis p.* 462. Limnaeus *lib.* VII. *Notit. Regni Franc. cap.* 4. ac noviſſime Joh. Andr. Gerhardus *Diſcurſu peculiari.* BESSELIUS. Hic nullam temporum rationem habet Beſſelius, & à Sigeberto in errorem ductus videtur, quaſi conventus publici ſub Merovingis Menſe Majo celebrati fuerint; pluribus enim ex antiquiſſimis Scriptoribus probari poteſt, primum non Majo, ſed Martio, Francos convocatos fuiſſe. Id patet ex Capitul. Childeberti anno 555. dato tom. 1. Capit. Edit. Baluz. *Cum in Dei nomine*, inquit, *nos omnes Kal. Martias de quaſcunque conditiones, una cum noſtris optimatibus pertractavimus*, & §. 4. *Pari conditione convenit Kal. Martias omnibus nobis adunatis.* Et ſub ipſo Pipino Rege in initio adhuc habiti fuerunt Kal. Martii, uti nos docet Continuatio Fredegarii juſſu Comitis Nibelungi facta: *Evoluto anno praefatus Rex* (Pipinus) *à Kal. Martii omnes Francos, ſicut* MOS FRANCORUM *eſt, Bernaco villa publica, ad ſe venire praecepit.* Hinc talis conventus *Martis* vel *Martius campus* dictus fuit, ſeu mavis à Marte belli Deo, quoniam plerumque in illis placitis de bello & pace agebatur. Pipinus vero primum hunc conventum ex Martio in Majum tranſtulit, unde dein *Maji-campus* vocabatur, non ab Urbe *Meyenfeld* ut cum Goldaſto vult Commentator noſter, ſed à Majo ut dictum eſt; nec etiam agnoſco diſtinctionem inter *Maji-campum* & *Magi-campum*, utpote in antiquitate non fundatam. Quando haec tranſlatio à Pipino facta ſit, certo definire non licet; primam ejus mentionem inveni in Annal. Petavian. ad an. 755. ubi dicitur: *Venit Thaſſilo ad Martis campo, & mutaverunt Martis campum in menſe Majo*, ex quo conjici poſſit, ultima vice hoc anno Conventum publicum in menſe Martio celebratum fuiſſe, modo non hic Annalium Scriptor per προλῆψιν hiſtoriam narraret, quae omnium fere Annalium conſenſu demum biennio poſt accidit. In continuatione vero ſupra laudata hujus mutationis primum mentio fit ad an. 761. ubi dicitur: *Evoluto anno i. e. anno decimo Regni ipſius, omnes Optimates Francorum ad Dura in pago Riguerinſe* (alii Ripuarienſe) *ad Campo Madio pro ſalute patriae, & utilitate Francorum tractanda, placito inſtituto ad ſe venire praecepit.* Et ad an. 767. narratur, quod Pipinus *Campo Madio primus pro Campo Martio pro utilitate Francorum inſtituerit.* Nec magis mutationis ratio cognita eſt, novimus quidem ex ſaepius citata Fredegarii continuatione, id factum *pro utilitate Francorum*, ſed nimis generalis haec eſt cauſa; forte in Majum tranſlatus propter ſereniorem tempeſtatem, & in memoriam Pipini Regis ex nova familia electi. Ad hunc conventum quotannis Reges veniebant, ut praeter Eginhartum etiam Annal. Metenſ. referunt ad 692. quorum verba, quod mire ad hujus loci illuſtrationem faciant, hic adſcribere viſum fuit: *Singulis annis in Kal. Martii, generale cum omnibus Francis, ſecundum priſcorum conſuetudinem, concilium agebat, in quo ob Regii nominis reverentiam, quem ſibi ipſe* (Pipinus ſcil. Heriſtallus) *propter humilitatis & manſuetudinis magnitudinem praefecerat, praeſidere jubebat; donec ab omnibus Optimatibus* Francorum *donariis acceptis, verboque pro pace & defenſione Eccleſiarum Dei, & pupillorum, & viduarum facta, raptuque foeminarum & incendio, ſolido decreto interdicto, exercitui quo-*

sic domum redire solebat. At Regni administrationem, & omnia, quæ vel domi, vel foris agenda ac disponenda erant, Praefectus Aulae procurabat.

CAP. II. Quo officio tum, cum Hildericus deponebatur, Pipinus Pater CAROLI Regis, jam velut haereditario jure, fungebatur. Nam

que praecepto dato, ut quacunque die illis nuntiaretur, parati esset in partem, quam ipse disponeret, proficisci. Ex hoc loco manifestum est, quid in Conventibus illis peractum fuerit. Eadem fere habet Theophanes & Paul. Diac. nisi quod ex errore Kal. Martias & Majas inter se confundant. Sub Carolingis haec Comitia continuari coeperunt, & Pipinus, videns res in placitis gerendas in dies augeri, duo quotannis habenda instituit, Kal. scil. Martii, postea Maji, & Kal. Octobr. vid. ejus Capit. tom. 1. Edit. Baluz. Et sub Carolingis etiam mos ille offerendi Regibus dona, qui sub Merovingis invaluerat, in usu permansit, sic enim legimus in Continuat. Fredegarii quod Pipinus anno 766. *in Campo Madomultis muneribus à Francis & Proceribus suis ditatus sit.* Et Carolus M. cum anno 807. placitum haberet *ad Constem, à Francis accepit dona sua*, ut testatur Antiquissimum Chronicon apud DCh. à Mundi Exordio usque ad Caroli fere mortem perductum. Posterioribus vero Carolingorum temporibus hic Conventus non fixus, sed pro arbitrio Regum mutabilis fuit, ut recte hic observavit Commentator noster. SCHMINCKE.

At Regni administrationem Praefectus Aulae procurabat] Tanta Majorum Domus erat potentia, ut vere regia, licet sine regio nomine, uterentur potestate, tota enim Regni cura ipsis incumbebat, Exercitus educebant, lites dirimebant, in conventibus publicis principem locum obtinebant, etsi Rex regio insideret solio, nihil enim teste Auctore nostro ille decernebat, nisi quod antea à Majore domus edoctus esset; ut pluribus hic demonstrari posset, ni modum harum annotationum excedere vererer. Cum itaque regiam omnino exercerent potestatem, à nonnullis Scriptoribus etiam *regnare, regnum tenere, regnum sub obtentu Major domatus suscipere, illud inter se dividere* &c. dicuntur; Regino etiam aliique gesta Francorum ad annos Regni Caroli Martelli referunt, ut factum hoc est *anno Regni sui* XVI. XX. &c. Gregorius Papa Epist. 5. & 6. nulla alia de causa Martellum vocat *Subregulum*, quam propter nimiam potentiam, de qua Auctor Vitae Pipini Majoris Domus testatur, quod *modice differat à sublimitate regia.* Hinc etiam Praefecti Palatii serio cavebant, ne ipsis potestas illa eriperetur, & Reges ipsimet jus Regium exercerent; cujus ut obliviscerentur, uberrime his Monarchis de victu, omnibusque aliis rebus ad vitam voluptuariam spectantibus, prospiciebant, quod Erchanberti, de Majoribus Domus, fragm. clare satis innuit: *Ex hinc*, ait, *Reges nomen, non honorem habere coeperunt, quibus tamen, uti constitutum fuerat, victus fuerat exuberans, custodiaque jugis erga illos habebatur, ne aliquid jure potestatis agere possent.* Unde in firmandis Testamentis & Actis publicis non solum regius, sed & Majorum domus consensus requirebatur, ut inter alia multa videre licet in Testamento alicujus Herlemundi apud Mabilion. lib. III. Anal. quod sic incipit: *Dagobertus Rex Francorum Vir Illustr, Pipinus Major Domus: In Dei nomine Herlemundus, quod annuente Domino & Seniore nostro Pipino Majore Domus fecisse non dubium est.* SCHM.

Haereditario jure] Goldastus τὸ *jure* delendum censet, quod in suo MSS. non legatur, cui consentiunt Cajog. Lugd. Sion. Cassell & Florentin. sed Duch. Boll. Fragm. Histor. saepius laudatum, Alb. Stad. aliique

Nam Pater ejus CAROLUS, qui tyrannos, per totam Franciam dominatum ſibi vendicantes, oppreſſit, & Saracenos, Galliam occupare ten-

que haec Auctoris noſtri verba citantes, illud *jure* proferunt, quod etiam frequentius, quam Goldaſti lectio, in hujus Aevi Scriptoribus reperitur. Sic in libro de Reliquiis. S. Dionyſii tom. 3. DCh. legitur: *praeſertim quia ipſum ſpecialiter ex parte uxoris, ſive* JURE *haereditario, contingebant.* Sic & in Diplom. Caroli Martel. apud Pontan. lib. 3. Hiſt. Gelriae. *Mihique genitor meus Pipinus* JURE *haereditario in proprietatem conceſſit.* In Capitul. Ludovici Balbi dato anno 879. tit. 3. *ut Regnum paternum haereditario* JURE *quiete tenere poſſint* &c. Ex his igitur apparet vulgatam in uſu fuiſſe, & ex iis, quae Goldaſtus obſervavit, τὸ *jure* omitti; dicendum ergo erit, utrumque promiſcue uſurpatum fuiſſe. SCHMIN.

Nam Pater ejus Carolus] Carolus hic cognomento *Fortis*, ut notat Albert. Abbas Stad. *Chron. ad an.* 715. vulgo ab aliis *Martellus* dicitur, quod hoſtes ſuos non ſecus domaret, atque Faber in incude ferrum, ut recte Goldaſtus *tom.* 1. *R. Alam. not. in Cunradi Fabar. caſus cap.* 14. *p.* 137. Et ſane Gloſſarium vetus Franco-Latinum *Martel* veterem vocem Francicam, *Martellum* exponit: Martellum autem Papias *in gloſſario* mediocrem malleum interpretatur, quo ſenſu eundem Carolum cognomento *Tutidem* ſeu rectius *Tuditem* appellatum ſcribit Sigebertus *ad an.* 714. *Tuditis* enim, ut Feſtus ait, *mallei ſunt, à tundendo, dicti.* Feſti locum ut à Scaligero conſtitutus eſt, *in caſtigationibus p.* 211. apponam: *Tudites malleos appellant antiqui à tundendo, quamvis alii è Tudibus Tuditis. Inde Attejus Capito ab eis exiſtimat Tuditano cognomen datum, quod caput malleoli ſimile habuerit.* Et ſic *Tuditanos* Sempronios dixere Romani, quorum primus M. Sempronius Tuditanus, conſul fuit cum Claud. Centone, ut ex *Faſtis Capitol.* apparet. Quare apud Guilielmum Britonem in Oratione Othonis contra Clerum *lib.* x. v. 570. ſcite reponit Reineſius lib. III. V. L. *Tuditae Caroli villas quod noluit illis Tollere, ſi decimas ipſis tulit ille, mihi non villas cum decimis aufferre licebit iiſdem?* cum vulgo editum eſſet: *Tu dite Karoli* disjunctis vocibus. Nam clare *Chron. Belgic.* Piſtorio evulgatum *fol.* 34. *Carolus Martellus propter aſſiduitatem bellorum decimas Laicis tradidit, atque pro hoc maxime ſolo eſt in aeternum damnatus.* Unde ſimul patet origo tot fabularum de damnatione Caroli à Monachis ſparſarum. Quod *Barthius* hic ſubſtituit, ſolitam ejus ἀγχίνοιαν Criticam non ſpirat. Sed ut ad Carolum redeamus, quantus hic Vir fuerit, ex prudentia ac multitudine rerum geſtarum facile aeſtimari poteſt, ita quidem, ut regium faſtigium plene attigerit, aliquot regibus devictis, titulo ſolo excepto, quem tamen ei attribuit Auctor genealog. Arnulphi p. 220. id quod & ſepulchro ejus adſcriptum quidam ajunt. BESSELIUS. Cognomen hoc *Martellus* ſatis medio Aevo conſuetum fuiſſe videtur, quod non ſolum Carolo, ſed & Gaufrido Comiti Andegavenſi, Carolo I. Regi Hungariae adhaeſit. vid. Du Cange in Gloſſ. V. *Martellus.*

Qui Tyrannos, per totam Franciam dominatum ſibi vendicantes, oppreſſit] Raginfridum procul dubio intelligit Majorem Domus Hilperici Regis, qui conſilio Plectrudis Novercae Caroli inſtigatus, principatum ei debitum invaſerat, contra quem, & Hilpericum Regem Raginfrido ſuccenturiantem, exercitum duxit Carolus, victisque ad extremum ambobus Ducatum ſuum, per vim ſibi extortum, ſeu ut cum Reginone loquar, *lib.* I. *ad an.* 632. cunctam Francorum gentem gubernandam recepit. Nam de Radbodo ab eodem devicto, res pervulgata eſt. BESSELIUS. Raginfridum oppreſſit anno 717. XII. Kal. April. die Dominico, atque Eudonem Vaſconum Regulum ad quem is confugerat, fregit; item

tentantes, duobus magnis praeliis, uno, in Aquitania apud Pictavium Civitatem, altero, juxta Narbonam apud Byrram fluvium, ita devicit, ut in Hiſpaniam eos redire compelleret, eundem magiſtratum à Patre Pipino ſibi dimiſſum, egregie adminiſtravit; qui honor non aliis

Saxones, Alemannos, Bojos, Aquitanos vicit. BOLLANDUS.

Et Sarracenos Galliam occupare tentantes] Ingentem hanc victoriam in Aquitania fuiſſe, patet ex eo, quod trecenta ſeptuaginta quinque millia Saracenorum à Francis caeſa ſint, quorum tantum mille & quingenti cecidiſſe memorantur. Quam victoriam XVII. Principatus ſui anno reportavit Carolus, ut notat Regino Prumienſis lib. I. ſub finem, & Sigeb. ad an. 730. Altera autem juxta Narbonam pugna eleganter deſcribitur ab Auctore Annal. Pithoei ad an. 732. & 733. quem, ut ſolet, exſcripſit Marianus Scotus lib. II. aetat. 6. ad an. 733. BESSELIUS. Annales Francorum à Frehero editi. Anno 732. *Karlus pugnavit contra Sarcinos die Sabbati ad Pictavis.* Anno 737. *Karlus pugnavit contra Sarcinos in Dominico die.* Eadem alii habent, & primum praelium menſe Octobri contigiſſe. Alii anno 726. fuſos *à Carolo* Saracenos in agris Turonicis ſcribunt, caeſis eorum 375. millibus, Francis duntaxat 1500. deſideratis. Anaſtaſ. Biblioth. in Gregorio II. victoriam illam *Eudoni* tribuit, nulla *Caroli* facta mentione BOLL. Scriptores, qui ſoli Eudoni celeberrimam hanc victoriam & anno 726. adſcribunt, meo quidem judicio maxime hallucinantur; Antiquiſſimi enim Hiſtorici Francici unanimi conſenſu duorum tantum praeliorum mentionem faciunt, quae anno 732. & 737. acciderunt, in quorum primo tanta Saracenorum ſtrages facta fuit, quanta perperam anno 726. & ſoli Eudoni tribuitur. Non mirum eſt, Anaſtaſium hanc cladem Saracenis ab Eudone ſolo illatam eſſe, (quamvis Paul. Diaconus lib. VI. de geſt. Langob. c. 46. Scriptor Anaſtaſio longe antiquior contrarium narret) referre, fecit enim id ex amore & ſtudio fingendi miracula, quaſi Eudo viribus Saracenorum longe minor, clariſſimam hanc victoriam per ſpongias, ipſi à Papa tranſmiſſas, reportarit, de quibus ſic miraculorum ille artifex loquitur l. cit. *Adjiciens, quod anno praemiſſo in benedictionem praedicto Viro eis directis tribus ſpongiis, quibus ad uſum menſae Pontificis apponuntur, in hora, qua bellum committebatur, idem Eudo Aquitaniae Princeps populo ſuo per modicas partes tribuens ad ſumendum eis, nec unus vulneratus, nec mortuus eſt ex his, qui participati ſunt.* SCHMINCKE.

Apud Byrram fluvium] Aliis *Birra*, quibuſdam *Birſa* dicitur, vulgo *Bere*. Praelium illud Catellius tribus Leucis ultra Narbonam commiſſum ſcribit ad *Birram*, qui in ſtagnum Olivarium dictum influit, inter Leucatam & Narbonem. BOLL.

A Patre Pipino ſibi dimiſſum] Obiit Pipinus Herſtallus anno 714. menſe Decembri. BOLL. Hic eſt Abavus Caroli noſtri, quem Monachus Coenobii Egolismenſis in Vita Caroli *Vetulum brevem*, appellat *p.* 231. ad differentiam ejus Pipini, qui Pater Caroli M. fuit, nam & ipſum *brevem* appellatum fuiſſe, ſupra diximus. Pipinum Craſſum vel Groſſum communiter alii appellare ſolent, quod eodem recidit. Praeſtantius cognomentum illud eſt, quod ab officio, ut puto, ſuſcepit. Heriſtallius enim meo judicio Dux eſt, niſi malis à loco potius originem nominis hujus derivare. Nihil eo unquam fuiſſe audacius, ex vero ſcribit Paulus Warnefridus *Fragm. de Epiſc. Metenſ. apud Pithoeum p.* 288. Sed quoniam huc ventum eſt, juvat familiam Carolinam integram attexere, ut ſub uno intuitu Heroas illos cum poſteris ſuis, quorum frequens apud Eginhar-

tum.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 156, [73] - -

PUBLIC DOMAIN

STEMMA CAROLI.

Anbertus (qui Reusnero & Henningio *Asopertas*) Vir inter Francos illustris ac Senator. Ux. *Blitildis* Clotharii Regis filia.

Arnaldus, seu *Arnwaldus*, cognomento *Buoggisus* Comes Palatinus. *P. Warnefridi Genealog. Arnulphi* p. 220. Ux. *Oda*, Gunsonis Alam. Ducis filia.

Arnulphus, Major-Domus primum, post Metensis Ecclesiae Episcopus, moritur 16. Aug. DCXLI. Ux. *Doda*.

Walgisus Comes, Ux *Waldrada*.

Wandregisilus Abbas.

Ansgisus, qui & *Anchises*, Dux & Comes Palatinus. Ux. *Begga*, soror Grimoaldi, *Sigeb. ad. an.* 649. quam falso Arnulfi uxorem vocat *Egolism. p.* 23.

Clodulfus Metensis Episcopus.

Pipinus Heristallius Major-Domus, & Dux Francorum per 27. annos. Uxor *Plectrudis*, qua posthabita, *Adelheydam* duxit, quam alii *Calpiaden*, alii *Alpaden* vocant. Filios ex utraque genuit, quorum

Ex Adelhaida.

Ex Plectrude.

Grimoaldus Major-Domus à Rangario Frisone interfectus anno 713. Ux. *Theusinda* filia Ratbodi Frisiae Ducis.

Drogo Dux Campanensium mortuus an. 669. Ux. *Adeltrudis*.

Theobaldus in Grimoaldi patrui locum succedit an. 713. Hunc tamen plerique Grimoaldi filium faciunt.

Carolus cognomento *Martellus* seu *Fortis*, novercae Plectrudis insidiis frustra appetitus, sub honore Major-Domatus, tenuit Regnum Francorum annis 27. e duplici conjugio filii hi feruntur.

Hildebrandus Dux Sueviae. Ux. ex conjectura *Blondelli Imma* Nebi filia.

Hildegardis Caroli Magni uxor.

E *Suanichilda* Odilonis Ducis Bajoariorum nepte.

Ex *Rothrude*.

Carolomannus primo Dux, postea Monachus Casinensis.

Pipinus cognomento *Pius*, Major-Domus primus in Carolingos Regnum Franciae transtulit. Ux. *Bertbrada*.

Hiltrudis Odilonis ux.

Thasfilo Dux Bajoariae, uxor *Luitbergæ* Desiderii filia.

Theodo.

Bernhardus Comes *Adelm.* 773. ut erret. *Blondellus Asert. Genealog. Franc. tom.* 1. negans plures tribus Martelli filiis ab Adelmo memoratos.

Grifo inquietus Princeps a matre ad spem Regni concitatus *Adelm.* 741. interficitur anno 751.

Remigius Archi-Episcopus Rhodomensis, Sigebert an. 751. nisi malueris hunc ex alia concubina genitum, quod judicat *Auctor Genealogiae Caroli M.*

CAROLUS M. ex Rege Franciae Imperator Augustus.

Carolomannus Regni Francici socius, obit. an. 771. BESSELIUS.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [74] - 21
PUBLIC DOMAIN

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [75] - -
PUBLIC DOMAIN

aliis à Populo dari consueverat, quam iis, qui & claritate generis, & opum amplitudine, caeteris eminebant. Hunc, cum Pipinus Pater CAROLI Regis, ab Avo & Patre sibi & fratri Carolomanno relictum, summa cum eo concordia divisum, aliquot annis, velut sub Rege memo-

tum mentio, habere liceat. Sequemur autem ductum probatissimorum Scriptorum, praesertim ejus, qui Genealogiam Caroli nobis reliquit, praetermissis quae fabulosa videbantur, quaeque à Reineccio, Reusnero, aliis, de Bertha, Talando, Rolando, & his similibus inserta fuerant. BESSELIUS. Sed, si verum fateri liceat, Carolingorum genealogia intricatior est, quam ut solvi queat; hinc nonnulli accusant Scriptores Carolingos, quod ejus familiae ex regio sanguine originem finxerint, ut eo melius factum Pipini, quod Merovingos ex regno ejecerit, tueantur. Sed litem hanc meam non faciam, adscribam modo verba Doctissimi inter Societatis Jesu Viri Papebrochii, qui doctissime, ut solet, in Paralipom. ad Conat. in Catal. Pontif. Rom. ea de „re disserit: Quam his (Merovingis) no„xia fuit antiquorum negligentia, tam pe„ne nimia recentiorum diligentia obfuit Se„cundae stirpis Regibus, dum unus quisque „sategit eam evehere, ad quantam posset „concipere, vetustatem. —— Usque ad „Arnulphum res in comperto est, supe„riora vero omnia merae tenebrae, tan„taque in ducenda sursum prosapia diver„sitas Scriptorum, ut appareat, nihil solidi „habuisse, quod posteris traderent, nec „nisi meras conjecturas. Qui plura, de hac Francorum familia desiderat, inspiciat praeter genealogiae Francicae Scriptores, Carmen temporibus Caroli Calvi scriptum, quod primum in lucem produxit Thomas Aquinas à S. Joseph Ordin. Carmelit. Monachus anno 1644. cujus defensionem contra Ludovicum Cunterellum Fabrum Chiffletius, in dissert. de matrimonio Ansberti & Blithildis, suscepit. SCHMINCKE.

Hunc cum Pipinus Pater Caroli Regis &c.] Mortuus Carolus Martellus vetustissimorum Scriptorum consensu anno 741. Idib. Octob. licet nonnulli, XI Kal. Novembr. eum diem obiisse supremum, nobis memorent. Hic propter continua bella, quibus per totam fere vitam implicitus fuit, quaedam bona Ecclesiastica, forte superflua, militibus suis in praemium fortitudinis dedit, quam ob rem misere à Monachis infamatus fuit, quasi & anima & corpore damnatus, & Draco loco cadaveris in sepulchro ejus inventus sit. Verum nemini hoc mirum videri debet, haec enim omnium etiam optimorum Principum fuere fata, qui ex Clericorum arbitrio Rempublicam administrare noluerunt, cujus rei exempla passim obvia sunt. Egregie fortissimum hunc Principem Doctissimi inter Pontificios Viri contra otiosos illos defenderunt, Sirmondus, Valesius, Henschenius aliique. SCHMINCKE.

Summa cum eo concordia divisum] Carolus Martellus mortem suam instare sentiens, *consilio Optimatum suorum expetito* (ait Fredegarius) *Filiis suis Regna dividit. Itaque primogenito suo Carolomanno nomine, Auster & Suaviam, quae nunc Alamannia dicitur, atque Thoringiam tradidit. Alteri vero secundo filio Juniori Pipino nomine, Burgundiam & Neuster & Provinciam permisit.* Idem & Annal. Metens. qui tamen addunt, Carolum Gripponi seu Griphoni filio Suanichildae Bavarae tradidisse *quaedam in Neustria, Austria & Burgundia.* Hoc Franciae Proceres, Martello defuncto, aegerrime tulerunt, ideo Carolomannum & Pipinum contra Grifonem instigant, qui prima occasione captata, cum scil. hic Grifo, suasu matris, se Regem dixisset, & Laudunum Clavatum occupasset, eum aggrediuntur, ac victum captivum tenent, donec Carolomannus Regno se abdicaverit, tunc enim à Pipino liber dimittitur. Postea uterque

morato, tenuisset, frater ejus Carolomannus, incertum, quibus de causis, tamen videtur, quod amore conversationis contemplativæ succen-

frater Majores Domus, & fratris & bello acquisitas provincias in Castro *Lucas* dicto, inter se diviserunt. vid Annal. Eginh. Gotefrid. Viterb. &c. SCHMINCKE.

Incertum, quibus de causis] Diu sed frustra in veram hujus mutationis causam inquisivi, non enim mihi fit verosimile, solo *vitae contemplativae* amore tactum Carolomannum Regno se abdicasse, siquidem ipsi Scriptores antiqui hanc producentes causam, de ea, ut maxime dubia, loquuntur. Eginhartus dicit, VIDETUR, *quod amore* &c. Iso. Monach. S. Gall. de Mirac. S. Othmari, *Divino, ut* PUTATUR, *amore*. Non ignoro, superstitionem hoc aevo aliquando hominum superasse ambitionem, plurimi enim coeco quasi impetu, hoc vitae genus amplectebantur, nulla alia de causa, nisi ut titulum *Sancti* vel *Martyris*, quam superstitiosa haec ambitio! adipiscerentur; quod vanum honoris nomen pene omnium tunc temporis occupabat animos, qua de affectatione lepidas nobis narrat historias Monachus S. Galli lib. 1. de Cura Eccles. Caroli M. Hinc omnes vires suas in id solum intendebant, ut *Sancti* vel *Martyris* nomine in sacris hominum conventibus celebrarentur, quem in finem nullum non periculum subibant, nec quicquam, etsi amori sui ipsius maxime repugnaret, intentatum relinquebant, modo ad scopum suae superstitionis pervenire possent. Sic legimus de Willehado Anglo, quod *martyrium desiderans* ex Anglia ad loca & provincias periculosissimas, in quibus Christianismus crimen publicum erat, se contulerit, & multas persecutiones & calamitates sustinuerit. Adam Brem. lib. 1. c. 9. ait quod fuerit *fervens amore martyrii*. Anscharius apud eundem dicitur optasse *ad martyrium aliqua occasione pertingere*, quae pia, ut vocantur, desideria & hodie imperitae plebis & otiosae turbae, ut inde famam nominis, quam alia via adipisci desperant, sibi parent, animos obsident. Haec vero desideria Carolomannum incitasse, non facile mihi persuadeo, quamvis non inficias eam, potuisse hanc ex variis causis unam esse. Scriptor Miracul. S. Benedicti aliam profert rationem, ille enim putat Carolomannum monasterium ingressum hortante B. Eucherio Aurelianorum Episcopo, cum ipsi narrasset poenas Patris apud Inferos, quibus territus, *operosam temporalis Regni dignitatem toto mentis adnisu spreverit*. Sed haec sunt falsissima, egregie enim hoc Carolomanni cum Eucherio colloquium confutavit Pl. Rev. Pater Godefrid. Henschenius in vita Eucherii xx Februar. Tertiam subitaneae hujus mutationis causam commemorat Scriptor Annal. Rer. Franc. Tom. 2. Biblioth. Novae MSS. Labbei, quando inquit: *Anno* 746. *Carolomannus intravit Alamanniam, ibi fertur, quod multa hominum millia ceciderit, unde compunctus, Regnum reliquerit, & monasterium in Castro Cassino situm, adierit*. Novimus quidem ex Fredegario, quod Alamanni fidem Carolo nuper datam, violarint, quamobrem *ipse cum magno furore cum exercitu in eorum patriam peracceſſit, & plurimos eorum, qui contra ipsum rebelles existebant, gladio trucidavit*. Sed, an eo facto motus sua sponte hujus Mundi delicias contemserit, mihi quidem non fit verosimile, aut illis hoc commentum placet. Forte Carolomannus circumventus artibus Papæ & fratris sui, sicut Ratchisus ab Aistulpho & Pontifice, sponte quasi, attamen coacte, monasticam vitam amplexus est. SCHMINCKE.

Quod amore conversationis contemplativae] Quale hoc Vitae genus fuerit, ex origine & denominationis ratione, manifestum erit, *contemplari* enim est vox ex Augurum schola depromta, qui in locis editis, ubi libere sine ullo impedimento omnes coeli plagae aspici poterant, auguria capiebant, quod proprie *contemplari* dicebatur. Sic Festus in

census, operosa temporalis Regni administratione relicta, Romam se in otium contulit, ibique, habitu permutato, monachus factus, in monte Soracte apud Ecclesiam B. Sylvestri constructo monasterio, cum fra-

in voce illa: *Contemplari dictum à templo, i. e. loco, qui ab omni parte aspici, vel ex quo omnis pars videri potest, quem antiqui templum denominabant.* Ab Auguribus postea Philosophi mutuarunt, & ea voce libere philosophari, res mente perpendere, & sine ulla perturbatione sibi in intellectu exhibere, intellexerunt. Cum vero haec in hominum turba fieri non possent, à consortiis hominum in locum ab omni strepitu remotum, secesserunt, ubi libere res naturales contemplari & seriis meditationibus indulgere licebat. Hinc est, quod haec scientia saepissime apud antiquos philosophos, *contemplativa* vocetur. Invalescente postea Religione Christiana, hæc vox & in illam scholam adscita fuit, qua continuam rerum coelestium meditationem & ab omnibus mundi negotiis vacationem exprimebant. His, cum in turba & honoribus secularibus constituti, debite indulgere non possent, plurimi, *suavissimo hoc animi pastu*, ut ait Lipsius, illecti, se otio dediderunt, & in loca ab omni turba remota se contulerunt, qui hinc *vitae & conversationi contemplativae studere* dicebantur. Hi secessus pedetentim, ni fallor, vitae solitariae & monasticæ occasionem praebuerunt, & hinc promiscue hæ voces usurpari coeperunt: *monasticam vitam amplecti, vivere, comam deponere, huic mundo valedicere &c. & vitae contemplativae operam dare*, quamvis res sint toto coelo diversae, non enim omnes, durissimum hoc vitæ genus amplexi, teste experientia, etiam *vitae contemplativae* studebant. SCHMINCKE.

Habitu permutato, Monachus factus] Fredegarius Scholasticus *cap.* 110. *ad an.* 747 *Carolomannus*, inquit, *devotionis causa instructa successus, Regnum una cum filio suo Drogone manibus Germani sui Pipini committens, ad limina B. Apostolorum Petri & Pauli Romam in Monachorum ordine perseveraturus, advenit.* Fabulosam ejus rei causam insinuat Canonicus S. Augustini prope Nussiam, *Magni Chronici Belgici* collector *fol.* 34, apud quem etiam legere est, quomodo se in monasterio gesserit. Eandem historiam late describit Regino Prumiensis Chron. *lib.* 11. *ad an.* 746. Tenuit autem Carolomannus Principatum cum fratre sex praeter propter annos, ab anno nimirum 741 ad 746. juxta Reginon. & Sigebertum. BESSELIUS. In controversia est, an Carolomannus anno 745, ut Hepidan. Coenobita, vel 746 ut Annal. Eginh. aliique, vel 747. ut Annal. breves Nazarii, Herm. Contract. Canis. Lambert. Schaffnabrug. Chron. Virdunense &c. narrant, se Romam in otium contulerit? Ego vero, ni omnia me fallunt, cum proxime laudatis Scriptoribus, Annal. Nazarii, Herm. Contract. &c. statuo, Carolomannum anno Christi 747. primum Romam profectum esse, Annales enim R. Franc. apud Labb. tom. 2. narrant quod anno 746. contra Alamannos expeditionem suscepe-rit, & apud Brouwerum lib. 1. Antiq. Fuldens. reperitur charta, quæ data est XXII *Martii anno* VI. *Principatus Carolomanni*, ita ut prius dicto anno, Franciae valedicere non potuerit. SCHMINCKE.

In monte Soracte] Is nunc mons S. Sylvestri dicitur, ad dextram Tiberis ripam situs, in Falisicis. BOLLANDUS.

Apud Ecclesiam B. Sylvestri constructo monasterio] Carolomannus Romæ appulsus, pro se & sociis suis extruxit monasterium in honorem S. Sylvestri, qui hic tempore persecutionis sub Constantino M. latuisse dicitur vid. Eginh. Annal. Sed hæc persecutio falsissima est, & conficta in gratiam fabulosæ donationis, quod pluribus probare, non est hujus loci. Hoc monasterium dein Paulus Pipino dono dedit, ut apparet

fratribus, secum ad hoc venientibus, per aliquot annos optata quiete perfruitur. Sed cum ex Francia multi Nobilium, ob vota solvenda, Romam solenniter commearent, & eum, velut Dominum quondam suum, praeterire nollent, otium, quo maxime delectabatur, crebra salutatione interrumpentes, locum mutare compellunt. Nam cum hujuscemodi frequentiam suo proposito officere vidisset, relicto monte, in Samnium provinciam, ad Monasterium S. Benedicti situm in castro Cassino, secessit, & ibi, quod reliquum erat temporalis vitae, religiose conversando complevit.

CAP. III. Pipinus autem, per auctoritatem Rom. Pontificis, ex praefecto Palatii Rex constitutus, cum per XV. annos, aut eo amplius Fran-

ex Epistola XII Codic. Carolini. SCHMINCKE.

In Castro Cassino] Duchesne aliique editi, *arce Cassina*. *Cassinum* oppidum Volscis ereptum, tenuerunt aliquando Samnites, ideo *Samnio* tribuit Eginardus. BOLLANDUS. Omnia MSS. mea & Marian. Scotus, Sigeb. Gemblac. Adrevald. de mirac. S. Bened. aliique plures haec Eginharti verba laudantes, cum Bollando habent loco vulgatae, *Castro Cassino*. Hoc Monasterium eo ævo erat nobilissimum, quod plurimi non solum religionis causa invisebant, ut Luitgerus, Sturmius &c, sed & multi Principes incolebant, uti praeter Carolomannum, Ratchisus Langobardonum Rex, Gisulfus Dux Beneventanus, aliique plures, quos vide apud Doctissimum Mabilionem Sæcul III Ord. Benedict. tom. IV. Monasterii hujus & montis descriptionem vid. apud eundem in Museo Italico part. I. p. 120. &c. SCHMINCKE.

Et ibi, quod reliquum erat temporalis vitae, r. c. c.] Imo in galliam venit anno 753 *jussu Abbatis sui*, inquit idem in Annal. Eginardus, *quod fratrem precibus Rom. Pontificis obsecutus est. Invitus tamen hoc fecisse putatur, quia nec ille Abbatis sui jussa contemnere, nec Abbas illius praeceptis Regis Langobardorum, qui et hoc imperaverat, audebat resistere.* Retentus in gallia à fratre *Carolomanno* obiit Viennae anno 755, remissumque ejus corpus ad S. Benedicti Monasterium. Ejus memoria exstat in Martyrologiis monasticis & aliis XVIII Augusti. BOLLANDUS Alii eum Lugduni diem obiisse supremum narrant, ut Herm. Contract. Urstisian &c. Non igitur Carolomannus, *vitae suae temporalis reliquum*, in coenobio Cassino complevit. SCHMINCKE.

Per auctoritatem Rom. Pontificis] Consilium, opinor, intelligit, quomodo Monachus Egolism. *Vita Caroli M. p.* 233. *Franci*, inquit, *cum consilio Domini Papae Zachariae & Nobilium Romanorum, Deo volente, uno consensu & una voluntate elevarunt sibi in Regem Pipinum Pium, Filium Caroli Martelli.* Neque interpretationem hanc evertunt ea, quae *cap.* I. dixerat, *jussu Stephani Papae* depositum esse Hildericum. Nam *confirmatio* illa potius fuerat sententiae Francorum quam *jussu*. Scio, his & aliis locis Pontificum adulatores niti, ut Papae jus & electionis & depositionis Regum vindicent, quemadmodum videre est in Vasquio *Illustr. controvers.* c. 8. n. 28. Bellarm. lib. V. de Rom. Pontif. c. I. Molina de *justit. & jur. disput.* XXXIX §. 30. aliisque innumeris. Sed horum machinationibus mascule se jam olim opposuere, Gulielmus Occam, Marsilius Patavinus, Flaccius Illyricus, Goldastus, aliique, de quibus infra *ad cap.* XXVIII. BESSELIUS.

Cum per XV. annos, aut eo amplius, Fran-

cis

cis imperaret] Octodecim annos, ac paulo amplius, post evectionem ad regiam dignitatem, Francis imperasse Pipinum, diserte tradit Ado Vienn. *aetat. 6. pag.* 208. & ante eum Sigebertus *ad an. 750.* Quibus prævivere Regino *lib.* 11. Lamb. Schaffnabrug. ac Marian. Scotus, qui *ann.* 768. Pipinum obiisse scribunt, mense, quantum colligo, Septembri, cum anno 750. ex eorundem relatione, ad regnum evectus fuisset. At vero si Annales Fuldenses sequamur, per 16. annos regnasse videbitur Pipinus. Hi enim initium Regni ad an. 752. collocant, quibus consentit Herm. Contract, licet ann. 15. duntaxat ipse numeret, & Abbas Stadens. *ad ann.* 752. Neque difficultatem tollit *Codex Florentinus*, in quo distincte scriptum: *cum per* XV *annos, & eo amplius, Francis solus imperaret.* Neminem enim socium Regni, nisi antequam Rex constitutus esset, habuit Pipinus. Quamobrem aut ab anno 752. hoc est ab unctione Stephani, (quam & supra cap. 1. respexisse Auctorem dicebamus) ad ann. 768. exclusive numerandi sunt anni, quomodo Auctor Chronici Belgici ex Hugone de S. Victore *fol.* 38. aut praeferenda aliorum Historicorum sententia, Chronologicae veritati proprior. BESSELIUS. Fragment. Histor. sæpius laudatum hæc verba proferens, non agnoscit XV. *annos aut eo amplius*, sed ejus loco habet *aliquot annos*, quoniam vero omnia MSS. eam approbant lectionem, illaque Auctori nostro maxime familiaris sit, merito vulgata servatur; sic cap. XXXII. noster eandem locutionem profert. *jaculum —— ita elapsum est, ut viginti vel eo amplius pedum spatio, procul jaceret.* Qua notare videtur indefinitum quicquam, ut ea ratione forte liberari queat ab errore nimis crasso, tribuendo Pipino XV. annos, cum hunc Regem XVI. ac dimidium annos regnasse certum sit. Hoc vero ut pateat, initium & finem Regni Pipini probe consideremus. In initio Regni Pipini definiendo, Scriptores inter se non conveniunt, quidam enim anno 750. alii 751. alii 752. id tribuunt. Ex tribus his sententiis ultimam, ut longe verosimiliorem, quantum ego quidem video, auctoritate Annalium Fuldens. Tilian. Herm. Contract. Canisiani, Fragm. Histor. Chron. brev. S. Galli, Virdunensis, & plurium aliorum, quos omnes referre longum foret, amplector, quam Pl. Rever. Patres, Henschenius in diversis Actorum. SS. locis, & Pagius in Critica sua Baroniana &c. solutis Adversariorum argumentis, solide adstruxerunt. His, si absque ulla temeritatis nota quicquam adjungi posset, addo argumentum à termino Vitae Pipini depromtum, qui omnium fere consensu incidit in annum 768. VIII. Kal. Octobr. postquam regnasset XVI. & dimidio fere annis, a prima per Bonifacium unctione, ut recte tradit brevissimum Chronicon Tilianum tom. 1. apud Doctiss. Duchesne. Hi anni, si subducantur à die mortis hujus Regis, initium Regni incidet in annum 752. nec enim prius, nec posterius, regnasse dici potest, non 750. vel 751. quia tunc, ut supra ad cap. 1. monuimus, Childericus adhuc Regno præfuit, non 753. ab omnibus enim præcedenti jam anno Rex agnoscitur. Statuamus igitur necesse est, Pipinum anno 752. & quidem mense *Majo* ad regium solium evectum fuisse, id enim Characteres, ab Aimoini Continuatore nobis conservati, innuunt, qui narrat, Pipinum mortuum, postquam XV. annis, IV. mensibus, & XX. diebus Regnum administrasset. Hos, si à 24. Septemb. subtrahas, habebis IV. Maji pro initio Regni Pipini; in cujus forte memoriam, cum Regnum sibi undique firmasset, conventum publicum ex Martio in Majum transtulit. In annis vero hunc Continuatorem errasse, ex eo ipso probari potest; si enim secundum hunc Auctorem Pipinus anno 751. ad regnum pervenit, inde ad mortem ejus non XV. sed XVII. numerantur anni, nec tamen inde sequitur, eum etiam in mensibus & diebus errorem commisisse, optime enim hi characteres cum laudato Chron. Tiliano conveniunt, quod numerum rotundum i. e. dimidium annum pro V. mensibus posuit, ut saepissime fit. Non

Francis solus imperaret, finito Aquitanico bello, quod contra Waifarium

ignoro quidem Cointeum & ex eo Natal. Alexandrum, statuere, Pipinum, non Majo, sed Martio mense, potuisse ad Regnum evehi, in quo conventus Francorum publicus celebrabatur, sed nodum illum, quantum nobis videtur, ad cap. III. solvimus, quæ si placet cum his conferas. Cum itaque manifestum sit, Pipinum XVI. & dimidio annis regno præfuisse, ex eo interpretandi sunt Scriptores, qui XVII annos Pipino adscribunt, ut Chronic. antiquiss. tom. 3. DuCh. Herm. Contract. Urstisian. Chron. Virdunens. &c. saepissime enim sic loquuntur historici, & plerumque utuntur numero annorum rotundo, licet annum illum nondum penitus exactum esse, certissimum sit. Sic Auctor de gest. Francorum cap. 50. ait: Chilpericum regnasse *annis* V. *& dimidio*, Continuator vero Fredegarii cap. 107. *annis sex*, qui tamen minime sibi repugnant. Sed huic sententiae obstare videtur Charta 47. apud Mabilionem lib. VI. de R. Diplom. quæ data est anno Regni ipsius XVII. IX. Kal. Octobr. i. e. anno Christi secundum Mabilionem 767. in monasterio S. Dionysii; quae collatio annorum, si justa esset, necessario initium Regni Pipini ad annum 751. referendum foret. Videamus igitur, an utriusque Epochæ comparatio recte instituta sit. Data dicitur charta, Rege commorante in *Monasterio S. Dionysii*; ast anno Christi 767. Pipinus non fuit in ea vicinia, sed per totam aestatem & hyemem in Aquitania vixit, ut lectori Annalium hujus aevi patebit; sequenti igitur datam esse, nempe 768. quis dubitabit, eo enim anno & mense aegrotus in hoc monasterio decubuit, ut constat ex Chron. Bertinian. Ann. Metens. &c. quod etiam postea ipsum Mabilionem in supplemento annotasse deprehendi, quamvis in nova, celeberrimi operis sui, Editione annum Christi non correxerit, sic enim ait: *Mortuus in Monasterio S. Dionysii, cui pridie illius diei pro animae suae remedio & honore sepulturae, silvae Aquilinae partem contulerat.* Sunt nonnulli, qui putent in Eginhardo temporis injuria excidisse notam unitatis, cum olim scriptum fuerit XVI; facili quidem negotio, nec res est sine exemplo, fierit potuisset, verum cum nullus, etiam antiquissimus Codex MS. huic conjecturae fidem faciat, merito Auctori suo relinquitur. Cum itaque certissimum sit, Pipinum Regni sui annum XVII inchoasse, emendandus hinc erit Monach. Egolismensis de Vita Caroli M. quando ait: *Pipinus —— postquam elevatus est in Regem, regnavit* VII *annos*. Quis non videt, hic per numeros scriptum fuisse XVII. ex quibus librariorum incuria numerus denarius excidit, ita ut Septenarius nunc solum appareat. Hæc si cum iis, quae ad cap. I. notavimus, conferas, Auctorem nostrum cum aliis sine dubio conciliabis. SCHMIN.

Francis solus imperaret] In pluribus Editt. *solus* omittitur, sed DCh. Boll. MSS Cacog. Cassell. & Florent. cum omnibus fere Scriptoribus, haec Eginharti verba proferentibus, illud agnoscunt, ita ut in textum recipere non dubitaverim; si enim sano sensu accipiatur, & ex ipso Auctore explicetur, non video, cur Besselius illam vocem rejecerit, nam ea Eginhardus id exprimere voluit, quod nempe Pipinus tot regnaverit annis *solus* a prima per Bonifacium unctione, non vero ab Carolomanni abitu in monasterium, licet enim Childericus Rex esset, revera tamen Pipinus regnum administrabat, a quo tempore plures numerarentur anni; ita ut lectori scrupulum Auctor noster eximere voluerit, ne annos Regni Pipini ab anno Christi 747. sed 752. computare incipiat. Communi eorum temporum vitio, ait Barthius lib. XXII. Adv. cap. 6. Eginhardus utitur *Imperfecto* pro *plusquam Perfecto*, cujus rei exempla varia l. c. profert. Sic noster cap. VII. *poterat siquidem citius finiri, si Saxonum haec perfidia pateretur*, pro passa fuisset; qualis tempo-

farium Ducem Aquitaniae ab eo ſuſceptum, per continuos IX. annos gerebatur, apud Pariſios, morbo aquae intercutis, diem obiit, ſuperſtitibus liberis CAROLO & Carolomanno, ad quos ſucceſſio Regni nutu divino pervenerat. Franci ſiquidem facto ſolenniter generali conventu, ambos ſibi Reges conſtituunt, ea conditione præmiſſa, ut

porum Enallage, etiam ipſis Scriptoribus Romanis, uſitata fuit. Sic Juſtin. lib. XIII. c. 2. *Ptolomaeus recuſabat Regem Aridaeum, non propter maternas modo ſordes, quod ex Lariſſaeo ſcorto naſceretur.* i. e. natus fuiſſet, ubi vid. Vorſtium. Florus lib. IV. cap. 2. *& peractum erat bellum ſine ſanguine, ſi Pompejum Brunduſii opprimere potuiſſet*, pro peractum fuiſſet. E contra Eginhardus in libro de tranſlat. SS. Marcel. & Petri cap. 2. *plusquam perfecto*, pro *imperfecto* utitur: *Eadem nocte*, ait, *cuidam ex pueris noſtris —— per quietem viſi ſunt duo Juvenes adſtitiſſe, qui ei —— de tranſferendis SS. corporibus, multa mihi dicenda mandaverunt, —— & ut hoc mihi ſine mora fuiſſet nuntiatum, praeceperunt*, i. e. nuntiaretur. SCHMINCKE.

Finito Aquitanico bello] Diuturni hujus belli cauſa fuerat, quod res Eccleſiaſticas ſub manu Pipini conſtitutas, turbarat Waifarius. Sigebert. *ad an. 758. Waiferus filius Eudonis Dux Aquitaniae res Francorum* (ſic lego, non ut vulgo *Rex*) *injuſte vexando, iram Pipini incurrit.* Ante hunc Regino *ad an.* 760. *Pipinus Rex cernens Waifarium Ducem Aquitanorum minime conſentire, ut juſtitias faceret Eccleſiis, quae erant in Francia, de rebus & poſſeſſionibus illarum, quae in ſuo Ducatu erant, iniit conſilium cum Francis, ut iter pergeret in Aquitaniam, & ſupradictas juſtitias quaereret.* Haec ille. Primum itaque, foedere ficto conſentire Waiferus, mox ſententia mutata, rebellare & injuriam Francis inferre coepit, quae res Pipinum ad Aquitaniam vaſtandam invitavit. Demum anno 768. Waifarius a ſuis, malorum pertaeſis, in gratiam Pipini perimitur. Quo facto Pipinus victoriam conſecutus, non multo tamen poſt fato ipſe fungitur, anno ſcilicet 768. VIII. Kal. Octobr. ut eſt apud Adelm. Benedictin. Vir mirae audaciae, qui hoſtes ſuos aggrediendo ſtatim conterebat, quo elogio eum exornat Paulus Diaconus *de Geſt. Langob. lib. VI. c. 37.* BESSELIUS. Hoc bellum inchoatum anno 760. confectum 768. occiſo Waifario; ſed poſtea recruduit. BOLLANDUS.

Diem obiit] In termino vitae Pipini, non conveniunt Scriptores, Regino enim VIII. Iduum Aug. Chron. S. Galli tom. I. Miſcel. Baluzii, VIII. Id. Octobr. Marian. Scotus IX. Kal. Octobr. Verum plurimi, iique antiquiſſimi Hiſtorici, ut Eginhard. Nazarii, Metenſ. Annal. &c. in VIII. Kal. Octobr. conſpirant, cum ſecundum Annal. Fuldenſ. & Hildeshem. vixiſſet LIV. annos. SCHMINCKE.

Facto ſolemniter generali conventu] Hinc videre licet, quod & ſupra monuimus, non ſemper Kal. Martii in conventibus Reges conſtitutos fuiſſe, haec enim comitia, in quibus Carolus cum fratre ſuo ad regiam evectus eſt dignitatem, celebrabrantur VII. Id. Octobr. Et hoc ni fallor Scriptor Vitae Leodegarii innuit, quando de *Ebroino* Majore Domus narrat: *Sed cum Ebroinus ejus fratrem germanum nomine Theodericum, convocatis Optimatibus ſolenniter, ut mos eſt, debuiſſet ſublimare in Regnum, ſuperbiae ſpiritu tumidus, eos noluit deinde convocare*; non enim hic loquitur Auctor ille de vocatione Procerum ad Campum Martium Kal. Martii, fixus ſiquidem ille terminus erat, ad quem Franci, licet non invitati per Majorem Domus, conveniebant, ſed intelligit ſine dubio conventum extra ordinem indictum propter inaugurationem Regis, ad quem noluit ſuperbus ille proceres Regni convocare. Praeterea

ut totum Regni corpus ex aequo partirentur, & CAROLUS eam partem, quam Pater eorum Pipinus tenuerat, Carolomannus vero eam, cui patruus eorum Carolomannus praeerat, regendi gratia ſuſciperet. Suſceptae ſunt utrinque conditiones, & pars Regni

ſi ſucceſſionem Regum Francorum inſpicimus, vere pauci ad hanc dignitatem Kalend. Martii evecti ſunt; ſic Childericus II. in Julio. Theodoricus III. in Octobri. Quis credat, hos ante Kal. Martias non fuiſſe inauguratos. Non igitur res eſt ſine exemplo, Pipinum non Martio, ſed Majo Regium conſcendiſſe ſolium. SCHMINCKE.

Ut totum Regni corpus ex aequo partirentur, & Carolus eam partem, quam Pater eorum Pipinus tenuerat, Carolomannus vero eam, cui patruus eorum Carolomannus regendi gratia praeerat, ſuſciperet] Difficillimis & involutis quaeſtionibus in Hiſtoria Medii Aevi Regni Francici, inter haeredes Regios, diviſio, merito accenſeri debet, de qua certi quicquam definire, incuria ejus Aevi Scriptorum minime patitur; nulla enim ſatis idonea teſtimonia, ex quibus illa elici queat, nobis conſervavit antiquitas, & ea, quae ſuperſunt, ita inter ſe diſcrepant, ut quid amplectendum ſit, plane ignores. Repetamus modo rem ab initio, & veritas aſſerti conſtabit. Francia, a primordio fere hujus gentis, varias ſtatim paſſa fuit diviſiones, quarum illa eſt celeberrima in AUSTRIAM & NEUSTRIAM, quæ cum BURGUNDIA, totum Francorum Regnum complectebantur. Id nos docet Vita Sigeberti Regis, in qua dicitur, Dagobertum (qui totam Monarchiam poſſidebat) inter duos filios ſuos Regnum Franciæ diſtribuiſſe, & Sigeberto *Auſtraſiam*, Clodovaeo vero *Neuſtriam* dediſſe. Hae Franciæ denominationes varie apud Scriptores accipiuntur, mox *Auſtria* notat illum tractum, qui jacet inter Moſam & Rhenum, ſic apud Hugon. de S. Maria lib. 3. Hiſt. Eccleſ. *Has tres Galliæ provincias* (Belgicam Aquitanicam & Lugdunenſem) *dum Franci occupaſſent, illam regionem, quae Septemtrionem verſus inter Moſam & Rhenum porrigitur, Auſtriam, illa quae à Moſa ad Ligerim protenditur, Neuſtriam vocitaverunt.* Mox omnes ſignificabat provincias, quæ ad Auſtraſios, licet in Neuſtria vel Burgundia ſitas, pertinebant, qua in ſignificatione paſſim occurrit; ſic Sigebertus vocatur Rex *Auſtriae*, etſi in *Neuſtria* urbes ſibi ſubjectas haberet, ubi tamen a parte potiori ſit denominatio. *Neuſtria* etiam varie accipitur, mox notat eum terrarum tractum, qui inter Moſam & Ligerim eſt, ut vidimus ſupra ex Hugone; mox & *Burgundiam* ſub ſe comprehendebat, quod teſtatur vita Sigeberti Regis ſupra citata, cujus Scriptor ait Sigebertum accepiſſe *Auſtraſiam*, Clodoveum vero *Neuſtriam*, ſub Neuſtria vero & Burgundiam hic intelligendam eſſe, apparet ex Geſt. Franc. cap. 32. quæ Neuſtriam & Burgundiam Clodoveo tribuunt. *ut* (ait Auctor geſt. Fran.) *Neptricum & Burgundia ad Regnum Ludovici adſpiceret.* Aliquando etiam loco Neuſtriae, *Francia* & *Auſtria* ſibi opponuntur, ubi tunc Francia deſignat vel *Neuſtriam proprie dictam*, ut nos docent Geſt. Franc. c. 40. *His Regibus mortuis* (inquiunt) *Burgundiones & Auſtraſii cum* FRANCIS *Clotharium Regem in totis tribus Regnis —— ſuper ſe ſtabiliunt*, vel Neuſtriam & Burgundiam ſimul, quod videre licet in vita Pipini Majoris Domus, *mortuo*, ait, *poſt modum Dagoberto, omne Regnum Francorum ad Sigebertum tranſtuliſſet* (Pipinus) *niſi prius facta deſcriptione totius Regni, Pater cum Sigeberto pacta firmaſſet, ut ipſe Auſtraſia contentus, juniori fratri Clodovaeo* FRANCIAM *permitteret*, quod enim hic Francia, ſupra laudato Neuſtria & Burgundia dicitur. Diviſa etiam fuit Francia in *Antiquam* & *Novam*, *Superiorem* & *Inferiorem*, & poſterioribus temporibus in *Orientalem* & *Occidentalem*; quas diviſiones,

nes, cum ad rhombum noſtrum non faciant, hic praetermitto. Non vero putandum, quia Auſtria inter Rhenum & Moſam ſita fuit, ideo & Regnum Auſtraſiorum iis terminis definitum eſſe, id enim ſatis clare patet ex Hiſtoria Sigeberti I. qui etſi Auſtraſiorum Rex, tamen plurimas etiam in Neuſtria provincias & urbes habebat, ut Turones, Pictavium, Cadurcum, Lemovicum &c. quod teſtantur Aimoin lib. III. c. 12. aliique, ſic enim ille ait: *Chilpericus* (Rex Sueſſionum) *Theodebertum filium* —— *in Neuſtriam ad occupandas Urbes, quae fratri Sigeberto ſubjectae erant, mittit. Theodebertus non nullis urbibus ſubactis, tributa Turonenſibus, Pictavis, Caturcenſibus, Lemovicenis jure victoriae adſcribit.* Imo Neuſtriam inter ſe diviſam poſſidebat uterque frater, uti ex eodem Aimoino liquet, quando narrat Sigebertum proſecutum fuiſſe fratrem ſuum Chilpericum, *& veniens in villam*, (ſubjungit) *cui vocabulum eſt Victoriacus, offendit ibi validam de Regno Chilperici manum*, *Neuſtraſiorum ſpecie, ſe ei tradere volentium, qui viſo Rege* —— *ditioni ſe ejus ſubdunt.* Ergo Neuſtraſiorum pars ſubjecta Chilperico, quod ex ſeqq. adhuc manifeſtius erit, dicit enim Aimoinus Chilpericum, morte fratris ab obſidione liberatum, in gratiam recepiſſe *Neuſtraſios, qui ab eodem ad Sigebertum deſciverant.* Plures hinc illinc provincias & Urbes diſperſas, quae ad Sigebertum ſpectabant, ad Vitam ejus enumerat Doct. Henſchenius 1. Febr. Non vero iidem ſemper fuerunt Auſtraſii Regni fines, mox enim latiores, mox ſtrictiores erant. Sub Dagoberto I. Regnum Auſtraſiorum ſe ad Ligerim & Provinciam usque extendebat, ut ejus geſta memorant apud Aimoin lib. IV. c. 8. *Clotharius Dagobertum filium ſuum* —— *ſuper Auſtraſios Regem inſtituit, retinens ſibi, quod Ardenna & Voſagus, verſus Neuſtriam & Burgundiam excludebant.* Cum vero Dagobertus Auſtraſiorum regnum mutilatum acciperet, patri iraſci coepit, & ſine dubio reliquum armis ab ipſo poſtulaſſet, ni interventu Procerum pax inter patrem & filium facta fuerit, vi cujus Clotharius illud tantum de Auſtraſiorum Regno retinebat, *quod citra Ligerim, vel in regione quam Provinciam cognominant, ſitum erat.* Aimoin. lib. IV. c. 12. Praeterea Regna hæc Neuſtriæ, Auſtriæ & Burgundiae, varie conjungebantur, mox Auſtria & Burgundia, ut in Childeberto, vel Neuſtria & Burgundia, ut in Clodovaeo Dagoberti filio, interdum Neuſtria, & Burgundia ſimul, ut in Clothario, aliisque. Ex his nunc patere puto, primo, Regnorum Auſtriae & Neuſtriae fines maxime eſſe incertos, ſecundo, provincias Francicas inter haeredes Regios varie fuiſſe diviſas, mox his mox illis con — vel disjunctis, tertio, Reges Auſtriae, licet plurimas provincias & Urbes in Neuſtria habuerint, non inde, ſed à parte potiori nomen ſuum accepiſſe. His praemiſſis, nunc videamus, quaenam provinciae *Carolo* noſtro, quae *Carolomanno*, in diviſione obtigerint. Eginhardus refert Pipinum *Carolo* dediſſe *ſuam partem* i. e. *Neuſtriam, Burgundiam* & *Provinciam*, ſeu prout Aventin. lib. IV. explicat, Veſtriam & occidentalia Regna, Burgundiam, Galliam Narbonenſem, Aquitaniam, Galliam Lugdunenſem, & ejus ſecundum Caeſarem Urbes, Moguntiam cum Wormatia, item Aquasgraneas. *Carolomanno* vero *fratris ſui Carolomanni* monachi *Regnum*, i. e. *Auſtriam, Alamanniam & Thuringiam*, ſeu ſecundum Aventin. d. l. Auſtriam, Belgas, Germanias. Sed ſi rem recte reputemus, minus accurate hic locutus eſt Eginhardus; & cum eo Aventinus aliique, prout me Illuſtr. & in Republ. Literaria Celeberrimi Viri, LEIBNITIUS & PERIZONIUS, per literas monuerunt, quorum ope ſolum me plurima eaque difficillima, de hac Carolini Regni diviſione dubia, ſuperaſſe, ingenue profiteor. Si enim res geſtas Caroli ante obitum fratris ſui inſpicimus, patebit, hunc ut plurimum in Regno Auſtraſiae vixiſſe, imo jura Majeſtatis exercuiſſe, quod in fratris Regno ipſi permiſſum fuiſſe, quis credat? ni dicere velimus, Carolum vel jure

primogenituræ hoc feciſſe, vel contra legem partitionis fines Regni ſui protuliſſe, unde forte ſimultas inter utrumque fratrem nata ſit; ſed quoniam nil certi de eo nobis conſtat, id ſuo loco relinquimus. Vixiſſe autem in Auſtraſiorum partibus, nos docent Annales eorum temporum, ſic Paſcha & Natalem Domini celebravit *Leodii*, *Duriae*, *Maguntiae*, *Heriſtalli*, imo conventum publicum *Wormatiae* habuit, quae loca ad Auſtraſios ſpectaſſe, quis neſcit? illa vero Eginhart. in Annalib. ad an. 769. vocat REGNUM SUUM, quando ait: *Reverſis legatis, reducto profuga, aedificato caſtello, in* REGNUM SUUM *revertitur, celebravitque Natalem Domini* Duriae, *& Paſcha* Leodii. Sed objiciat mihi quisquam locum Aventini ſupra citatum, Carolum nempe nil in Auſtria habuiſſe, praeter Moguntiacum, Wormatiam & Aquisgranum, ſedem vero ſuum Regni fuiſſe in partibus Occidentalioribus. Verum quis Vett. hoc praeter Aventinum memorat, ejus enim apud me tanta non eſt auctoritas, praecipuae in rebus, longe ante ſua tempora geſtis, ut mihi hanc diviſionem perſuadeat, quam ni fallor, ipſe confinxit; cum enim ex Eginhardo, ejusque compilatoribus addiſceret, Carolum accepiſſe Pipini patris partem, i. e. Neuſtriam Burgundiam & Provinciam, ex aliis vero Scriptoribus, Carolum vixiſſe potius in Auſtria, quam Neuſtria ante fratris ſui obitum, ea inter ſe conciliare non poterat, ni diceret, Carolum praeter Regnum Neuſtriae &c. etiam quasdam Urbes in Auſtria poſſediſſe. Aliam & longe meliorem, judicio Ill. LEIBNITII, diviſionem Regni Francici, profert Continuator Fredegarii, quisquis ille ſit antiquiſſimus, qui Carolo *Auſtraſiorum Regnum* & Carolomanno *Burgundiam, Provinciam, Gothiam, Alſatiam & Alamanniam* tribuit, nulla Neuſtriae facta mentione; quod innuere videtur, conſuetam illam, Regni Francici in Auſtriam & Neuſtriam diviſionem, ſub Carolo in deſuetudinem abiiſſe. Imo voces illae in alio longe ſenſu uſurpari coeperunt, ut videri poteſt in teſtamento Caroli, ubi dicitur Imperator Carolo filio dediſſe *Auſtriam, Nuiſtriam, Turingiam &c.* Stricte igitur loquendo, nec Carolus fuit Auſtriae, utpote qui Alemannis Alſatisque carebat, nec Carolomannus Neuſtriae Rex, qui Rotomagum aliaque Neuſtriae propriae loca non habebat. Facilius tamen Carolo Auſtraſiae, quam Carolomanno Neuſtriae Regis appellationem tribuerim, cui Burgundia potius cum provinciis vicinis obvenerat. Auſtraſiorum ergo Rex factus Carolus, accepit Auſtriam, vicinasque Germaniae provincias, & in Neuſtria Oceano ac Britonibus proximas regiones, atque ita exteriores & maritimas. Carolomanno vero datae ſunt praeter Provinciam, Septimaniam Burgundiam, & ab Auſtraſiis avulſam Alamanniam & Alſatiam, in Neuſtria ſuperiores provinciae & mediterraneae. Hoc clarius adhuc patet ex teſtamento Caroli M, ubi legitur: *Pipinus illam portionem* (mortuo nempe Carolo primogenito) *habeat, quam frater noſter Carolomannus habuit*, utpote cujus provinciae Italiae eſſent propiores. Burgundia ſcilicet, Delphinatus, Provincia, Sabaudiae pars, & Alemannia, *Ludovicus vero* (Rex citerioris Franciae) *illam partem, quam nos in illa partitione ſuſcepimus*, ut pote ſibi viciniorem, quae à Ligeri trans Rhenum extendebatur, & in ſe comprehendebat *Auſtriam Neuſtriam, Thuringiam, Friſiam &c.* Sed huic ſententiae repugnare videntur duo Nummi apud Blancum, Caroli & Carolomanni, quorum primo inſcriptum legitur CAROLUS N.R. & ſecundo CAROLOMANNUS A. R. quae ſigla Blancus per *Neuſtriae Rex* & *Auſtriae Rex* explicat, ductu ſine dubio Eginhardi noſtri. Verum de illa notarum interpretatione non ſine jure mihi dubitare videor, in nullis enim nummis, quantum memini, haec ſigla apud Blancum occurrunt ea in ſignificatione; conſpiciuntur quidem in nummo Childeberti A. R. ſed ibi non *Auſtriae Regem*, qualis Childebertus nunquam fuit, verum *Arelatem* civitatem ſignificant, quod etiam ſubjectae liberae C. I. diſerte indicant. In ſecundo Childeberti nummo etiam apparent A. R.

gni diviſi, juxta modum ſibi propoſitum, ab utroque recepta eſt; manſitque iſta, quamvis ſumma cum difficultate, concordia, multis ex parte Carolomanni ſocietatem ſeparare molientibus, adeo ut quidam etiam eos bello committere, ſint meditati. Sed in eo plus ſuſpecti, quam periculi fuiſſe, ipſe rerum exitus approbavit, cum defuncto Carolomanno, uxor ejus & filii cum quibusdam, qui ex Optimatum ejus

A. R. ubi vel nomen urbis, vel monetarii denotant. Praeterea nulla producitur Auſtraſiorum Regum moneta, in qua, hic vel ille *Rex Auſtriae*, vocetur, quo etiam modo in Neuſtraſiis ſe ſe res habet. Ita ut haec Blanci explicatio minus certo innitatur fundamento, ac proinde nihil quicquam ſententiae noſtrae deroget. SCHMINCKE.

Et pars Regni diviſi —— ab utroque recepta eſt] Carolus coronatus eſt *Noviomi*, h. Noyon, (male Eginhardus in Annal. aliique Noviomagi) & Carolomannus *Sueſſionis*, h. Soiſſon, XV. diebus poſt Patris obitum, ut nos docet Epiſtola Hincmari ad Ludov. II, in qua ſcribit: *mortuo autem Pipino, & cum magna devotione ſepulto, Carolomannus ad Sueſſiones, & Carolus ad Noviomum venerunt, & XV. die poſt illius obitum, conſilio & auxilio Regni Primorum in Reges levati ſunt.* Hi XV. dies additi VIII. Kal. Octobr. termino ſcilicet vitae Pipini, efficient VII. Id. Octobr. quo uterque frater coronatus eſt; quem diem etiam notant Annal. Petav. Loiſeliani, Tiliani &c. ut ſine ullo dubio Annal Bertiniani, qui VIII. Id. Octobr. id factum fuiſſe volunt, emendandi ſint. SCHMINCKE.

Cum ſumma difficultate concordia] Adeo difficile eſt in ſocietate Imperii concordiam ſervari. Lucan. lib. I. v. 92. *Nulla fides Regni ſociis.* Senec. in Agamemnone v. 299. *Nec Regna ſocium ferre, nec tedae ſciunt.* Carſilis in Reſponſis: Τί ἀκοινώνητον; βασιλεία· Ante hos omnes Ennius: *Nulla ſancta ſocietas, nec fides Regni eſt*, ſeu, ut verſum conſtituit Voſſius Caſtigat. in fragm. Ennii p. 53. *Nulla eſt ſocietas ſancta regni nec fides.* Similiter Curtius X. 9. 1. Juſtin. XI. 12. 15. aliique innumeri: cujus rei rationem ſcitam reddit Tullius *lib.* I. *de off c.* 26. Sed nos talium commentaria non conſtipamus. De re ipſa Gabriel Bucelinus, Monachus non indiligens *part.* I. *German.* neſcio unde commemorat, colliſos anno 769 Carolum & Carolomannum ſuper diviſione Regnorum, ac difficulter à Berthrada matre Saluſias transgreſſa, compoſitos. Niſi ad Adelmum fortaſſis reſpexit anno 770, ex quo tamen tale quid vix colligas. BESSELIUS vide Epiſt. 47. Cod. Carolini Stephani Papae, qui utrique fratri gratulatur de mutua reconciliatione.

Sed in eo plus ſuſpecti] Hanc lectionem agnoſcunt MSS. Gold. Cajog. Lugd. Sion. & Alb. Stad. qui haec Auctoris noſtri verba tranſcripſit. Hæc declinationum permutatio non ſolum barbaro illi aevo, ſed & Veteribus Latinis frequentiſſima fuit. Sic in Dagoberti Capit. Bajoar. *Donatu dignitatis ipſius* DUCATI *careat*, pro Ducatus. Apud Terent. & Salluſt. *ornati, Senati*, pro ornatus, Senatus. Suſpectus vero pro ſuſpicione medio aevo in uſu fuiſſe, patet ex vita Wiporadae apud Goldaſt. tom. 2. R. Alem. *Non eſt*, inquit Scriptor, *ita uti tu ſuſpicaris, nam inventio theſauri tibi tollet hujusmodi* SUSPECTUM, pro ſuſpicionem. Forte etiam *ſuſpectionis* hic legi poſſet, quae vox in quibusdam Terentii Editt. Act. III. ſc. 2. v. 21, Andriae reperitur, voces enim in *us* & *io* deſinentes, etiam apud antiquos Latinos ſaepiſſime permutatae ſunt, ut apud Lucretium *conjectus* pro conjectio. vide Hieron. Columnae Obſervat. ad lib. II. Ennii Annal. pag. m. 98. SCHMINCKE.

Uxor ejus cum filiis] Paria Sigebertus *ad ann.* 771. *Uxor ejus cum filiis, & Antha-*

rio

ejus numero primores erant, Italiam fuga petiit, & nullis exiſtentibus cauſis, ſpreto mariti fratre, ſub Deſiderii Regis Langobardorum patro

vio Franco, ad Deſiderium Regem Italiae confugit. At qui cum filiis, ſi Bertha Regina filiam Deſyderii anno 770. demum ex Italia Carolomanno ſociandam adduxit, teſtibus *Annal. Fuld.* & is ſequenti ſtatim anno 2. *Non. Decembr.* mortem oppetiit. An geminos uno partu edidiſſe credemus? an vero ex anteriori matrimonio liberos ſecum habuit? Certe unius filii mentionem videtur facere, idem quem dixi Sigebertus *ad an.* 774. ubi de Verona à Carolo M. capta diſſerit, *in qua*, inquit, *Antharius Francus, cum uxore Carolomanni, & filius ejus latens, ſe cum eis Regi dedit.* Niſi malis haec de Antharii filio accipere. Berthae nomen eidem attribuit, neſcio cujus auctoritate fretus, Chriſt. Mathias *Theat. Hiſt. in Carolo p.* 820. niſi vitioſa Annal. Pithoeanorum ſcriptura deceptus eſt, qua de infra *cap.* XVIII. Complures ergo filias habuit Deſiderius, *unam*, quae *Carolo M.* nupſerat, *alteram*, quae *Carolomanno*, *tertiam*, quae *Thaſſiloni* juncta erat, *quartam*, denique *Adelpergam*, quam in matrimonio habuit *Archis*, Beneventi Princeps, ut ſcribit Leo Marſicanus, Epiſcopus Hoſtienſis, *Chronici Caſſinenſ. lib.* 1. *cap.* XVII. BESSELIUS. Ego potius DCh. Gold. MSS. Cajog. Lugd. Bodl. Sion. & Caſſell. ſecutus, in textum loco vulgatae: *uxor ejus cum filiis & quibusdam q. ex o. e. n. p. e. j. f. peteret*, recepi: *uxor ejus & filii cum quibusdam —— petiit*; etſi enim inſueta maxime haec ſit Enallage, cujus exemplum haud facile deprehendas, malui tamen Eginharto lectionem, tot Codd. auctoritate munitam, quam & Beſſelius in margine ex ſuis MSS. produxit, reſtituere, quam cum aliis quicquam contra fidem Antiquiſſimorum MSS. emendare. Hanc Carolomanni uxorem, Platina in vita Hadriani, male Bertham vocat, unde forte Mathias in Theatrum ſuum tranſcripſit, novimus enim ex Annal. Metenſ. Platina longe antiquioribus, eam Gilbergam vel Girbergam dictam fuiſſe. Cujus haec filia fuerit, non habeo quod dicam, Veterum enim nemo, quantum novi, quicquam ea de re nobis reliquit. Editores Doctiſſimi Actorum SS. ad Vit. Hildegard. 30. April. Deſiderii Regis Langobardorum filiam faciunt, „ quam Carolomannus, vel Pontifice diſſi„ mulante, vel interpoſitum anathema pa„ lam tollente, primo Regni ſui anno uxo„ rem duxerit, ex qua geminae prolis pater „ factus ſit. Utinam Veterum teſtimonia produxiſſent, ex quibus hoc efficerent. Novimus enim ex Epiſt. 45. Cod. Carolini à Stephano ad utrumque fratrem conſcripta: Carolomannum *ante obitum Patris conjugio legitimo* jamdum *copulatum fuiſſe uxori Francicae*, quam repudiaſſe, & Langobardam duxiſſe, ut frater ejus, nemo veterum refert; ita ut potius crediderim, auctoritate dictae Epiſtolae inductus, hanc uxorem Francam fuiſſe, quae non ad Deſiderium ſe contulerit, quod filia ejus eſſet, ſed quia noverat eum propter filiae repudium Carolo dira quaevis imprecari, cujus beneficio & auxilio, Regnum mariti ſui à Carolo occupatum, recuperare poſſe putabat. Et hoc etiam videre licet ex geſtis Deſiderii, qui minis & donis Hadrianum Papam permovere tentabat, quamvis fruſtra, ut liberos Carolomanni Reges Franciae crearet. Quot ex Gilberga filios habuerit Carolomannus, non conſtat, unius nomine *Pipini* mentionem faciunt Annal. Tiliani. Platina in vita Hadriani ipſi filium *Adalghaſium* tribuit, ni Deſiderii & Carolomanni filios, quod pene crediderim, inter ſe confundat, nam Deſiderium ejusdem nominis filium habuiſſe omnes norunt. Bouchetus in hiſtoria ſua de Orig. Dom. Franc. ex antiqno MS. alium filium Carolomanni *Siagrium* vocat, qui Monachus & tandem Epiſcopus Niceae fuit. SCHMINCKE.

Se

patrocinium se cum liberis suis contulit. Et Carolomannus quidem post administratum communiter biennio Regnum, morbo decessit.

CAP. IV. CAROLUS autem fratre defuncto, consensu omnium Francorum Rex constituitur. De cujus nativitate atque infantia, vel etiam pue-

Se cum liberis suis contulit] Sic DCh. Boll. MSS. Besselii & mea legunt, cum in vulgatis *offerret* impressum sit. Kranzius lib. 2. Sax. c. 3. omnem fraterni dissidii causam Gilbergae tribuit. SCHMINCKE.

Post administratum communiter biennio Regnum] Hanc computationem, nec series temporum, nec fides Historicorum, admittit. Etenim non biennio cum Carolo regnum administrasse Carolomannum, sed quadriennio agnoscit Herm. Contractus *Chron. ad an.* 768. itemque Aventinus *lib.* IV. *p.* 187. Tribus autem annis cum fratre regnasse, Albertus Stad. *ad an.* 769. (qui tamen sui immemor, Eginharti biennium paulo ante proposuerat) ac Gobelinus Persona *aet.* 6. *c.* 38. *p.* 186. ut & collector Chronici Belgici *fol.* 38. tradunt. Quam sententiam proculdubio ex veteribus hauserunt. Sane Lamb. Schaffnabrug. Regino Prumiensi, Sigebertus, & ante hos Annalium Nuenarii ac Pithoei conditores, eorum temporum maxime gnari, regnum Carolomanni anno 768. auspicantur, & mox annum 771. decurrentem terminant. Nescio, an rem componat Marian. Scotus, qui *lib.* III. *aetat.* 6. *ad annum* 770. demum generalem Francorum conventum super divisione Regni inter Carolum & Carolomannum collocat, ut biennium suum extundere possit. Sed si morte statim Pipini Synodum instituere primores Regni Francici, ut veteres observant, non est, ut dicamus, biennium praeterfluxisse integrum, antequam publico consensu, regni facta est inter fratres divisio. Quid quod jam contra Hunaldum anno 769. invocatus est frater, in parte Regni constitutus à Carolo, juxta Adelmum, Reginonem, alios. Certe inveteratum in Eginharto oportet esse mendum, cum Poëta vetus, *de Caroli Vita lib.* V. *v.* 181. clare biennii meminerit.

Annis sic geminis decesserat ille peractis,
Et regnum soli jure datur Carolo.

Scriptus etiam codex *Bibliothecae Mediceae*, itemque Alb. Stadens. & Conradus à Liechtenau, praeferunt. Nihilominus tamen aut substituendum erit in nostro: *post administratum communiter triennio regnum*, aut fides reliquorum omnium in suspicionem trahenda. BESSELIUS. Manifeste Eginhartus hic hallucinatur, siquidem constans est omnium Codd. lectio vulgata. Regnavit tres annos, unum mensem, & 26 dies. SCHMINCKE.

De cujus nativitate] Multa pridem super tempore ac loco natalium Caroli inter Eruditos agitata sunt. Quanquam de tempore tanta lis non sit, cum plerique Carolum *anno* 742 cum Lamb. Schaffnabr. Siffrid. Presb. *Epit. lib.* I. scribant, & quidem 28. *Jan.* si quibusdam credimus. De Incunabulis autem Caroli etiam inter Germanos non convenit. Nam quod Galli apud se natum jactitant, pridem explosum est à Sebast. Munstero, & clare Aeneas Piccolomineus, libr. de Statu Europae sub Friderico III. cap. 31. *Carolus* inquit, *quamvis potiretur Galliae imperio, Germanus tamen fuit, in Germania natus alitusque.* Quod argumentum fusius pertractavit Wimpheling. *in Epit. Germ. cap.* 22. Caeterum Joh. Aventinus *lib.* IV. *Ann. Bajoar. fol.* 186. & Petrus Appianus *Carlsburgum* in Bavaria fuisse putant, inducti Veteri libro, versibus antiquis more majorum confecto. Alii *Brabantis* vendicant, ut Emond. de Dynter, Philippi II. Ducis Burgundiae Secretarius. Denique sunt, qui Ingelhemium vicum prope Moguntiam Cunas Carolo dedisse asserunt, quae opinio communior est, probata Theodorico Niemio, Jacobo Spigelio,

not. ad lib. VIII. *Guntheri p.* 396. doctiſſimoque Mallinckrotio, de ArchiCancellariis part. 1. p. 7. Gabriel Bucelinus in Germania ſua chronologice deſignata, neſcio ex quibus monumentis, eundem *Caroloburgi* in Bavaria *natum*, *Ingelhemii* autem deinceps educatum, ſcribit *ad ann.* 742. Equidem quid in dictis reprehendam, vix invenio; non poſſum tamen, quin novam, ac fortaſſis veram *Reineſii* quondam *Noſtri*, in medium producam opinionem: *Receptiſſima*, inquit, *de loco Natali Caroli, Pipini Regis Francorum è Berthrada Filii, dicti Magni, praeſertim inter Germaniae Hiſtoricos ſententia eſt, Ingelheimium villam, in pago Navenſi, Moguntiae vicinam eſſe; Ea vero nullo certo auctore ita invaluit. Sane Eginhardus, officialis aulae Carolinae, de Caroli nativitate atque infantia, vel etiam pueritia, neque ſcriptis uſquam aliquando declaratum eſſe ſcribit, neque quenquam modo ſupereſſe inveniri, qui horum ſe dicat habere notitiam. Conſinxere igitur eo ſecurius, de Ingelhemio ſeculis labentibus* Τινες τὰ φυλλῶν ἴσχνη εἰδότες, *& rerum Caroli inepti curioſi. Vitium narrationis, jam pridem ſuboluit ſagacioribus, Serrario lib.* III. *Mogunt. notat.* 37, *& Frehero Part.* 2. *Orig. Palat. cap.* 11. *Nos vero id omnino detegimus, & locum genitalem Caroli ipſius aſſertione, quae pars eſt regiae donationis in antiquis codicillis Monaſterii D. Benedicti Fuldae, monſtramus iſta: Donamus & contradimus Domino noſtro Salvatori, Sanctoque Bonifacio Martyri, qui in Fuldenſi requieſcit monaſterio, terram conceptionis noſtrae, hoc eſt, totam comprovinciam circa flumen Unſtrudt, ipſamque chortem noſtram in Vargalaha, cum omnibus compertinentiis ſuis, & cum omnibus villis longe vel prope poſitis, quae ad eam reſpiciunt, cum omni proprietate, ſicut eam nos à Parentibus noſtris in proprietatem accepimus. Ea non ultra dubitare nos ſinit, & opinionem vulgatam, ipſi Carolo IV. Imperatori creditam pro vera, reſellit; reperta vero inter chartas MSS. Traditionum, Abbatiae Fuldenſi ſactarum, & cap.* XII *lib.* III. *Antiq. Fuld. publicata à Chriſtoph. Brouuero S. Jeſu; cujus diligentiae debemus, quod rem ab octo ſaeculis ignoratam, quae in patriae noſtrae confinis acciderit, memorabilem, natales Auguſtiſſimi Imperatoris hodie ſciamus, & quaerentibus exteris, invitis Ingelhemienſibus, domi noſtrae, oſtendere poſſimus.* Haec totidem vertis Reineſius *lib.* II. *Var Lect. cap.* 16. *p.* 256. 257. quanquam inter *Antiquitates Fuldenſes à Piſtorio* primum vulgatas, nihil tale reperias. BESSELIUS. Si quid video, hic locus non probat, quod probandum erat, non enim dicit Carolum natum in Thuringia, ſed conceptum, locus vero conceptionis & nativitatis maxime differt, nec quisquam à loco conceptionis, ſed natali, denominatur. Aut igitur hic Carolus intelligit per terram ad fluvium Unſtrut, locum, ubi mater eum concepit à Pipino, aut locum, ubi in lucem editus eſt; in priori ſignificatione vox *conceptio* ubique reperitur, ſed in ſecunda quemquam obſervaſſe, non memini. Non ignoro quidem Scriptores medii aevi varie verborum ſenſum inter ſe permutaſſe, ſed contraria, & natura diverſa, rebus impoſuiſſe nomina, uti ſunt conceptio & nativitas, nemo mihi perſuadebit. Si verum fateri licet, Ampliſſimi Reineſii aliorumque, qui eum ſequuntur, ſententiae ſubſcribere nequeo, ſi enim voce *conceptio* in propria utamur ſignificatione, Pipinus anno 741. vel initio 742. in Thuringia converſari debuit, ut uxorem ſuam ibidem gravidam facere potuerit, aſt nemo Vett. Pipini expeditionem in Thuringiam memorat, quod ſine dubio feciſſent, ſi unquam hoc anno in Thuringia fuiſſet. Praeterea anno 741. diu ante obitum Patris expeditionem ſuſcepit cum exercitu in Burgundiam, quam provinciam pacavit, & in ea permanſit, usque dum Patrem mortuum eſſe audiret. Redux cum fratre Carolomanno bello civili & fraterno implicatur, Griſonem enim, collectis undique copiis, obſident in Lauduno Clavato, & capiunt, quae omnia uno temporis momento fieri non poſſe omnes norunt; ita ut facili negotio in fraterno bello reliquam

anni

anni partem post mortem Caroli consumserint. Anno 742. tempore hyemis Pipinum cum Berthrada se in provinciam, tam longe à suo regno dissitam, cujus cura non ipsi, sed fratri incumbebat, contulisse, quis silentio Vett. affirmabit? Appropinquante Vere non in Thuringiam, sed Aquitaniam uterque frater profectus est, ubi per totam fere aestatem commorati sunt; inde circa autumnum reversi, Alamanniam armis ingrediuntur. Sed dicat quispiam, hic per *conceptionem* intelligi *nativitatem*, & Carolum anno 742 natum esse in Thuringia absente Pipino. Verum non possum à me inpetrare, ut credam Berthradam in Thuringia Leviri sui provincia, tam procul à marito & familia sua dissita (erat enim filia Comitis Laudunensis) vixisse, & Pipinum uxorem suam partui vicinam in provincia non pacata, Saxonum ferociae & perfidiae exposita (qui hoc anno contra Francos insurgebant, ob quam perfidiam Carolomannus sequenti anno terras illorum depopulabatur) relicturum fuisse, minus enim tuto, & non sine maximo periculo hic uterus deponi poterat. Haec scrupula me fere movent, ut fidem traditionis illius, (quales saepissime ab otiosis suppositas & confictas esse, apud omnes in confesso est) suspectam habeam. Licet vero omnia incerta sint, quae de natali solo Magni Caroli proferuntur, (quod Eginhardum ignorasse, ex mera negligentia & incuria ortum esse videtur) verosimilior, meo quidem judicio, quod exile & parvum esse agnosco, illorum videtur conjectura, qui Ingelheimii Carolum natum putant, non enim absonum erit dicere, Berthradam secutam Pipinum in expeditionem Alamannicam, & in itinere partus doloribus spe citius correptam, se contulisse in celeberrimum hujus viciniae oppidum Moguntiam, regio sine dubio palatio ornatum, sed instantibus doloribus, Ingelheimii substitisse. Nemini vero mirum videatur, Reginas maritos suos in bellum comitatas esse, novimus enim Berthradam nostram interfuisse expeditioni Aquitanicae contra Waifarium, & Caroli M. uxores fere semper secutas esse Imperatorem in hostem proficiscentem. Sed objicit nobis Doct. Mabilio lib. IV. de R. D. qui Carolum M. natum volunt Ingelheimii, quam largissime falluntur, cum potius Ingelheimensis Regiae parens atque Auctor habendus sit Carolus. Verum utrumque verum esse potest, nec unum alterum excludit, quid enim dicere vetat, Carolum Ingelheimii natum, ibique postea amore loci natalis extruxisse palatium. Non enim putandum regiam sobolem semper natam fuisse in regiis palatiis, illo praesertim aevo, dolores partus saepe numero parturientibus ad locum optatum pervenire haud permittunt, cujus rei evidentissimum exemplum in historia Conradi II. Imp. apud Hedam & Bekam legitur, cum enim ille tenderet Ultrajectum, ad novos de creando Episcopo exortos motus sedandos, uxorem praegnantem itineris sui sociam habuit, quae uterum Trajecti sine dubio deponere secum constituerat, verum correpta doloribus, in vico ignobili apud Arnhemium *Osterbeek* dicto, in aedibus sacerdotis decubuit, ac partum suum edidit. Praeterea subjungit laudatus Mabilio, quis ante 150. annos somniavit Carolum pueriles annos in germania exegisse? Sed & hoc vulgatae sententiae nihil derogat, potuit enim Ingelhemii in lucem edi, & dein in Galliam transferri, quae minime inter se pugnant. Nec tam recens & nova haec de loco natali Caroli est opinio, Gotefridus enim Viterb. qui vixit circa annum 1185 Part. XVII. de Ingelheimio canit:

——— *Consurgit Carolus acer,*
Natus in Ingelenheim.

Sunt nonnulli, qui inducti verbis Monachi S. Galli de Vit. Caroli M. c. 30. *Cum strenuissimus Imperator Karolus aliquam requiem habere potuisset, non otio torpere, sed divinis servitiis voluit insudare, adeo ut in* GENITALI SOLO *Basilicam, antiquis Romanorum operibus praestantiorem, fabricare &c.* Carolum *Aquisgrani* natum volunt. Sed latioris illud *genitale solum* est significatio-

pueritia, quia neque ſcriptis uſquam aliquid declaratum eſt, neque quisquam modo ſupereſſe invenitur, qui horum ſe dicat habere notitiam, ſcribere ineptum judicans, ad actus & mores, caeterasque vitae illius partes explicandas ac demonſtrandas, omiſſis incognitis, tranſire diſpoſui. Ita tamen, ut primo res geſtas & domi & foris, deinde mores & ſtudia ejus, tum de Regni adminiſtratione & fine narrando, nihil de his, quae cognitu vel digna vel neceſſaria ſunt, praetermittam.

CAP. V. Omnium bellorum, quae geſſit, primo Aquitanicum à patre

nis, ita ut non certum locum, ſed indefinitum notet. Sic hodie Germanus totam Germaniam in exteris regionibus conſtitutus, poteſt vocare *genitale ſolum*, ex quo tamen nemo conjiciet, eum eſſe vel Berolini, vel Caſſellis, vel Coloniae natum. Praeterea, ſi Carolus Aquisgrani ortum ſuum habuiſſet, ſine dubio Eginhardus, qui ibidem Imperatori conſtanter adhaeſit, hoc nobis enarraſſet, quis enim ſibi perſuadere poterit, Carolum Aquisgrani habitantem, nunquam coram amicis natalis loci mentionem feciſſe, qui ipſi in dies per commorationem Aquisgrani, in memoriam revocari poterat. In ignobili igitur potius loco, nulla re memorabili, Imperatorem noſtrum natum eſſe credo, ſive is ſit Ingelheimium, ſive alius, parum enim refert, cujus memoria, incuriâ praeſertim & negligentiâ Scriptorum illius aevi, intercidit. SCHMIN.

Neque Scriptis usquam aliquando declaratum eſt] Altera illa lectio, quae *aliquid* pro *aliquando* ſubſtituit, ſine dubio melior. An vero ante Eginhardum quicquam ſuper geſta Caroli in literas miſſum ſit, non leviter ambigere quis poſſet. Nam cum hanc hiſtoriam ſuam ſcriberet Eginhartus, jam rerum ſummae praeerat Ludovicus; Et fortaſſis ſcripta demum haec vita eſt, vel anno 820. ut Baronio videtur, vel ampliori etiam, quod veriſimilius, intervallo. At tum jam extabant Annales illi, plebejo, & ruſticano ſermone compoſiti, quos exſcripſit Monachus Egolismenſis, ut non vane conjecit Pithoeus, & ſecutum ſe ait Regino Abbas Prumienſis *ad an.* 814. Fuit & aliud *Chronicon S. Dionyſii*, vivente adhuc Carolo conſcriptum, cujus meminit Joh. Turpinus *de Vit. Caroli cap.* 1. Sed enim priores illos annales poſt Eginhartum potius ſcriptos exiſtimem; Turpini autem iſtud Chronicon una cum ſuo auctore, frivolum ac futile, non immerito quis judicet. Certe ſi quicquam ſuper hac re ante Eginhartum conditum eſt, ejus Scriptorem Albinum fuiſſe oportet, quem anno 803. hoc eſt undecim ante Caroli mortem, obiiſſe ſcribit *Odorannus Monachus* apud Pithoeum *p.* 214. BESSELIUS.

Omnium bellorum, quae geſſit, primo Aquitanicum ſuſcepit] Haereditarium fere hoc bellum Carolo fuerat. Nam & ipſe jam anno aet. 19. in expeditione contra Waifarium à Patre aſſumtus legitur apud Adelm. Bened. *ad an.* 761. Poſt interfectum autem Waifarium, etſi illud bellum ſopitum videri potuerit, transacti tamen ejus reliquias ſuſcitavit Hunoldus, Waiferi frater, Eudonis filius, cujus meminit *Sigebertus* ad an. 733. ubi tamen *Hunaldus* vocatur, quod nomen truncarunt alii, nam *Waldum* conſtanter appellat Monachus Egolismenſis *Vita Karoli* p. 235. Mireris non injuria hominis ingenium, qui fortunam ſuam jam inde ſub Carolo Martello expertus anno 733. ſeu quod magis videtur 738. mox à Pipino profligatus anno 742. tamen ſub Carolo etiam magno arma reſumere non eſt veritus. Quamobrem ab eodem bello impetitus, captus & vinculis tra-

patre inchoatum, sed nondum finitum, quia cito peragi posse videbatur, fratre adhuc vivo, & auxilium ferre rogato, suscepit; & licet frater eum promisso frustrasset auxilio, susceptam tamen expeditionem strenuissime executus, non prius incepto desistere, aut semel susceptо labori cedere voluit, quam hoc, quod efficere moliebatur, perseverantia quadam ac jugitate perfecto fine concluderet. Nam & Hu-

traditus est anno 769. ut scribit Regino Prumiensis *Chron. lib.* 11. In ea captivitate per biennium detentus, astute sub praetextu religionis missionem à Carolo obtinuit. Dein Romam, quasi ibi perseveraturus, venit, & mox ad Longobardos transfugus, promissionis suae immemor, rerumque novarum studiosus, ibidem non multo post lapidibus obrutus, male periit, quae verba sunt Sigeberti *ad an.* 771. BESSELIUS. Hunaldus non Waifarii frater, sed pater fuit, ut nos docet Continuat. Fredegarii, qui ait: *Sed non post multos dies Hunaldus corrona capitis deposita —— filium suum Waifarium in Principatu reliquit.* Emendandus igitur sine dubio hinc erit Sigebertus cum Alberico Monacho, siquidem fides Fredegarii Continuat. multis argumentis, ex aliis Scriptoribus depromtis, firmari potest. SCHMINCKE.

Quia cito peragi posse videbatur] MSS. addunt *non* BOLLANDUS. Kranzius Alb. Stad. Bolland. MSS. Lugd. Cajog. & Cassell. habent *videbatur*, in vulgatis vero *putabatur*; sed perinde est, quam eligas lectionem. SCHMINCKE.

Fratre adhuc vivo, & auxilium ferre rogato] Annal. Fuldens. & Hildeshem. videntur innuere Carolomannum socium hujus expeditionis fuisse, sic enim narrant: *Carolus cum Carolomanno fratre suo Hunoldum in Aquitania rebellantem capiunt.* Sed fides Eginhardi aliorumque Annalium, hac in re apud me potior est, quam pluribus adstruere facile possem, ni eam omnibus constare putem. Cujus in partibus Aquitania fuerit, non liquido constat, Fredegarii Continuator in divisione narrat, quod Pipinus, *Aquitaniam sibi subjugatam, inter utramque filium diviserit*, quod si verum, miror Carolomannum non vindicasse partem suam, sine dubio etiam intestinis motibus implicitam; quod cum intermiserit, videtur Aquitania non ejus, sed Caroli imperio subjecta fuisse; qua in conjectura Annal. Eginhardi me confirmant, qui ad an. 769. referunt: *Nam Hunoldus quidam Regnum affectans, provincialium animos ad nova molienda concitavit, contra quem ipse*, cui eadem provincia sorte *obvenerat, Rex Carolus cum exercitu profectus est.* Et paulo inferius: *postquam hi duo fratres Patri succedentes, Regnum inter se partiti sunt, Aquitania provincia, quae* in sortem majoris natu Karoli Regis *cesserat.* Sed vide an non Fredegarii Continuator & Eginhardus hoc modo conciliari queant, dicendo Continuatorem narrare res gestas, prout in ipsa divisione Patris acciderint, vi cujus & Carolomannus partem *Aquitaniae* habuerit, Eginhardum vero de secunda divisione loqui, quam patre mortuo uterque frater instituit, de qua Eginhardus l. c. intelligendus est, & secundum hanc Carolum totam Aquitaniam à fratre accepisse. SCHMINCKE.

Promisso frustrasset auxilio] *Qui* ut Eginard. in Annal. *Procerum suorum pravo consilio, ne id faceret impediebatur, colloquio tantum cum eo habito in loco, qui Duas Dives vocatur.* BOLLANDUS.

Aut semel susceptо labori] DCh. Boll. MSS. Lugd. & Cassell. *semel* interserunt, quorum fide id in textum recipere, visum fuit. SCHMINCKE.

Perseverantia quadam ac jugitate] Sic DCh. Boll. MSS. Florent. Cajog. Lugd. & Bodl. legunt, quorum fide textui inse-

Hunoldum, qui post Waifarii mortem Aquitaniam occupare, bellumque jam pene peractum, reparare tentaverat, Aquitaniam relinquere, & Vasconiam petere coëgit. Quem tamen ibi consistere non sustinens, transmisso amne Garomna, Lupo Vasconum Duci per legatos mandat, ut perfugam reddat: quod ni festinato faciat, bello se cum expostulaturum. Sed Lupus saniori usus consilio, non solum Hunoldum reddidit, sed etiam se ipsum cum provincia, cui praerat, ejus potestati permisit.

CAP. VI. Compositis in Aquitania rebus, eoque bello finito, Regni quoque socio jam rebus humanis exemto, rogatu & precibus Hadriani

rui, vox enim medio aevo satis consueta, quae optime mentem Auctoris nostri exprimit, sic Eginh. in Annal. ad an. 784. *propter nimias aquarum inundationes, quae tam subito ex* JUGITATE *pluviarum acciderant.* In Vit. Venerab. Idae Cisterc. lib. I. c 5. *continua* JUGITATE *non desiit abundare.* SCHMIN.

Hunoldum] Alii *Hunaldum*, alii *Unoldum*, alii *Hunoltdum* vocant. BOLLANDUS.

Transmisso amne Garumna] D Ch. ex MSS. suis addidit in sua editione: *& aedificato castro Frontiaco*, sed quoniam nec Goldastus nec Bollandus id agnoscunt, & in meis etiam MSS. non reperitur, illud in textum recipere non ausus sum. Hoc castellum Eginhardus male *Francicum* vocat in Annalibus, cum omnium consensu *Frontiacum* vel *Froniacum* appelletur. SCHMIN.

Lupo Vasconum Duci] Juniorem, cum ista haec acciderent, ac vix aetatis annum 20. egressum, crediderim. Nam sub Ludovico Imperatore, sex post denatum Carolum annis, de perfidia accusatus, cum purgare se non posset, exilio mulctatus est. Referunt Sigebertus *ad an.* 820. Annal. autem Nuenarii, & Pithoei *ad an.* 819. BESSELIUS.

Quodni festinato] Sic legit Boll. cui adstipulantur MSS. Besselii, Cajog. Lugd. Bodl. Cassell. & Alb. Stadensis. vid. Sueton. Caesar. c. 16. & Goldast. ad h. l. SCHMINCKE.

Ejus potestati permisit] Omnes, praeter Duchesnianam, Editiones, quotquot inspexi, habent *submisit*. DCh. vero primus, vel si mavis, Goldastus, Eginhardo *permisit*, restituit, quam lectionem Besselius in margine protulit, & eam agnoscunt Kranzius, Alb. Stad. Albericus Monach. Auctoris nostri verba transcribentes in sua Chronica, MSS. Cajog. Lugd. & Bodl. Proprium hoc ad hanc rem exprimendam verbum est, quo saepius Tacitus aliique utuntur, sic lib. IV. Hist. c. 2. *Nec cunctatus est Vitellius seque & cohortes arbitrio Victoris* PERMITTERE. & lib. XIII. Annal. cap. 41. *sed oppidani portis sponte patefactis, se suaque Romanis* PERMISERE. Goldastus ad h. l. notat imperitos, cum non possent hujus verbi elegantiam comprehendere, in *submisit*, vel *subjecit*, mutasse. Sed promiscue usurparunt Scriptores medii aevi & *permittere*, & *committere*, & *submittere*. Eginhardus in Annal. ad an. 809. utitur voce *permittere*, quando ait: *qui dimissa Bulgarorum societate ad Imperatorem venire, ac ditioni ejus se permittere gestiebat.* Ad an. 767. & 797. *submittere. Spontanea deditione se illius potestati submisit.* Ad an. 785 *committere. Cumque ipsi facinorum suorum sibi conscii, Regis fidei se committere dubitarent.* Perinde igitur erit, quam praeferas lectionem. SCHMINCKE.

Eoque bello finito] Unica aestate anni 769. nam cum Pascha apud S. Remigium patruum suum Rotomagensem Episcopum, (de quo 19. Januar.) celebrasset, in Aquitaniam movit, belloque confecto, natalem Domini in villa Duria celebravit. BOLLANDUS.

Ha-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [93] - 38
PUBLIC DOMAIN

driani Romanae urbis Episcopi exoratus, bellum contra Langobardos suscepit; quod prius quidem & à patre ejus, Stephano Papa supplicante, cum magna difficultate susceptum est, quia quidam ex Primoribus Francorum, cum quibus consultare solebat, adeo voluntati ejus reniſi sunt, ut se Regem deserturos, domumque redituros, libera voce proclamarent. Susceptum tamen bellum est contra Haistulphum Regem, & celerrime completum. Sed licet sibi & Patri belli susciendi similis ac potius eadem causa subesse videretur, haud simili tamen & labore certatum, & fine constat esse completum. Pipinus siquidem Haistulphum paucorum dierum obsidione apud Ticinum compulit, & obsides dare, & erepta Romanis oppida atque castella restituere,

Hadriani Romanae Urbis Episcopi] Adrianus anno 772. 9. Febr. Papa factus, mortuo 1. Febr. Stephano. Misit anno sequenti Petrum legatum ad Carolum, rogatum auxilium. Eo anno bellum susceptum, sequenti peractum, capto Desiderio. BOLLANDUS.

Bellum contra Langobardos] Hi tum Italiam insederant, ex quo *Albuinus*, & mox *Flavii* Reges imperium ejus sibi vindicaverunt. Hinc satis longo intervallo post continuas successiones *Haistolphus*, quem *Aistulphum* alii, Alb. Stad. *Agistulphum* appellat, Rachidis frater, regnare coepit *anno* 749. quicum congressus *Pipinus* Caroli Pater; cui, ex casu mortuo, substitutus est *Desiderius*, Constabulus ejus, seu, ut rectius loquar, Comes Stabuli, ut indicat Adelm. *ad an.* 756. Nam quod Desiderium *Aistulphi filium* vocat Gobelinus aet. 6. c. 37. p. 186. nescio an tolerari possit. Idem Desiderius à Carolo victus cum uxore & filia, & cunctis Principibus, excepto Adalgiso filio, in captivitatem abductus, perpetuoque exilio mulctatus est. Hic finis fuerat Regni Longobardici, tantopere omnibus gentibus formidati, post annos amplius 200. quibus Italiam tenuerant, ut prolixe Anastasius Bibliothecarius *in vita Hadriani*. Aimoinus lib. IV. c. 69. Paulus Warnefridi *de gest. Longobard. lib.* VI. *c.* 61. *extrem.* aliique complures testantur. Dicti autem sunt *Longobardi*, ut obiter & hoc attexamus, non à *longis barbis*, ut Sigeberto *initio Chronograph. p.* 480. & Gobelino Personae *Cosmodrom. aet.* 6. *c.* 24. visum, & ante hos, Paulo Diacono lib. I. c. 9. cujus auctoritate etiam inductus est Cluverius *lib.* III. *Germ. Antiquae c.* 26. Quanquam praeter hos Isidorus Orig. lib. IX. c. 2, Otto Frising. *lib.* II. c. 13. non aliter sentiant. Et sic Guntherus lib. II. Ligur. *Dicitur à longis ea Longobardia, barbis*, quod ipsum Frid. Lindenbrogio *ad Paul. Diac. l. c. p.* 342. annotatum est. Neque *à longis bardis* vel bipennibus, quasi *Landwarter*, quod custodes sint regionis; sed à *Bardis*, gente Celtica, ut *Cornutus*, seu quis alius est Scholiastes, *ad Satyr.* XVI. *v.* 13. *Juven.* annotavit, quam commemorat Helmold. *lib.* I. *c.* 25. Holsatisque & Ditmarsis confines ponit. Et sic clare Georgius Torquatus in Annal. Magdeburg. nec dum editis *part.* I. *c.* 2. quem laudat Henricus Meibomius *notis in Hist. Bardevici p.* 1520. Nam quod à *Longhone* & *Bardo*, Galliae olim Regulis, gentem Longobardorum aliqui derivare conati sunt, fabulis debemus *Annianis*, in quibus & isti Reges commemorantur, ut videre est apud Forcatulum *lib.* I. *p.* 98. BESSELIUS.

Pipinus siquidem Haistolphum p. d. obsidione apud Ticinum compulit] Bis Pipinus hunc Regem in Metropoli hac obsedit, primum anno 755. & cum fidei suae obsides dedisset, Pipinus Regiam ab obsidione liberat;

tuere, atque ut reddita non repeterentur, ſacramento fidem dare. CAROLUS vero poſt inchoatum à ſe bellum non prius deſtitit, quam & Deſiderium Regem, quem longa obſidione fatigaverat, in deditionem ſuſciperet, & filium ejus Adalgiſum, in quem ſpes omnium inclinatae videbantur, non ſolum Regno, ſed etiam Italia excedere compelleret, omnia Romanis erepta reſtitueret, Ruodgaudum, Forojuliani Ducatus praefectum, res novas molientem, opprimeret, totamque

berat. Sed vix Rex Franciae in patriam reverſus erat, quin ſtatim Aiſtulphus fidem ſuam violaret, & omnes pacis leges implere negligeret, ideo anno 756. Pipinus iterum manu armata Italiam ingreditur, & perfidum hunc tamdiu Urbi Ticino includit, donec omnes foederis ſuperiori anno initi conditiones, exſecutus fuiſſet. Hac pace Aiſtulphus non diu gaviſus eſt, paulo poſt enim in venatione de equo lapſus occubuit. SCHMINCKE.

Carolus vero poſt inchoatum à ſe bellum] Vide hic imitationem Suetonii, qui res Auguſti ſui non per tempora, ſed ſpecies executus eſt. Sic & Eginhardus, qui nullam pene in hac vita temporum rationem habet, primo loco hic Longobardicum ponit bellum, quod demum anno 773. coepit, cum initium Saxonici, anno 772. inchoati prius deſcribere debuiſſet; ſed per ſpecies, ut ait Suetonius, nullo annorum ordine obſervato, Eginhardus ſecundum actiones, earumque genera, res Caroli noſtri enarrat. SCHMINCKE.

Longa obſidione fatigaverat] Ea obſidio totam hyemem anni 774. tenuit, quo tempore Rex orandi gratia Romam profectus eſt. BOLLANDUS. Finita demum poſt feſtum Paſchatos, cum per X. ut quidam narrant, menſes duraverit. SCHMINCKE.

Filium ejus Adalgiſum] Hic cum pater *Deſiderius* caperetur, fuga dilapſus, Conſtantinopolim ad Conſtantinum Imperatorem ſe contulit. Ibi in Patriciatus ordine atque honore conſenuiſſe fertur ab Adelmo *ad an.* 774. Hunc ut ſolet expreſſit Poëta Weſtphalus, in Vita Caroli lib. 1. v. 165.

Filius illius cognomine dictus Adalgis,
Cum Longobardis in eo ſpes ampla maneret,
Diffidens rebus patriae, ſe contulit inde
Ad Conſtantinum Graecorum ſceptra regentem:
A quo Patricius praeclaro munere factus,
Hoc in honore ſuae permanſit ad ultima vitae.

Quod mihi tamen ſecus videtur. Nam clare Sigebertus, Scriptor in talibus minime nugax, *ad an.* 789. à Francis interemptum memorat, *Adelgiſus*, inquit, *Filius Deſiderii Regis, qui victo Patre ad Graecos confugerat, animatus auxilio Graecorum ad Italiam venit, aut ad repetendum regnum, aut ad inferendam ultionem, qui, inito bello cum Francis, detentus, ab eis amara morte peremptus eſt.* BESSELIUS. His Adde Theophanis Chronographiam & Epiſt. LXXXVIII. Cod. Carolini, quibus ſententia Sigeberti maxime confirmatur.

Spes omnium inclinatae videbantur] Sic DCh. Boll. & fere omnia MSS. mea, Lugdunenſe vero & Caſſell. producunt aliam lectionem, *ſpes omnium inclinare videbantur*, quae non contemnenda videtur. SCHMINCKE.

Ruodgandum Forojuliani Ducatus Praefectum] Rotgandum Bucelinus cum Regin. Prumienſi *lib.* 11. & Sigeberto ad an. 776. adpellat. Equidem malim Rodgaudum dicere cum Adelmo, Monacho Egoliſm. *p.* 240. Alb. Stadenſi, aliisque. Hic Rodgaudus Longobardus erat, quem Forojulienſibus Ducem biennio ante dederat Carolus, qui cum res novas moliretur, regnumque affectaret, juſſu Caroli decollatus eſt, teſtan-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [95] - 40
PUBLIC DOMAIN

que Italiam ſuae ditioni ſubjugaret, ſubactaeque filium ſuum Pipinum Regem imponeret. Italiam intranti, quam difficilis Alpium tranſitus fuerit, quantoque Francorum labore invia montium juga & eminentes in coelum ſcopuli, atque aſperae cautes ſuperatae ſint, hoc loco deſcriberem, niſi vitae illius modum potius, quam bellorum, quae geſſit eventus, memoriae mandare, praeſenti opere eſſet animo propoſitum. Finis tamen hujus belli fuit ſubacta Italia, & Rex Deſiderius perpetuo exilio deportatus, & filius ejus Adalgiſus Italia pulſus, & res à Langobardorum Regibus creptae, Hadriano Romanae Eccleſiae Rectori reſtitutae.

CAP.

ſtantibus Reginone, ac Sigeberto *locis citatis*. BESSELIUS. Varie hoc nomen in MSS. depravatum legitur, mox *Hrodgauſus, Hruodganſus, Rodganſus, Radaguiſus, Hrotgarz., Ruttaiſus*, ſcriptum invenitur; ut plurimum tamen variae illae lectiones in Rodgandus vel Rotgaudus conſpirant. SCHMINCKE.

Invia montium juga, & eminentes in coelum ſcopuli] Ὑπερβολικῶς haec. Noſter, ut Poëtam agnoſcas. Et fortaſſis reſpexit ad Silium *lib.* XI. *v.* 217. ubi de Hercule loquitur:

Cui patuere Alpes, ſaxa impellentia coelum,
Atque uni calcata Deo.

aut ut eſt apud eundem lib. XV. v. 178.

Tellurem procul irrumpentem in ſidera cernit,
Aëreas Alpes.

caeterum de altitudine Alpium praeclare Joſias Simlerus *Commentario ſingulari*, ac poſt eum Joh. Bapt. Plantinus Helvet. Antiq. & Nov. cap. VI. p. 36. BESSELIUS.

Et Rex Deſiderius perpetuo exilio deportatus] Hic ad regiam evectus dignitatem, Aiſtulphum imitatus eſt, & ſtatim Ferrariae Ducatum, Urbem Faventiam aliasque, Papae eripuit, qui ideo de eo apud Carolum noſtrum conqueritur & eum in auxilium vocat. Rex Franciae Deſiderio infenſus, quod uxorem fratris ſui in tutelam receperit, ejusque filios Reges Franciae creari voluerit, aptam hanc injuriam, ſibi à Longobardis illatam, vindicandi occaſionem putavit, ideo numeroſiſſimum in Italiam ducit exercitum, non ut Papam liberaret à tyrannide Deſiderii, ſed ut totam Langobardorum gentem ſibi ſubjiceret, quod ex maximo illo belli apparatu quivis judicare poterat. Deſiderius quidem omnes aditus in Italiam praeſidiis muniverat, ſed Carolus vi irrupit, eumque Ticino incluſit; Regia hac poſt diuturnam obſidionem capta, Carolus Langobardorum Regem cum uxore ſua *Anſa* & *liberis* in galliam ducit, & monaſteriis mancipavit. Quodnam coenobium Deſiderius in Gallia incoluerit, non liquido conſtat, Scriptores enim ea de re inter ſe non conveniunt. Chron. Magn. Belgic. ex Andrea Hiſtor. narrat, quod Carolus Deſiderium *in Eccleſia S. Dionyſii tonderi juſſerit in Monachum, & quod uſque ad mortem in eo monaſterio commoratus, ſepultusque ſit in ſiniſtra ejus parte*. Sigeb. Gembl. *Leodii* coenobio incluſum narrat, Hepidan. Coenobita S. Galli *Corbejae* monachum fuiſſe tradit. Forte igitur trium horum monaſteriorum ſucceſſive Monachus fuit. SCHMINCKE.

Res à Langobardorum Regibus ereptae, Adriano Romanae Eccleſiae Rectori reſtitutae] Haec eſt paſſim vulgata & conclamata fere *Donatio*, quam poſt Pipinum Patrem Adriano Pontifici conceſſit *Carolus M.* Altera enim illa *Exarchatus Ravennae* per *Conſtantinum*, Sylveſtro Pontifici facta, merum commentum eſt. Cujus fictorem *Johannem Diaconum* Otto III. Imp. in Diplomate ad Sylveſtrum II. Pontificem Romanum anno 978. dato producit, cujus meminit

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [96] - 41
PUBLIC DOMAIN

CAP. VII. Post cujus finem Saxonicum, quod quasi intermissum videbatur, repetitum est, quo nullum neque prolixius, neque atrocius, Francorumque populo laboriosius, susceptum est: quia Saxones, sicut omnes fere

Goldast. tom. II. Rer. Alam. part. I. p. 3. Et agnoscunt idem Pontificii Scriptores, Calderinus *Consilio* 468. Joh. Angelus Aretinus *Consilio* 350. Cardinalis Cusanus, *de Concord. Cathol. lib.* III. Georg. Merula *lib.* I. *Hist. Vicecomit. extrem.* Aemilius Veronensis *lib.* III. *Rer. Franc.* Baronius denique ac Gretserus, rigidissimi Papae defensores. Ne huc referam, quae super hac re ante 200. & amplius annos *Laurentius Valla*, Patricius & Canonicus in ipsa Urbe Romana acriter, ut solet, disseruit. Quantis autem blanditiis cum Pipino, tum Carolo, extorserint Pontifices, vel illud argumento esse potest, quod Adrianus, ut scribit Sigebertus *ad an.* 773. in Synodo Romana 153. Episcopis & Abbatibus praesentibus, communi consilio ad Carolum jus eligendi Pontificem & ordinandi Apostolicam sedem detulerit. Nam quod *Baronius, Bellarminus* ac *Gretserus* in gratiam Imperatoris hoc privilegium à Monacho Gemblacensi confictum scribunt, causae suae potius, quam veritati inserviunt. Adsunt profecto testes omni exceptione majores, qui idem quod Sigebertus, adserant. Anastasius Bibliothecarius, quem his rebus interfuisse extra controversiam est, *in Hist. Ecclesiast.* Hadrianum in Synodo Anno 785. ex totius Concilii consensu jus eligendi Pontificem dedisse refert. Cujus verba Onuphrius Panvinius *in Vit. Gregorii* VII. proposuit, & ex eodem transcripsit Goldastus *in Replic. pro Imperio* cap. 13. Eadem refert Huldr. Mutius *lib.* VII. Aventin. *lib.* IV. *fol.* 188. & exstat Oratio *Gregorii* VI. qui antea Gratianus vocabatur, apud Malmesburiens. *lib.* II. *c.* 13. ubi clarissimis verbis concessa haec Carolo potestas per Hadrianum asseritur. Addo his aliqua ex antiquo Scriptore Italo, Ottonibus coaevo, quae Eutropii libello adjuncta invenit quondam, & publicavit *Matth. Flacius*. Verba haec sunt. *Accipiente Carolo, hoc* (M) *regnum, profectus est Romam, deditque ibi donaria multa, quae usque hodie tenet Romanum dominium, de Regni hujus confinibus. Fecitque pactum cum Romanis, eorumque Pontifice, & de ordinatione Pontificis, ut interesset quis legatus, & ut contentiosas lites ipse deliberaret.* BESSELIUS.

Post cujus finem Saxonicum] Adam. Brem. lib. I. c. 7. primam hujus belli originem ab initio repetit, narrat enim Thuringios vel Saxones jamdudum Francis fuisse tributarios, qui cum deficerent à fide, Carolum Martellum & Pipinum contra eos multa gessisse bella, quae dein Magnus ille Carolus magna satis felicitate profligaverit. Coeptum est anno 772. communi Francorum Procerum consensu, & varia administratum fortuna, ut plurimum tamen Saxones maximas passi sunt clades, siquidem eorum patria ferro & igne vastata, munimenta occupata, & Idola destructa fuerunt. Primo hujus belli anno Carolus coepit Castrum *Eresburg* & fanum *Irminsaul* diruit, quo facto, acceptis obsidibus revertitur in Franciam. Sequenti anno Carolus precibus Papae ingreditur Italiam, quod Saxones audientes, aptam natam sibi occasionem, ulciscendi injurias à Francis illatas, putarunt. Ideo vicinam Hassiam ferro & igne devastant, & Ecclesiam S. Bonifacii Fritislariae, quae tunc temporis trans Adranam sita erat, incendere conantur, sed miraculo, ut referunt hujus Aevi Annales, consternati, seu quod potius crediderim, ab Incolis sibi metuentes, nefarium illud facinus exequi non potuerunt. Hanc Saxonum perfidiam Carolus ex Italia redux optime vindicavit, missis enim tribus legionibus, eorum terram depopulatur; dein finita hyeme, anno 755. intermis-

fere Germaniam incolentes nationes, & natura feroces, & cultui Daemonum dediti, noſtraeque religioni contrarii, neque divina, neque humiſſum hoc per biennium bellum, inſtaurat; & hinc eſt quod Auctor noſter dicat: *quod quaſi intermiſſum videbatur, repetitum eſt.* SCHMINCKE.

Natura feroces] Ejuſmodi elogiis Saxones etiam apud alios Scriptores ornantur, ſic Salvian. lib. IV. de gubern. Dei Saxones vocat *gentem ferам*, & lib. VII. *crudelitate efferos.* Venant. Fortun. lib. 3. carm. 9.

Aſpera gens Saxo, vivens quaſi more ferino.

Vita S. Faronis Epiſc. Meld. de bello Francorum cum Saxon. *Gens Saxonum illo in tempore fide inſtabilis effecta, efferataque duris animis.* Poet. Paderb.

Saxonum natura ferox, & pectora dura

Eginh. in Annal. ad an 775. Saxones appellat: *perfidam & foediſragam gentem*, & ipſe Carolus in Diplom. de fundat. Eccleſ. Brem. apud Adam. Brem. lib. 1. 9. eos dicit: *ob ſuae perfidiae pertinaciam indomabiles, ipſique Deo & nobis rebelles.* SCHMIN.

Et cultui Daemonum dediti] Saxonum gentem in colendis Idolis ſuperſtitioſiſſimam fuiſſe, omnium Hiſtoricorum conſenſu patet. Quinam autem Dii ab ipſis praecipue culti ſint, non adeo in vulgus notum eſt. Arbitror tamen communes cum caeteris Germanis adoraſſe Deaſtros, *Thoronem, Vodanum* & *Friggam ſ. Fream* Vodani uxorem, ut eſt apud Paul. Diacon. *Hiſt. Langob.* lib. 1. c. 8. nominibus tantum aliquantiſper immutatis. *Thoronem* namque in *Krodonem* convertentes, coluerunt ſub figura *ſenis* in piſce ſtantis, qui rotam teneret & urnam. Friggam autem ſub imagine *nudae foeminae*, ardentem faculam in pectore, in dextra mundi figuram, in ſiniſtra mala aurea tria praeferentis; quae duo Idola à Karolo ſubverſa ſcribit Kranzius *Saxon. lib.* 11. *c.* 12. Nam *Vodan* tanquam rei bellicae praepoſitus, *Herman* dictus eſt à Saxonibus, ſummeque cultus uſque ad Caroli tempora, qui ſtatuam ejus *Irminſulam* vulgo dictam, anno 772. demolitus eſt. Verum haec & alia pridem inſigni opere explicuit *Henricus Meibomius*, cui, de caeteris Saxonum Diis, operae praetium eſt addere Hug. Grotium, *Prolegom in Procopii Gothica*, Olaum Wormium *lib.* 1. *Monum. Dan.* ac prae caeteris Philip. Cluverium *lib.* 1. *Germ. Antiq. c.* 27. Eliam Schedium *de Diis Germanis*, itemque Johan. Schefferum, cujus proxime *Upſalia* mirifice illuſtrata prodiit, *cap.* 6. *& ſeqq.* Illud cumprimis obſervatione dignum eſt, Saxones, & ejusdem cum iis originis Anglos, Deam quondam *Aſtar* ſeu *Oſtar* ſumma veneratione coluiſſe ſub *Veneris*, ut exiſtimo, nomine. Manent certe ejus ſuperſtitionis hodienum veſtigia, ſed pleriſque ignorata, cur *Aprilis* menſis Carolo M. Germanisque adeo omnibus, *Ooſter monat* ſit dictus, & quid cauſae ſit, ut feſtum Paſchatos *Ooſtern* dicamus? Nam quod multi patriarum Antiquitatum imperiti, eandem vocem à reſurrectione Domini, hoc eſt *Urſtand*, derivare nituntur, remotum nimis eſt. Rem omnem Venerabilis Bedae abſolvam verbis, qui *libro de Temporum ratione cap.* 13. *Aprilis Eoſturmonath*, inquit, *qui nunc Paſchalis menſis interpretatur, quondam à Dea illorum, quae Eoſtre vocabatur, & cui in illo feſta celebrant, nomen habuit; à cujus nomine nunc Paſchale tempus cognominatur conſueto antiquae obſervationis vocabulo gaudia novae ſolemnitatis vocantes.* HESSELIUS. Optime Ennodius in vita B. Antonii monachi Lerin. Saxonum Religionem deſcribit, cui adde Willehadum & Othlonum in Vit. Bonifacii, Serrar. ad Vitam S. Kiliani & Arnckiel de Cimbrorum Religione.

Noſtraeque religioni] Adam. Brem. lib. 1. c. 6. haec Auctoris verba citans legit *verae religioni*, quae lectio, ſi in MSS. etiam re-

humana jura, vel polluere, vel transgredi inhoneſtum arbitrabantur. Suberant & cauſae, quae quotidie pacem conturbare poterant, termini videlicet noſtri & illorum pene ubique in plano contigui, praeter pauca

reperiretur, non contemnenda eſſet, ſit enim hic oppoſitio inter cultum *Daemonum*, qui falſus, & *Dei*, qui verus. Sed perinde eſt quam amplectaris. SCHMINCKE.

Neque divina, neque humana jura vel polluere —— arbitrabantur] Hinc orta eſt ſumma eorum in Chriſtiana religione inconſtantia, ut vix annus exactus ſit, quo non & fidem receperint & abjecerint. Inde *Weſtphalos* (quam vere nunc non diſputo) *Occidentales nutantes & dubitantes* exponit Gobelinus aet. 1. c. 5. p. 7. quod Chriſti fidem ſuſceptam ſaepe dimiſerint, ut Carolus tandem coactus ſit *occultos* quosdam *Judices*, Idololatriae animadverſores conſtituere, de quibus in hunc modum *Aeneas Cardinalis Senenſis* de Statu Europae cap. 29. *Carolus M. multa cum Weſtphalis praelia geſſit, eosque magnis afflixit cladibus, coegitque Chriſti religionem amplecti, relicto Idolorum cultu. Quam cum ſaepius abnegaſſent, nec jusjurandum adverterent, ut metu poenae rebellionem compeſceret, occultos inſtituit Judices, quibus poteſtatem dedit, ut quam primum dejeraſſe aliquem comperiſſent, aut fidem fregiſſe, aut aliquod aliud flagitium commiſiſſe, mox illum ſupplicio afficerent, ubi primum comprehendi poſſet, nulla citatione praevia aut defenſione praemiſſa. Elegit enim Viros graves, & recti amantes, quos plectere innocentes haud veroſimile ſuit. Terruit ea res Weſtphalos, ac demum in fide continuit, cum ſaepe in nemoribus, & proceres & mediocres Viri laqueo ſuſpenſi invenirentur, nulla accuſatione prius audita. Quaerentibus tamen cauſam, conſtabat fregiſſe fidem, aut magnum aliquod ſcelus commiſiſſe, qui necati reperiebantur. Idque judicium uſque ad noſtram perdurat aetatem, vocaturque* VEHMUM. Haec Aeneas Sylvius, quem deinceps Joh. Aventinus *lib.* IV. *Ann. Bojoar. ad an.* 794. *fol.* 206. Werner. Rolevinck *lib.* II. *de laud. Weſtphaliae cap.* 6. Felix Faber. *Hiſt. Suevor. lib.* I. *c.* 7. Alb. Kranzius *lib.* II. *Saxon. cap.* 21. Joh. Letzner *Chron. Caroli M. cap.* 15. Caſp. Facius Polit. Liv. Error. XXIII. aliique ſecuti, quorum ſententiam prolixe ſingulari opuſculo *de Secretis Weſtphaliae judiciis* enarrat *Marquard. Freherus.* Equidem rem omnium calculo confirmatam, ipſisque adeo Imperatorum judicium hoc improbantium decretis rati habitam, non auderem in dubium vocare, niſi ſumma legis iſtius iniquitas pro Carolo intercederet. Tacent Vett. Annales minima maxima in rebus Caroli memorantes, tacet Witichindus, Saxonum ut antiquiſſimus, ita veriſſimus Scriptor. Quin igitur rem exempli minime probabilis, & trecentis primum ab hinc annis proditam, praeeuntibus H. Conringio *de Judic. Reipubl. Germ.* §. 40. ac Boeclero *Hiſt. Saec.* IX. *in Carolo* repudiemus, ne quam Carolo injuſtitiae, ubi opus non eſt, inuramus maculam. Caeterum quam *perfidiam* hic *Saxonibus* auctor impingit, eadem *Francos* in univerſum notavit *Salvianus* Maſſilienſis Presbyter *lib.* IV. *Si pejeret Francus, quid novi faceret, qui perjurium ipſum ſermonis genus putat eſſe, non criminis*, & ante eum Claud. *de laud. Stilic. lib.* I. *v* 237.

Provincia miſſos
Expellit ſallax quam Francia Reges

BESSELIUS.

Termini videlicet noſtri & illorum pene ubique in plano contigui] Gobelinus *aetat.* I. *cap.* 5. *p.* 7. *Habet*, inquit, *Saxonia à Meridie Misniam, Thuringiam & Haſſiam, quae olim de partibus Franconiae ſive Franciae Orientalis fuerunt, quae quidem Franconia eis adjacet à meridie.* Ante hunc Poëtaſter Saxo, *Vita Caroli lib.* I. *v.* 55. de Angariis

He-

pauca loca, in quibus vel ſylvae majores, vel montium juga interjecta, utrorumque agros certo limite diſterminant, in quibus caedes & rapinae & incendia viciſſim fieri non ceſſabant. Quibus adeo Franci ſunt irritati, ut jam non vices reddere, ſed apertum contra eos bellum ſuſcipere, dignum judicarent. Susceptum eſt igitur contra eos bellum, quod magna utrinque animoſitate, tamen majore Saxonum quam Francorum damno, per continuos XXXIII. annos gerebatur. Poterat

Horum Patria, Francorum terris ſociatur ab Auſtro Oceanoque eadem conjungitur ex Aquilone. Adde Cluver. *Germ. Ant. lib.* III. *cap.* 21. BESSELIUS. DCh. & alii loco *noſtri*, legunt *Francorum*, quae vox ex margine textum irrepſiſſe videtur, nam vulgatam fere omnes Codd. impreſſi & MSS. agnoſcunt. Poeta Saxo ad an. 772. limites deſcribit:

——Quoniam Saxonum proxima Francis
Adjacet ad boream tellus: vix limite certo.
Diviſi gentis fines utriusque cohaerent.

Forte adhuc adſueti erant Saxones praedae, quam olim cum ipſis Francis, antequam Galliam invaſerant, in Romanos & Gallos faciebant, ut narrat Amm. Marcel. lib. XXVII. c. 8. ubi Valeſ. Hinc Galli Saxones, prae caeteris praedatoribus ut maxime repentinos, timebant. vide Marcell. lib. XXVIII. c. 2. SCHMINCKE.

Ut jam non vices reddere.] DCh. MSS. Beſſelii, Lugd. & Bodl. habent *viciſſitudinem*, ſed Boll. MSS. Cajog. Caſſell. & vulgatae Editt. *vices* proferunt, quam lectionem Ducheſnianae praefero, ſic Eginh. in Annal. ad an. 791. *ut Hunis factorum ſuorum vicem redderet.* SCHMINCKE.

Majore Saxonum quam Francorum damno.] Quantus Saxonum numerus in bello hoc tricennali à Carolo ejusque Ducibus caeſus ſit, teſtantur ejus aevi Annales; forte clades hujus gentis accuratius definire poſſemus, ſi tempus edax rerum *Eginhardum* aliosque, *de Bello Saxonico* ſuperſtites nobis reliquiſſet. Quoties non Carolus, vel ejus Duces, terram illorum ferro & igne devaſtarunt, Urbibus & pagis captis, incenſis & ſolo aequatis? Quoties non pulſi, fugati & internecione caeſi ſunt. Evidenter hoc duo illa praelia ad Thietmelle & Haſam fluvium evincunt, de quibus Annales nobis narrant, quod tanta caede proſtrati ſint, ut ex innumera illorum multitudine perpauci evaſerint. Quot non propter perfidiam ad Alleram fluvium capite truncati, & quot non ex patria in alias regiones translati ſunt? Haud minimam etiam in Haſſia anno 778. paſſi fuere cladem *in Adernae fluvii vado, in pago Lieſi vel Libeſi*, cujus veſtigia quidem omni ſtudio in Patria quaeſivi, ſed nondum reperi. Poeta Anonymus hunc locum praelii vocat *Baddenfeldun* ad an. 778. ſic enim ille canit rudi licet muſa:

Quos cum jam patriam redeuntes inſequerentur,
In Baddenfeldun (ſic eſt locus ille vocatus)
Adernam juxta fluvium conſtanter in ipſos
Irruerant.

Conjeci igitur *Libeſi* quaerendum in Haſſia ſuperiori ad Adranam, qua in conjectura maxime me confirmavit Celeb. OTTO LL. Orient. in patria Academia Profeſſor, qui per literas mecum communicavit ſe poſſidere Aventinum, cui lib. IV. hanc cladem enarranti, antiqua & docta manu adſcriptum ſit lingua vernacula *an der Eder beym Franckenberge.* An vero locus ille temporibus Caroli *Libeſi*, & Arnulfi *Baddenfeld* dictus, vel an uterque ſibi vicinus fuerit, non conſtat. Traditio apud nos vulgaris eſt, Carolum ſuperaſſe Withikindum circa *Gudensbergam*, & varia proferuntur loca, quae nomina ex hoc praelio accepiſſe volunt. Sed deficientibus teſte-

Poterat siquidem citius finiri, si Saxonum hoc perfidia pateretur. Difficile dictu est, quoties superati ac supplices Regi se dediderunt, imperata facturos, polliciti sunt, obsides, qui imperabantur, absque dilatione dederunt, legatos, qui mittebantur, susceperunt. Aliquoties ita domiti & emolliti, ut etiam cultum daemonum dimittere, & Christianae religioni se subdere velle promitterent. Sed sicut adhæc facienda aliquoties proni, sic ad eadem pervertenda semper fuere praecipites, ut non satis sit aestimare, ad utrum horum faciliores verius dici possent:

testimoniis fide dignis, vulgo hanc traditionem relinquo. Si certiora de loco hujus praelii cognovero, tecum B. L. in Dissertatione de *Urnis Sepulchralibus*, ante triennium ad auriferam Adranam erutis, communicabo. Non vero putandum, Saxones semper victos & superatos fuisse, ex iis enim, quae Scriptores partibus Francorum faventes, nobis narrant, satis clare perspicimus, Francos incautos saepe oppressos, ex praesidiis ejectos, & illorum fines in Hassia, circa Rhenum & Mosellam, devastatos, Incolasque earum regionum, nulla sexus aut aetatis ratione habita, occisos fuisse &c. Et quot non Francorum ad montem Suntal interfecti leguntur? Si ex Saxonum Scriptoribus quosdam haberemus, certiora proferre possem. Hoc tamen certum est, utramque gentem magnas, maximas tamen Saxonum, in bello hoc diuturno & funesto clades, perpessam esse. SCHMINCKE.

Dediderunt.] Kranz. Alb. Stad. DCh Boll. & omnia mea MSS. constantissime legunt, *dediderunt, sunt, dederunt, susceperunt*, cum in vulgatis scriptum sit *dediderint, sint*; sed tot MSS. fidem sequi malui, quam quicquam temere in Auctore nostro corrigere. SCHMINCKE.

Obsides, qui imperabantur, absque dilatione dederunt.] Ultimum hoc Saxonum erat refugium, sentientes enim se Francis impares, obsidibus & jurejurando se imperata facturos, pollicebantur, quam primum vero periculum evanuerat, perfide fidem suam violabant, & injurias, à Francis sibi illatas, ulsciscì meditabantur. Hinc saepius obsides dedisse, & fidem Francis jurejurando feciisse, in belli hujus Scriptoribus dicuntur. Tandem ea conditione se Carolo permiserunt, *ut, si ulterius statuta sua* (Caroli) *violarent, patria & libertate privarentur.* SCHMINCKE.

Christianae Religioni se subdere velle, promitterent.] Cum Saxones anno 776. contra fidem datam, Eresburgum expugnassent, & Sigeburgum, Francorum praesidio munitum, obsedissent, ea perfidia Carolus irritatus, collectis undique copiis Saxoniam invadit. Ad Lippiam fluvium veniens, occurrit ipsi *immensa perfidi illius populi multitudo, velut devota & supplex, quae erroris sui veniam poscit*, huic, cum se Christianam fidem amplexuram fore promisisset, clementissime ignovit, & ita multi Saxonum baptismo initiati sunt. Anno sequenti iterum ad Paderbrunnam *maxima multitudo, quae se, quamvis falso, Christianam fieri velle, promiserat, baptizata est.* Dein anno 779. *rursus solita simulatione ad Horheim* plurimi Saxonum baptismum susceperunt, non ex vero principio, sed eo tantum animo, ut ab imminenti à Francis periculo, liberarentur, eo enim evanescente, & Christianorum Sacra spernebant, atque ad Daemonum cultum revertebantur. SCHMINCKE.

Ut non satis sit aestimare.] Sic DCh. Boll. MSS. Besselii, & mea legunt, excepto Casselano, quod vulgatam: *ut non facile aestimare possis*, profert, prior lectio se simplicitate, eo aevo maxime consueta, commendare videtur,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [101] - 46
PUBLIC DOMAIN

possent: quippe cum post inchoatum cum eis bellum, vix annus unus exactus sit, quo non ab eis hujuscemodi facta sit permutatio. Sed magnanimitas Regis, ac perpetua tam in adversis, quam in prosperis, mentis constantia, nulla eorum mutabilitate vel vinci poterat, vel ab his, quae agere coeperat, defatigari; Nam nunquam eos hujuscemodi aliquid perpetrantes impune ferre passus est, quin aut ipse per se ducto, aut per Comites suos misso exercitu, perfidiam ulciscceretur, & dignam ab eis poenam exigeret, usque dum omnibus, qui resistere solebant, profligatis, & in suam potestatem redactis, decem hominum millia ex his, qui utrasque ripas Albis fluminis incolebant, cum uxori-

videtur, quamvis & vulgata admitti queat. SCHMINCKE.

Per Comites suos misso exercitu.] Comitum officium erat, rebus praesse bellicis, horum, qui Saxonicum administrarunt bellum, mentionem facit Eginh. in Annal. ut Thederici Comitis, Caroli Propinqui, Adalgisi Cubicularii, Geilonis Comitis stabuli, Vuoradi Comitis Palatii &c. Expeditionibus, quibus Carolus interesse non poterat, Duces, Comites, Legatos, praeficiebat, in quo imitatus Augustum, qui teste Suetonio partim ductu, partim auspiciis bella administrabat. SCHMINCKE.

Usque dum omnibus, qui resistere solebant.] DCh. Bolland. aliique *volebant*, sed Besselius. aliaeque Editt. vulgatae, cum MSS. Lugd. & Cassell. legunt *solebant*, quod in textum recepi, constat enim ex Annal. Metens. ad an. 804. (ipsa verba infra transcripsi) incolas utriusque Albis ripae frequentissimae Saxonum rebellionis auctores fuisse, quos ideo Carolus ex patria in alias regiones transtulerit, de quibus commode dici potuerit, quod Francis resistere soliti fuerint; & facili id negotio perpetrabant, quamprimum enim Franci eos aggredi decreverant, statim in Sclavorum vel Danorum provincias aufugiebant, ubi tuti usque ad abitum Caroli commorabantur. SCHMINCKE.

Decem hominum millia ex iis, qui utrasque Albis ripas fluminis incolebant &c.] Transalbinorum tantum meminit Regino *lib.* II. *anno* 804. *Quo anno*, inquit, *aestate Carolus in Saxoniam cum exercitu perrexit, omnesque, qui trans Albiam in Wihmodi habitabant, Saxones cum mulieribus & infantibus transtulit in Franciam, & pagos Trans-Albianos Abodritis dedit.* Haec ille, quae totidem fere verbis exstant apud Adelmum, & Auctorem *Annal. Fuldenses ad an.* 804. Idem cum his *Lamb. Schaffnaburg.* & *Sigeb. ad an.* 803. Itemque Gobelinus *aetat. 6. cap.* 40. *p.* 192. Cum Eginharto tamen facere videtur Marianus *lib.* III. *an.* 775. Occasionem ejus translationis scite narrant Adelmus, Alb. Stad. alii, ad an. 777. quod jussu Caroli baptizati fuerint Saxones hac conditione, ut si amplius statuta ejus violarent, tam libertate, quam Patria, privarentur. Quod posterius, cum exequeretur Carolus, prius tamen quodammodo mitigavit, conjungendo Saxones cum Francis, ita ut eandem cum his libertatem acciperent. Hac ratione videtur omnis Saxonum Transalbina terra Abodritis Venedicae genti cessisse. At septimo circiter anno post facta est in patriam exulibus redeundi licentia, atque ita pars priscae Saxoniae videtur ab exilio reversis reddita. Signate *privilegium* à Ludovico Pio Ecclesiae Hamburgensi concessum, quod *Syntagmati rerum Germanicarum Septemtrionalium* inseruit Erpoldus Lindenbrogius, quodque inde repetit Petrus Lambecius Orig. Hamb. lib. I. p. 10. *Unde postquam Terram Trans-Albianorum, laxata captivitate, quam-*

uxoribus & parvulis ſublatos tranſtulit, & huc atque illuc per Galliam & Germaniam multimoda diviſione diſtribuit. Eaque conditione à Rege propoſita, & ab illis ſuscepta, tractum per tot annos bellum conſtat eſſe finitum, ut abjecto Daemonum cultu, & relictis patriis cerimoniis, Chriſtianae fidei atque Religionis ſacramenta ſuſciperent, & Francis adunati, unus cum eis populus efficerentur.

CAP. VIII. Hoc bello, licet per multum temporis ſpatium traheretur, ipſe non amplius cum hoſte quam bis acie conflixit, ſemel

quam ad multam perfidiam in ipſis Chriſtianitatis initiis patratam, per ſeptennium paſſi ſunt, ne locus ille à barbaris invaderetur, Ekeberto Comiti reſtituere praeceperat, non jam vicinis Epiſcopis committere voluit. BESSELIUS. Quod ex Saxonibus tantum Albis accolae ex patria ſua educti ſint, non ſine cauſa, ut ſupra monuimus, factum videtur, hi enim, ni fallor, praecipui pertinaciae Saxonum Auctores erant, quod Annal. Metenſ. nobis referunt ad an. 804. *Miſſis* (ait Auctor) *Exercitibus ſuis per diverſas Saxoniae partes, tam perfidos illos, quos ultra Albim tranſierat, quam illos, qui in Wigmothi manebant, & frequentibus malitiis populum Saxonum à via veritatis averterant, cum mulieribus & infantibus de Saxonia per diverſas vias dirigens, funditus exterminavit, & per Gallias, caeterasque regiones Regni ſui ſine ulla laeſione exercitus ſui diſperſit.* Cum his confer, quae narrat Chron. Moiſſiac. ad hunc annum. In quas provincias Trans-Albiani Saxones ducti ſint, inter Hiſtoricos non convenit. Baronius quosdam Romam miſſos vult, quibus ad Baſilicam S. Petri locus ad inhabitandum datus ſit, qui olim *Saxonum vicus* nunc *Saxia* vocetur. Kranzius lib. I. Metrop. cap. 15. & ex eo Pontanus lib. IV. Hiſt. Gelriae, narrat, in Geldriam, Brabantiam, Flandriam & Hollandiam, (Flandria tunc temporis à cultoribus praeprimis vacua) tranſlatos fuiſſe. Plura vide apud laudatum Kranzium l. c. In hoc facto Carolus Veteres eſt imitatus, qui populos, in opportuno ad rebellandum loco ſitos, in alium transferebant. Sic cum Romani Cilicibus piraticam nullo modo prohibere poſſent, propter commodum hujus Regionis ſitum, ex maritimis in Mediterraneas provincias duxerunt. Auguſtus etiam *Germanos ultra Albim ſummovit, ex quibus Suevos & Sicambros dedentes ſe traduxit in Galliam, atque in proximis Rheno agris collocavit.* SCHMINCKE.

Abjecto Daemonum cultu] MSS. Cajog. & Lugd. legunt: *abjecta Daemonum cultura*, quod ſi vulgatae non praeferendum, tamen optimo jure aequiparandum videtur; hac enim voce in eadem ſignificatione Scriptores medii aevi fere ſemper utuntur. Sic Ennodius in Vit. B. Antonii: *quae nationum diverſitas ſuperſtitioſis mancipata* CULTURIS. Annal. Loiſel. & Chron. Moiſiac. ad an. 792. *Saxones pleniſſime ſe ad* CULTURAM *idolorum converterunt.* Alcuin. Ep. 7. *qui per tuam ſollicitudinem ab Idololatriae* CULTURA——*converſi ſunt.* Othlonus in Vit. Bonifaci §. 22. de Haſſis: *reperit plures ex iis relicta Chriſtianae Religionis* CULTURA. Plura hujus locutionis exempla adducerem, ni ex his, quae produximus, ſatis manifeſtum eſſet, hanc vocem propriam quaſi fuiſſe ad rem illam exprimendam. SCHMINCKE.

Unus cum eis populus] Huc ſine dubio reſpicit Withikindus in hiſtoria ſua, quando lib. I. ait: *Ob id, qui olim ſocii & amici erant Francorum, jam fratres, & quaſi una gens ex Chriſtiana fide, velut modo videmus, facta eſt.* SCHMINCKE.

Non amplius cum hoſte, quam bis acie conflixit] Utriusque pugnae meminere Aimoin. *lib.* IV. *c.* 75. ac Regino *lib.* II. *anno* 783. locus

mel juxta montem, qui Osneggi dicitur, in loco Thietmelle nominato: & iterum apud Hasam fluvium, & hoc uno mense, paucis quoque interpositis diebus. His duobus praeliis hostes adeo profligati ac devicti sunt, ut ulterius Regem neque provocare, neque venienti resistere, nisi aliqua loci munitione defensi, auderent. Plures tamen eo bello tam ex nobilitate Fran-

Locus prior *Thietmalli*, seu *Dietmelle*, oppidum Westphaliae, hodie etiam non ignotum, quod olim *Teutoburgum* dictum, cladeque Variana nobilitatum, evidentissimis argumentis demonstrat Philippus Cluverius *lib.* III. *Germ. Antiquae cap.* XIX. Posterior propter *Asam* seu *Hasam* (sic enim rescribendum est in *Annal. Fuldens. Pithoei ac Freheri*, ubi vulgo legitur *Basa*) fluvium, ad Meppen oppidum Westfaliae ejusdem, in Amasin se exonerantem. BESSELIUS.

Juxta montem qui Osneggi dicitur] Varie in scriptis & impressis Codd. depravata leguntur Nomina propria, hinc est, quod mons hic mox *Osnich*, *Neggi*, *Asneggi*, si mox *Ogneigi*, *Osingen*, *Osmingen*, *Osnegge* vocetur. Hodie judicio Illust. Monum. Paderborn. Auctoris, vicinia illa *Ossenthal*, quasi *Osninthal*, seu *Ossenkempe*, i. e. *Osninkempe* vocatur. SCHMINCKE.

Thietmelle] Varias hujus nominis lectiones ex MSS. produxit Bollandus *Theotmelli*, *Thiotmelli*, *Teotmala*, *Theotmallin*, *Theotmaldi*, *Theotmalli*. His ex Aimoini continuat. *Theotinelli*, & Annal. Franc. apud Canis. *Theotwaldi* ex MS. Cajog. *Theonello* addas. Multiplicem hanc variationem fere omnia nomina ex *Theut* composita, passa sunt, ut *Theotmar*, *Thiotmar*, *Thietmar* &c. hodie *Dietmar*, illud enim Dei nomen, pro varia cujusve gentis dialecto, vel *Thiet* vel *Theot*, vel *Theut* pronuntiabatur. A conventibus publicis, vel conviviis, Religionis causa ibidem habitis, denominatus hic locus videtur, *mal* enim vel *mael* est vox antiqua Saxonica, quae notante Spelmanno in Glossario suo, vel conventum judicialem, vel convivium significabat, *Theut* vero vel *Thiet* Deum seu populum notat. Hodie vocatur *Detmold*, in cujus situ describendo Doct. Bollandus, teste Ill. Paderborn. Episcopo in Monumentis suis, errat, collocat enim in tractu Osnabrugensi, cum manifestum sit, sitam hanc Urbem in Comitatu Lippiensi, ubi hodie adhuc conspicitur. SCHMINCKE.

Nisi aliqua loci munitione defensi] Ergo oportet jam tum Urbes arcesque in Saxonia munitas fuisse; quod tamen tanto molimine Doctissimi Viri negant. Equidem quod Albertus Cranzius, nescio quam antiquitatem, cum caeteris Urbibus Saxonicis, tum Hamburgensium Civitati assignat *lib.* I. *Metrop. cap.* 12. non probo, & hactenus recte eum refellit Petrus Lambecius Orig. Hamb. lib. I. p. 8. At quod idem Vir Doctissimus, quem postremo nominavi, Saxoniam, antequam à Carolo M. fuit debellata, nullas plane Urbes moenibus incinctas habuisse affirmat, secus esse, Veterum monumenta excutienti, apparebit. Ne quid enim nunc de dubiae antiquitatis castellis, *Minda*, *Magdeburgo*, *Salingstede*, pluribusque aliis dicam, notoriae sunt Urbes antiquissimae *Bardevicum* seu *Bardengau*, ut appellat Adelmus *ad an.* 785. cujus historiam ante hos quinquaginta & quod excurrit annos, *Henricus Meibomius*, admirandae Vir industriae, *singulari libello* complexus est. *Ochsenburg*, quod castrum jam tum *anno* 743. Caroli patruus Carolomannus per placitum & pacis conditionem cepit, teste Reginone *lib.* II. *Nigberg* seu *Witheberg*, ut vocat Ado Vienneni. Chron. aet. 6. p. 204. castrum nominatissimum, in quo sub initium Regiminis Pipini Patris Caroli Hildegarius Episcopus à Saxonibus occisus est, auctore eodem Reginone *ad an.* 751. Quamquam apud utrumque legere malim *Viberg*, ut intelligatur *mons Vege-*

Francorum, quam Saxonum, & functi summis honoribus Viri, consumti sunt, tandemque anno tricesimo tertio finitum est. Cum interim tot

donis non procul à Rema seu Rimia pago, ubi occisum refert Hildegarium, & paulo post sepultum in monte Ovesberg, Henricus de Hervordia *lib.* 2, *c.* 69. Non inferiora his munimenta *Eresburgum* ac *Sigesburgum* adjicerem, nisi creberrima earundem mentio, quae utramque in historia Saxonum fere facit paginam, aliud suaderet. Non possum tamen, quin aliqua ex *Chronico Osnaburgensi* Ertwini Ertmanni, Viri, ut tum ferebant tempora, prudentissimi, producam: *Tria*, inquit, *praecipua & eminentiora castella, videlicet Herisburg in Saxoniae Hassionumque situm confinio, Sigiburg super Ruram fluvium positum, & Iburg, quod ex jucundo situ terrarum egregium fuisse, nemo dubitet.* BESSELIUS.

Anno tricesimo tertio finitum est] Levis in numero diversitas est, *Adamus* enim *Bremensis*, qui multa ex Eginharto nostro sua etiam confessione descripsit, haec verba repetens, ex annis 33. annos 30. tantum refert, *l.* 1. *c.* 7. Witichindus *Annal, lib.* 1. *p.* 6. Carolum Imperii anno trigesimo obtinuisse scribit, ut Saxones ad veram viam ducerentur, quicum facit Robertus Gaguinus *lib.* IV. *de gest. Franc, c.* 1. & Richard. Bartholin. *Austriad. lib.* 1. *c.* 56.

——— ——— *Non Saxona tandem*
Edomitum duris decima trieteride Francis.

Quanquam hic fortassis numero rotundo usus est, quod etiam fecisse videtur *Tidericus Langen* Canonicus Eimbeccensis, primum ante hos XV. annos à *Joh. Henrico Meibomio* publicatus in Saxonia sua v. 139.

Carole qui Frisones, Ligures, Italos, Aquitanos
Hunnos, Illyricum, vicisti tempore parvo,
In sex Saxones lustris vix perdomuisti.

Caeterum in aliquibus vitium fortassis Scripturae suspiceris. Etenim Adamus Bremensis *lib.* 1. *cap.* 12. *ad an.* 803. triginta tres annos diserte memorat, cui suffragantur Poëta Saxonicus *in Annal. Caroli M. ad an.* 803. *Indict.* X. ac Marianus Scotus *lib.* III. *an.* 775. *Subjecta*, inquit, *Italia, Saxonicum bellum biennio ante Italicum inceptum, repetitum est, & per* 33. *annos permansit.* Incertus Auctor *Vitae Ludov. Pii p.* 346. *Finito tandem diutino atque cruentissimo Saxonico bello, quod, ut ferunt, trium triginta annorum tempus occupavit.* Similiter ex Mathaeo Florentino *Collector Chronici Belgici* fol. 40. & Helmold. *Chron. Sclavor. lib.* 1. *c.* 3. Henricus tamen Meibomius not. *ad Witichind. Annal. p.* 44. annos praecise XXXII. impletos supputat ex literis *Rudolfi Episcopi Halberstadiensis.* BESSELIUS. Varie Historici in bello hoc describendo errant, Epochas ejus confundendo; inter quos primarius est Anonym. Auctor Chronici Sclavici apud Lindenbrog. qui quidem bellum Saxonicum per triginta tres annos durasse scribit, sed sub iis annis & Pipini & Caroli bella complectitur. Inspiciamus verba ejus & res manifesta erit: *Has* (varios Sclavorum populos recensuerat) *Carolus Magnus ad fidem convertit Christianam, Saxones atque Thuringos, quia annis* XXXIII. *continuis Pipinus genitor Caroli, & Carolus bellaverunt contra Saxones.* Aliud igitur initium & alium finem huic bello tribuat, necesse est. Finitum putat, cum Withikindus Christianis Sacris initiatus esset, sic enim narrare pergit Anonymus ille, & verbis supra laudatis subjungit: *Tunc tandem Withikindus eorum Princeps deposita tyrannide baptizatus est cum omnibus Magnatibus suis*; baptismum vero hic Saxonum Dux suscepit anno XVII. Regni Caroli impleto, ut Annal. Hildesh. vel XVIII. inchoato, ut Adam Brem. lib. 1. c. 9. qui anni Regni Caroli incidunt in annum Christi 785. quo eum Attiniaci sacro baptismate circa autumnum tinctum esse, tradunt Chronic. Moisiac. Annal. Bertin. Metens. Fuldens. Eginharti &c. Errant igitur illi, qui id anno 787. factum putant, & gravius adhuc Helmoldus

tot ac tanta, in diverſis terrarum partibus bella, contra Francos & exorta ſint, & ſolertia Regis adminiſtrata, ut merito intuentibus in dubium venire poſſit, utrum in eo aut laborum patientiam, aut felicitatem potius mirari conveniat. Nam biennio ante Italicum hoc bellum ſumſit exordium: & cum ſine intermiſſione gereretur, nihil tamen ex his, quae alicubi erant gerenda, dimiſſum, aut ulla in parte ab aeque operoſo certamine ceſſatum eſt. Nam Rex omnium, qui ſua aetate gentibus dominabantur, & prudentia maximus, & animi magnitudine praeſtantiſſimus, nihil in his, quae vel ſuſcipienda erant, vel exequenda, aut propter laborem detrectavit, aut propter periculum exhorruit; verum unumquodque ſecundum ſuam qualitatem & ſubire & ferre doctus, nec in adverſis cedere, nec in proſperis falſo blandienti fortunae aſſentire ſolebat.

CAP. IX. Cum enim aſſiduo ac pene continuo cum Saxonibus bello certaretur, diſpoſitis per congrua confiniorum loca praeſidiis, Hiſpa-

dus lib. 1. c. 3. quando hunc Saxonum Ducem baptizatum ſcribit anno 37. Caroli ſ. Chriſti 804. Withikindo Chriſtiano facto, rebellio Saxonum paulum quievit, quoniam Dux & occaſio deerant; hinc nonnulli putarunt diuturnum hoc bellum eo anno finitum eſſe, ut Auctor noſter Anonymus. Cum vero bellum illud 33. annis duraſſe apud omnes in conteſſo fuerit, & tot ab anno 772. quo Carolus ſuſcepit, non numerarentur, Pipini expeditiones in Saxones, Carolinis adjunxerunt, ut inde numerum triginta trium annorum efficerent; Pipinus vero primam in Saxoniam expeditionem ſuſcepit anno 753. à quo uſque ad baptiſmum Withikindi triginta tres anni effluxerunt. Hac igitur ratione Auctor Chronici illius Anonymus excuſari poteſt. Coepit hoc bellum anno 772. & finitum anno 804. omnium Annalium conſenſu, quamvis Poëta Saxon. ad praecedentem annum ejus finem referat. Hic ſolus loci mentionem facit, ubi inter Francos & Saxones pax ſancita eſt, quando canit ad an. 803.

Nobilis hic annus longi certamina belli
Tandem Saxones inter Francosque peracti,
Firmo perpetuae concluſit foedere pacis,
Auguſtus Pius ad ſedem SALZ *nomine dictam*
Venerat, huc omni Saxonum nobilitate
Collecta, ſimul has pacis leges inierunt.

Pluribus ibidem Poëta agit de *Pacis* conditionibus, ut Chriſtianiſmum ſuſciperent, decimas Eccleſiis ſolvant, e contra ab omni cenſu ſint liberi & ſuis vivant legibus &c. quod Carolus judice Helmoldo lib. 1. c. 3. Chron. Sclav. feciſſe dicitur: *ne forte ſervitiis aut tributis praegravati, ad rebellionis neceſſitatem & paganiſmi errores impellerentur.* SCHMINCKE.

In diverſis terrarum partibus bella contra Francos exorta] Durante hoc bello, Langobardicum, Hiſpanicum, Bajoaricum, Sclavicum, Avaricum &c. feliciſſime Carolus profligavit. SCHMINCKE.

Utrum in eo aut laborum patientiam] Idem de Carolo noſtro teſtatur Paul Warnefrid. de Epiſc. Metenſ. *De quo viro neſcias*, ait, *utrum virtutem in eo bellicam, an ſapientiae claritatem, omniumque liberalium artium magis admireris peritiam*, Nithardus ejus nepos lib. 1. *Vir quippe omni ſapientia & omni virtute humanum genus ſuo in tempore adeo praecellens, ut omnibus Orbem in-*

ſpaniam, quam maximo poterat belli apparatu, aggreditur, ſaltuque Pyrenaei ſuperato, omnibus, quae adierat oppidis atque caſtellis in deditionem ſuſceptis, ſalvo atque incolumi exercitu revertitur; praeter quod in

habitantibus terribilis, amabilis, pariterque & admirabilis videretur. SCHMINCKE.

Hiſpaniam quam maximo poterat belli apparatu] Hoc bellum tanto apparatu ſuſceptum, brevi temporis ſpatio finitum eſt. Deſcribitur à Reginone *lib.* II. Sigeberto, Annal. Nuenarii, & Pithoei *ad an.* 778. ac prolixe, infinitis tamen conſperſum fabulis, à Pſeudo Turpino, Caroli Imperatoris in Hiſpania, ut ipſe ſcribit, conſocio, *de Vita Caroli M. & Rolandi*, ubi per XIV. annos in Hiſpania belligeraſſe Carolum ſcribit, quem Godefridus Viterbienſis, aliique ſequuntur. Sed qui tandem, & unde annorum iſtud intervallum computent, ego certe non capio, nec credo quemquam eſſe, qui aliter ſentiat. BESSELIUS. Hujus belli originem breviter hic enarrabimus. Anno 777. ad Carolum venerat Rex quidam Saracenorum cum ſociis, ſe ac Civitates ſuas Carolo dedens, cujus perſuaſione incitatus, magno exercitu (nam in auxilium veniebant copiae ex Burgundia, Auſtraſia, Bajoaria, Provincia, Septimania, Langobordia &c.) Hiſpaniam anno ſequenti invadit, & plurimas Urbes ſibi ſubjecit, quarum fide ſibi per obſides firmata, paulo poſt in Franciam revertitur. Reguli hujus Saracenorum nomen maxime in hujus aevi monumentis depravatum legitur, nam ſcribitur *Ibinalarabi*, *Ibnalarabi*, *Ebilarbius*, *Abinlarbi*, *Ainalarabi*, ac ſi eſſet Arab. ابن العرب Annal. Hildeshem. & Regino duas exinde voces efficiunt, hi proferunt *ibi Inlarbi*, quando narrant hanc hiſtoriam, *& adducit ſecum ibi Inlarbi*, ille vero ex uno Rege duos fingit *Ibi & Jarabi*. Quae nominis depravationes ex ignorantia Saracenorum linguae exortae ſunt, quamcunque enim lectionem eligas, videbis omnes corruptas eſſe, & nullum plane ſenſum commodum inde elici poſſe. Quid enim illud *Ibnalarabi* ſibi vult, ſi ſenſu ſuo nativo accipiatur, eo enim ſignificat *filium Arabis*, quae hujus Saraceni denominatio nimis generalis mihi ſemper viſa fuit, ita ut commode omnes Saraceni, non vero certa quaedam perſona, ea deſignari queat. Forte igitur legendum erit امام العرب *Imam Alarabi*, quod *Ducem, vel praefectum Saracenorum* notat. Vid. Golii Lexic. Arab. & Herbelotii Bibliothecam Orientatem hac voce. Haec ſignificatio optime Saraceno noſtro convenit, qui teſte Eginhardo in Annal. Urbi (Caeſar-Auguſtam quidam volunt) a Saracenorum Rege praefectus fuit. In Annal. Petav. etiam *Rex* vocatur, ita ut inde appareat, hoc nomen tuiſſe dignitatis. Et ſane depravationes in talibus nominibus peregrinis non inſuetae ſunt, cujus infinita proſtant exempla, nos unicum proferemus. In Annal. Metens. ad an. 797. legitur: *Abdella filius Ibinmagae à fratre regno pellitur.* Quis ille Ibinmaga Sarracenorum Rex, quem alii *Ibinmanga*, *Ibimaura*, *Ibimauga*, *Abinmaga*, *Abenmauga* &c. vocant. Novimus ex Elmacino & Paulo Diac. lib. XXII. Hiſt. Miſcel. *Abdellam* fuiſſe *filium Muhaviae*, ſeu, ut Saraceni loquuntur, *Ibn Muhavia*, ex qua voce corruptum Francorum *Ibenmauga* &c. quaſi illud *Ibn*, quod Arabibus filium notat, pertineret ad nomen Muhaviae, & cum ea unam vocem efficeret, verum ſcilicet Abdellae patris nomen. Legendum igitur ſine dubio Abdella filius Muhaviae, deleta voce *Ibn*, quae ſuperflua eſt. SCHMINCKE.

Oppidis atque caſtellis in deditionem ſuſceptis] Capta Pampelona, & in reditu deſtructa, aut moenibus nudata, Oſca, Barcino, Caeſar-Auguſta, Gerunda, aut certe earum praefecti Mauri, obſides dedere. De Pampelopenſi obſidione multa fabuloſus Turpinus, deque muris, Hierichuntico fe-

re.

in ipso Pyrenaei jugo Vasconicam perfidiam parumper in redeundo contigit experiri: nam cum agmine longo, ut loci & angustiarum situs permittebat, porrectus iret exercitus, Vascones in summi montis vertice positis insidiis, (est enim locus ex opacitate sylvarum, quarum maxi-

re miraculo, collapsis. BOLLANDUS.

Vasconicam perfidiam] Rem omnem breviter narrat Adelmus anno 778. *In cujus* (Pyrenei) *summitate, Vascones insidiis collocatis, extremum agmen adorti, totum exercitum perturbabant magno tumultu. Et licet Franci Vasconibus tam armis, quam animis praestare viderentur, tamen & iniquitate locorum, & genere imparis pugnae inferiores effecti sunt. In hoc certamine plerique Aulicorum, quos Rex copiis praefecerat, interfecti sunt, direpta impedimenta, & hostis propter notitiam locorum in diversa dilapsus est. Cujus vulneris accepti recordatio, magnam partem rerum, feliciter in Hispania gestarum, in corde Regis obnubilavit.* Adelmum, retentis alicubi verbis, expressit Poeta Saxonicus ex MS. à nobis post *Reineccium* castigatus *lib.* 1. *v.* 387. In his:

Cumque Pyrenaei regressus ad intima saltus,
Milite cum lasso calles transcenderet arctos,
Insidias ejus summo sub vertice montis
Tendere Wascones ausi, nova praelia tentant.
Denique postremos populi Regalis adorti,
Missilibus primo sternunt ex collibus altis.
Et Francos, quamvis armis animisque priores,
Impar fecit & angustus locus inferiores.
Rex jam praecesserat, tardumque remanserat agmen,
Cura vehendarum quod rerum praepediebat.
Fit pavor hinc Exercitibus, subitoque tumultu
Turbantur, victrix Latronum turba nefanda
Ingentem rapuit praedam, pluresque necavit.
Namque Palatini quidam cecidere ministri,
Commendata quibus regalis copia gazae,
Praedones illos spoliis ditavit opimis.
His gestis, hostes vasti per devia saltus
* *Fugerunt, celerant; fuerant quibus ardua montis,*
Abdita sylvarum, vallis loca nota profundae.
Quos fuga dilapsos investigabilis, & nox
Instans eripuit, sequeretur ut ultio nulla.
Ac facinus tantum quoniam permansit inultum
Tristia Regali subduxit nubila menti,
Prospera quam fecere prius complura serenam.

Haec illi: quorum verba eo libentius apposui, quia cladem hanc Francicam aut dissimulant, aut Turpini fabulis conspersam, adulterant alii. Sane Florentius Bravonius Wigornienſis Monachus, incolumi exercitu rediisse Carolum affirmat. Vide Barthium *ad Brit.* III. 390. BESSELIUS. Ejusmodi clade perfidi Vascones anno 810. Ludovicum Pium ex Hispania redeuntem, iisdem in angustiis afficere, in animo habebant, sed detectae insidiae, & poenam perfidia dignam passi sunt. Nec tamen his poenis à fraudulentis suis consiliis deterreri poterant; cum enim anno 824. Ludovicus Imperator Eblum & Asinarium Comites in Hispaniam cum Vasconum copiis mitteret, & peracto negotio reverterentur, *in ipso Pyrenaeo perfidia montanorum in insidias deducti ac circumventi, capti sunt, & copiae, quas secum habuere, pene ad internecionem deletae sunt.* Hinc Vascones apud omnes fere hujus Aevi Scriptores *perfidi* vocantur. SCHMINCKE.

Est enim locus ex opacitate sylvarum] Fatalem hunc Francis locum accurate Ano-

* Ita sane scriptus codex *Biblioth. Juliae*. Male *Reineccius Accelerant fugam*.

maxima ibi est copia, insidiis ponendis opportunus,) extremam impedimentorum partem, & eos, qui novissimo agmine incedentes, subsidio praecedentes tuebantur, desuper incursantes, in subjectam vallem dejiciunt, consertoque cum eis praelio, usque ad unum omnes interficiunt, ac direptis impedimentis, noctis beneficio, quae jam instabat, profecti, summa cum celeritate in diversa disperguntur. Adjuvabat in hoc facto Vascones, & levitas armorum, & loci, in quo res gerebatur, situs. E contra Francos, & armorum gravitas, & loci iniquitas per omnia Vasconibus reddidit impares. In quo praelio Eghartus Regiae mensae praepositus, Anshelmus Comes Palatii, & Rutlannymus Vitae Ludovici Pii Auctor describit: *Qui mons*, inquit, *cum altitudine pene coelum contingat, asperitate cautium horreat, opacitate sylvarum tenebrescat, angustia viae vel potius semitae commeatum non modo tanto Exercitui, sed paucis admodum pene intercludat, Christo tamen favente prospero itinere emensus est.* SCHMINCKE.

Extremam Impedimentorum partem] Ergo hyperbolice Mariana lib. VII. c. 11. *In Pyrenaei angustiis, Vasconum armis Impedimentis exutus, thesaurisque direptis omnibus deformatus, in Germaniam rediit.* BOLLANDUS.

Eghartus regiae mensae praepositus] Egihardus in *Medicaeo & Reuberianis Codd.* appellatur; quod nomen quam varie scriptum sit apud Alamannos veteres, ex Catalogo Nominum Alamannicorum incerti Auctoris, apud Goldast *tom.* II. *p.* 94. videre est. Mensae autem praepositus, vocabulo peculiari Francico, *Seneschalcus* dicebatur, id quod colligo ex Adelmo *ad an.* 786. ubi *Ardulphus*, seu rectius *Audulphus*, vel *Adulphus*, regiae mensae dicitur praepositus, quem tamen Sigebertus, & Auctor Annal. Fuldens. *ad ann. dictum*, Seneschalcum vocat. De qua dignitate preter Claudium Fauchetum in Origin. dignit. Francic. aliqua annotavit Marquardus Freherus, *in Glossar. Rer. German. Scriptoribus praemisso.* Sunt, qui hinc originem traxisse Electores censeant, quam opinionem falso assignat *Irenico*, doctissimo rerum German. Scriptori, Christophorus Gewoldus *Comment. de Electoratu cap.* 2. Sed etsi nomina, quae Electoribus hodie tribui solent, in aula Carolina viguerint, potestas tamen atque auctoritas Comitibus illis talis non fuit. Certe *Adelmus*, Rerum Caroli diligentissimus simul atque accuratissimus Conditor, Adalgisum Cubicularium, (quem Paraphrastes ejus, Poetaster Saxo *Camerarium* vocat lib. II. v. 75.) Geilonem Comitem Stabuli, Guoradum Comitem Palatii commemorat *ad an.* 782. sed officii Electoralis nusquam vel verbulo meminit. Quare non est, ut rem aliquot seculis posteriorem, ad ultimam usque antiquitatem proferamus, praesertim cum apud peritissimos rerum patriarum Historicos constet, demum sub Frederici II. tempora, aut saltem paulo ante, nomen Electorum innotuisse. Ad postremum suo etiam calculo, quisquis tandem sit, *Severinus de Monzambano*, exasciato *de statu Imperii Germanici* opere *cap.* IV. §. 3. nuper approbavit. BESSELIUS.

Anshelmus Comes Palatii] Hic curabat Palatium, & nomine Principis in rebus minoribus jus dicebat. Per eum etiam Imperator videtur legatos & aulicos suos allocutus fuisse, ut innuit Monach. S. Galli lib. II. c. 9. *Quocum venirent*, (legati) *videntes Comitem Palatii in medio Procerum concionantem, Imperatorem suspicati, terratenus sunt prostrati.* Barth. XXII. Adversus. c. 6.

Rut-

landus Britannici limitis praefectus, cum aliis compluribus interfi-

ciun-

Rutlandus Britannici limitis praefectus] Fallor an hic est decantatus Turpino *Rolandus?* Certe, si eladem Carolo à Vasconibus illatam cum iis contuleris, quae apud Turpinum *cap.* 21. & 22. leguntur, vix aliter sentias. Laonic. Chalcondylas *lib.* 11. *de Reb. Turcicis*, *Orlandinum* corrupto nomine vocat ἐκ τῶν ἡγεμόνων Παλατίνων καλουμένων h. e. *unum ex Ducibus Palatinis.* Quem sequitur Spangenb. *Chron. Sax. cap.* 74. qui Comitem Palatinum vocat, & hoc titulo sepulchrum Rolandi apud Blaviam in Xantonibus inscriptum esse, Leodius *Append. fol.* 5. & Freherus ipse *lib.* 1. *Orig. Palat. c.* 1. testantur. Ac certe Rothlandus (quem Rutlandum esse non dubito) inter Comites à Carolo ipso numeratur in *Praecepto evindicatorio* de anno 776. quod habetur in Chronico Laurisham. pag. 59. tom. 1. Rer. Germ. Freheri. Hunc ipsum alii affinem Caroli, alii ex sorore nepotem fuisse dictitant, quo nomine eum genealogiae Carolinae inseruit *Reinerus Reineccius*, Vir in omni Historia versatissimus. Mireris non injuria, unde tanta Viris Eruditis in talibus consignandis accesserit confidentia, praesertim cum nec ratio ulla, nec fides Annalium huic sententiae suffragium ferant. Confutamus illam fabulae partem de progenie Rolandi infra *cap.* XIIX. Similiter quae de immani ejus statura vulgo feruntur, incerta sunt, seu ut rectius loquar, futilia ac falsa, id quod praeter Camerarium *lib.* 1. *Medit. Hist.* 82. ac Hub. Thom. Leodium, *de Orig. Palat. in App. Freher. fol.* 6. egregie demonstravit Gryphiander terssimo ac elaboratissimo *de Weichbildis* libro cap. 7. Veritas illa est, quod ad montem Pyrenaeum fortiter pugnando interemptus sit anno 778. quo sine dubio respexit Adelmus, qui eum generali nomine aulicorum comprehendit. Nam quod Dux belli contra Saxones fuerit, eoque nomine passim per Saxoniam Statuas meruerit, ut Wilhelm. Dilichius Chron. Brem. fol. 39. & Lindenbrog. Chron. Caroli fol. 269. aliique narrant, eadem, qua asseritur, facilitate, rejici potest. Nullae adsunt tabulae, nulla veterum monumenta, quae vel verbulo Rutlandi meminerint in bello eo Saxonico. De morte quoque ejus quam varia feruntur? Alii cum Josepho de Pinu *in lib. Aenigmat. ad ann.* 800. 31. *Maji* referunt, quem sequi videtur Bucholzerus *in Indic. Chronol. p.* 287. alii *ad annum* 811. & quidem 11. *Jan.* ut *Christian. Massaeus:* alii cum *Roderico* ad ann. 812. cujus meminit *Bucelinus*, Rolandum scilicet expeditione novâ Ludovici in Hispania occubuisse, quam tamen fabulam recte retellit. Plures sententias legas apud *Petrum Mantuanum Secretarium*, utjam non διοφαντὸς Homerico verbo videatur Rolandus, sed sexies & amplius mortuus. Gladius Rolandi *Durenda*, & tuba ejus eburnea, de quibus fabulator Turpinus *cap.* 27. ad Ronceval-lim ostenditur juxta Leodium l.c. Eundem tamen gladium asservari ajunt in oppido S. Dionysii prope Lutetiam, ut ex Schröteri *Hist. totius Orbis Terrarum* probat Gryphiander *cap.* 12. & quod magis, conspicitur pendens ad arcis Prusicae portam in Turcia, quem Turcae diligenter adservant, *nam vulgus existimat Rolandum Turcam fuisse*, dicente Petro Bellonio lib. 111. observ. c. 42. BESSELIUS. Alii *Rotlandus*, alii *Hrodlandus*, vulgo *Rolandus*. Hunc alii fabulantur in Roncisvalle cum omni fere exercitu caesum. Quidam hunc Martyribus accensent. Inter hos numerat Sauflaius 3. Maji his verbis: *Eodem die in Vasconia Rolandus Comes Cenomanensis, aliique primae nobilitatis Galliae Equites, subjugata Navarra, Caesaraugustaque ab Saracenorum jugo liberata, cum victores ad Carolum M. redirent, cum exercitu in saltibus Pyrenaeis intercepti, pro Christo adversus impios pugnantes, glorioso agone occubuerunt.* Haec ille, an odio fidei, an potius praedandi

ciuntur. Neque hoc factum ad praesens vindicari poterat, quia hostis re perpetrata ita dispersus est, ut ne fama quidem remaneret, ubinam gentium quaeri potuisset.

CAP. X. Domuit & Brittones, qui ad Occidentem in extrema parte Galliae, super littus Oceani residentes, dicto audientes non erant, missa in eos expeditione, qua & obsides dare, & quae imperarentur se facturos polliceri coacti sunt. Ipse postea cum exercitu Italiam ingres-

dandi libidine eos Vascones trucidarint, haud quaerimus. Erant Christiani Vascones, sed an non aliqui Maurorum deliriis irretiti, difficile est statuere. Ipsi Navarri & nominatim Pampelonenses leguntur, etiam postquam erant à Carolo debellati, ad Saracenos defeciſſe, sed rursus ann. 806. in fidem à Carolo recepti. Fallitur Sausſaius, cum Caesar-augustam scribit per Carolum à Saracenorum jugo liberatam: imo Saracenum ei Regem imposuit. BOLLANDUS.

Britannici limitis] Hanc lectionem Goldast. DCh. & Boll. ex MSS. suis produxerunt, quibuscum Cajog. Lugd. & Casſel. faciunt. Notum est, Provincias Francorum potestati subjectas, certos habuisse limites, quibus ad eorum defensionem praeerant Comites, Custodes, Praefecti s. Marchiones. Sic temporibus Ludovici Pii *Hispanici limitis* Praefectus erat Gerholtus, *Avarici*, Balderichus, *Sorabici*, Poppo, *Britannici* Wido &c. vid. Eginh. & Fuldens. Annal. ad an. 826. & 880. Hi limites lingua vernacula vocabantur *eine Marck*, ut videre licet ex Eginh. Annal. qui his vocibus *marca* & *limes* promiscue utitur. Hinc earum Custodes *Marchiones* dicti sunt, quasi *Marck graffen* i. e. *Marckrichter* (nam vocem *Graff* Majoribus nostris notasse judicem, apud omnes in confesso est) qui lites & controversias, in limitibus provinciarum suarum exortas, dirimebant, vid. Ludov. Pii vitam ab Anonymo conscriptam ad an. 785. & Capitul. Caroli Calvi datum anno 870. quod sic se habet: *Quia vero periculosum longius à Marcha abducere, Dominus Rex commendabit suo Marchioni, qualiter eos constringat & castiget.* Non ignoro quidem, & vulgatam *littoris Britannici* suos habere Patronos, legimus enim in Notit. Imp. Occident. c. 72. fuisse Comitem quendam *littoris Saxonici per Britanniam*, & apud Eginhard. ad an. 820. *custodis littoris Sequanae* mentio fit, qui praesidiis in littore positis praerat; sed quoniam tot Codd. in priorem consprirant lectionem, merito vulgatae praefertur. SCHMINCKE.

Domuit & Britones] Aliquoties Britones à Carolo domiti sunt: primum anno 786. De quo Adelmus: *cum ab Anglis & Saxonibus Britannia Insula fuisset invasa* (sic enim lego non *inversa*, ut vulgo post Nuenarium editur) *magna pars incolarum ejus mare trajiciens, in ultimis Galliae finibus Venetorum & Coriosolitarum Regiones occupavit. Is populus à Regibus Francorum subactus ac tributarius factus, impositum sibi vectigal, licet invitus, solvere solebat. Cumque eo tempore dicto audiens non esset, missus illuc regiae mensae praepositus Audulphus, perfidae gentis contumaciam mira celeritate compressit, Regique apud Wormatiam & obsides, quos acceperat, & complures ex populi primoribus, adduxit.* Consentiunt Sigebert. & Auct. Annal. Fuldens. *ad eundem ann.* Integro decennio errat *Marian. Scotus*, qui hanc expeditionem ad annum 776. retulit. Deinde per *Wittonem* seu Guidonem Comitem, ac Britannici, post Rutlandum, limitis praefectum, iterum victi & in deditionem recepti Britones, totaque adeo Britannia, quod nunquam antea fuit, Francis subjugata est, teste praeter alios Reginone lib. II. ad an. 799. BESSELIUS.

Italiam ingressus] Exeunte anno 786. nam

greſſus, ac per Romam iter agens, Capuam Campaniae urbem acceſſit, atque ibi poſitis caſtris, bellum Beneventanis, ni ſeſe dederent, comminatus eſt. Praevenit hoc Dux gentis Aragiſus, filios ſuos Rumoldum & Grimoaldum cum magna pecunia Regi obviam mittens rogat, ut filios obſides ſuſcipiat, ſe cum gente imperata facturum pollicetur: praeter hoc ſolum, ſi ipſe ad conſpectum venire non cogeretur. Rex utilitate gentis magis, quam animi ejus obſtinatione conſiderata, & obſides ſibi oblatos ſuſcepit, eique ut ad conſpectum venire non cogeretur, pro magno munere conceſſit, unoque ex filiis, qui minor natu erat, obſidatus gratia retento, majorem patri remiſit, lega-

nam Florentiae Natal. Domini celebravit. BOLLANDUS.

Dux gentis Aragiſus] *Heregiſum* Regino ac Sigebertus ad an. 787. *Argiſium* Gobelin. aetat. 6. c. 38. appellant: contra quem eam ob cauſam, ſi nonnullis credimus, profectus eſt Carolus, quod Aragiſus Regem ſe inungi feciſſet: qui tamen ſolo adventu Caroli territus, manus ſupplex & obſides dedit. Grimaldus, quem in pacis firmamentum cum duodecim obſidibus retinuerat Carolus, ab eodem poſt mortem Patris Dux Beneventanis datus eſt, juxta Adelmum ann. 788. & niſi me fallunt omnia, hic eſt Grimaldus ille, qui ſparſo venenato pulvere, magnam boum ſtragem concitavit, quod memorat & irridet Agobardus, Lugdun. Epiſcopus, in eo libro, quem *contra inſulſam vulgi opinionem de grandine & tonitruis* ſcripſit p. 356. BESSELIUS.

Rumoldum] Alii *Romuldum*, alii *Romaldum*. Ipſe Eginardus in Annalibus *Rumoaldum* vocat. Is Romam ad Carolum venit. BOLLANDUS.

Grimoaldum] Alii *Grimoldum*. Miſſus eſt cum jam Capuam veniſſet *Carolus*, ſeque, relicto Benevento, Salernum recepiſſet *Aragiſus*. Retentus eſt cum aliis XI. obſidibus à Carolo. Interea tamen perfidus parens, ut ex Adriani Epiſt. 82. conſtat, Conſtantinopolitanum Imperatorem auxilium contra Carolum rogavit, ei ſe ſubjecturus: quod Gregorius Presbyter Capuanus Adriano indicavit, hic Carolo. BOLLANDUS.

Si ipſe in conſpectum venire cogeretur] Ita repoſui ope *Codicis Florentini*, ac jubente *Conrado Abbate Urſpergenſi*, qui Eginhartum exſcripſit. Vulgo in editis à *Nuenario* ac *Reubero*, ſed cum diſpendio ſententiae, legebatur: *praeter hoc, ſi ipſe in conſpectum venire non cogeretur*. Similiter iisdem auctoribus veterem lectionem poſt paulo reduxi, cum editum eſſet: *pro obſide retento*, quod tamen & Alb. Kranzius, qui Eginharti verba partim ſuis immiſcet, retinuit lib. 11. Sax. c. 4. BESSELIUS. Male ni fallor, Beſſelius hic particulam negativam *non* delet, quam totius contextus ratio poſtulat, Aragiſus enim ſibi male conſcius Carolo mittit filios ſuos cum magna pecuniae vi, eosque Francis fidei ſuae obſides dat, imo per illos Regi pollicetur, ſe omnia imperata facturum fore, modo non ipſemet Regem adire cogatur, fata enim Deſiderii & Ruodgaudi aliorumque, ipſum deterrebant. Rex pro innata ſibi manſuetudine filios obſides ejus ſuſcipit, *& ei, ut ad conſpectum venire non cogeretur, pro magno munere conceſſit*. Quid clarius? quid certius? repetitur enim eadem ab auctore noſtro, ut vidimus, locutio, ubi particula *non* expreſſa eſt; omnes etiam editt. vulgatae, quotquot vidi, cum MSS. conſtanter legunt *non cogeretur*. Sed plura addere, cum res ſit manifeſta, nec licet, nec libet. SCHMINCKE.

legatisque ob ſacramenta fidelitatis à Beneventanis exigenda atque ſuſcipienda, cum Aragiſo dimiſſis, Romam redit, conſumtisque ibi Sanctorum in veneratione locorum aliquot diebus, in Galliam revertitur.

CAP. XI. Bajoaricum deinde bellum & repente ortum, & celeri fine completum eſt, quod ſuperbia ſimul ac ſocordia Taſſilonis Ducis excitavit. Qui hortatu uxoris, quae filia Deſiderii Regis erat, ac

Obſidatus gratia] Auctoritate & fide tot Codd. MSS. Cajog. Lugd. & Bodl. & quot conſuluerunt Goldaſt. DCh. Boll. & Beſſel. hanc lectionem in textum adſcivi, praecipue, cum medio in aevo admodum ſit frequens, hac enim & Aimoini Continuat. Annal. Fuld. & Alb. Stad. hanc enarrantes expeditionem ſecuti Eginhardum noſtrum, utuntur. Sic & loquitur Chron. Virdun. apud Labbeum: *Epiſcopi vero Othlonem non deſeruere, qui eorum ſecum detinebat* OBSIDATUM. Antiquiſſimus Francorum Hiſtoricus Gregor. Turon. lib. v. c. 27. *filium ſuum in* OBSIDATUM *dans.* SCHMINCKE.

Et repente ortum] Nonnulla MSS. habent *exortum* cujus vocis prima ſyllaba a fine praecedentis abſorpta videtur, ſic enim paſſim loquitur Eginhardus cap. VIII. *cum interim tot ac tanta in diverſis terrarum partibus bella contra Francos & exorta ſint* &c. SCHMINCKE.

Quod ſuperbia ſimul ac ſocordia Taſſilonis Ducis excitavit] Taſſilo Odilonis ſ. Utilonis ut alii, ex Hiltrude Caroli Martelli filia natus, Patri demortuo in Ducatu ſucceſſit, & in Pipini ac filiorum ejus verba juravit. Hic anno 763. cum Pipinus Aquitaniam ingrederetur cum exercitu, ſimulato morbo, Regem Francorum in hac expeditione, cui intereſſe officii ipſius ratio poſtulabat, deſerit, eoque animo in Bajoriam revertitur, ut à Francis, bello Aquitanico nunc implicitis, deficeret, eorumque jugum excuteret. Sed Pipinus perfidiam hujus Ducis ac defectionem diſſimulavit, quam durante hoc bello vindicare non poterat; atque ita inulta manſit, donec Carolus rebellem hunc in monaſterium detruſerit. Coepit quidem Taſſilonem facti ſui poenitere, ita ut per Papam à Pipino pacem & amicitiam peteret, ſed neſcio, cujus culpa haec inter utrumque conciliatio impedita fuerit vid. Epiſt. 20. Pauli Papae ad Pipinum Cod. Carol. In dies igitur haec diſcordia crevit, & ſub Carolo mirum in modum aucta fuit, praeprimis, cum Carolus Deſiderium Taſſilonis ſocerum regno privaſſet, uxorisque ejus ſororem repudiaſſet. Leutberga igitur ad ulciſcendam Patris & ſororis injuriam, quotidie maritum inſtigat, & inito cum Hunis foedere, ſe à Francorum jugo liberare conatur. Hoc audiens Carolus, Taſſilonem ſui jurisjurandi & officii per legatos admonet, quorum vel argumentis perſuaſus, vel ſe Francis imparem ſentiens, acceptis ſalutis ſuae obſidibus ſupplex ad Carolum venit, & denuo fidem ſuam jurejurando & obſidibus confirmat. Sed domum reverſus, apertam Hunorum fretus auxilio molitur defectionem, quapropter Carolus anno 787. triplicem contra rebellem hunc ducit exercitum; ab Italia per vallem Tridentinam venit Pipinus, Franci Orientales & Saxones petunt Danubium, Rex vero cum ſuis copiis Lechum amnem trajicit. Taſſilo ſe undique cinctum animadvertens, iterum ſupplex ad Regem venit, ac perfidiae ſuae veniam rogat, quam Carolus acceptis XII. obſidibus & ejus filio Theodone, ipſi etiam largitur, & ſic Carolus reverſus eſt in Franciam. Cum vero poſtea hic Bajoariorum Dux rurſus nova meditaretur, ex provincia ſua evocatur, ac in monaſterium cum tota familia detruditur. SCHMINCKE.

Hortatu uxoris, quae filia Deſiderii erat] Luitburgam Regino Prumienſis lib. II. Adelm.

ac Patris exilium per maritum ulciſci poſſe putabat, juncto foedere cum Hunis, qui Bajoariis ſunt ab Oriente contermini, non ſolum imperata non facere, ſed bello Regem provocare tentabat. Cujus contumaciam, quia nimia videbatur, animoſitas Regis ferre nequiverat, ac proinde copiis undique contractis Bajoariam petiturus, ipſe ad Lechum amnem cum maximo venit exercitu. Is fluvius Bajoarios ab Alamannis dividit, cujus in ripa caſtris collocatis, priusquam provinciam intraret, animum Ducis per legatos ſtatuit experiri. Sed ille pertinaciter agere, nec ſibi nec genti utile ratus, ſupplex ſe Regi permiſit, obſides qui imperabantur dedit, inter quos & filium ſuum Theodonem, data inſuper fide cum juramento, quod ab illius poteſtate

Adelm. Benedict. aliique ad an. 788. appellant. Impotentis animi pariter ac ſuperbi foeminam fuiſſe, vel iſthaec arguunt, quod odio inexplebili poſt Patris exilium in Francos concitata, maritum ad rebellionem ſtimulaverit, ſibique tandem ac Thaſſiloni, conſiliis male ſuccedentibus, exitium attraxerit. Eleganter Poeta, Carolinae vitae Scriptor, Annal. lib. II. v. 346.

Ejus ut hoc faceret Leutbergæ ſuaſerat Uxor,
Quae Deſiderii fuerat, quia filia Regis,
Poſt Patris exilium Francis inimica manebat,
Foemineique gerens odii ſub pectore flammas,
Mittere jam populos in ſumma pericula pravo
Conſilio ſtuduit, non curans ſanguine quanto
Humani generis fuſo, quot utrinque perirent
Millia, dum tantum Francis inferre labores
Bellorum ſatagens, nec non diſpendia rerum,
Ulciſci patrem tali ratione valeret.

Hinc *Deo odibilem* appellat Monachus Egoliſm. p. 254. Denique & ipſa detruſa eſt, poſt depoſitionem mariti, tanquam caput & cauſa malorum, in ſui ſexus monaſterium. BESSELIUS.

Cum Hunis, qui Bajoariis ſunt ab Oriente contermini] Bajoariorum terminos optime deſcribit Paul. Warnefrid. lib. 3. de geſt. Langob. c. 29. quando narrat Noricorum provinciam, quam Bajoariorum populus inhabitat, ab Oriente habere Pannoniam, ab Occidente Suaviam, à meridie Italiam, ab Aquilonis vero parte Danubii fluenta. SCHMINCKE.

Priusquam provinciam intraret animum D. p. l. ſ. experiri] Prudenter ut omnia, Carolus, *conſilio prius, quam armis rem experiundam* cenſuit, juxta πολυθρύλητον illud veteris Comici. Similiter cum Deſiderio egiſſe eundem, teſtis eſt *Huldericus Mutius* lib. VII. *Mittit*, inquit, *prius legatos, qui verbis agant cum Deſiderio, ut Eccleſiae reddat poſſeſſiones, quas occuparat; pollicetur amicitiam: vim praeterea magnam ſe dare velle pecuniae, ut res componatur, ne bello tam gravi agendum ſit.* BESSELIUS.

Supplex ſe Regi permiſit] In vulgatis plerumque *ſubjecit*, ſed DCh. Goldaſt. MSS. Cajogon. Bodl. & Variae Lectiones, quas margini adſcripſit Beſſelius, conſtantiſſime legunt *permiſit*, quam vocem etiam Kranzius in ſua Saxonia, Eginharti citans verba profert. Vide quae ad cap. 5. notavimus. SCHMINCKE.

Inter quos & filium ſuum Theodonem] Plures Taſſiloni fuiſſe filios, praeter Theodonem, vel ex eo *Diplomate* conſtat, quo

ſtate nemini defectionem ſuadenti aſſentire deberet. Sicque bello, quod quaſi maximum futurum videbatur, celerrimus finis eſt impoſitus. Taſſilo tamen poſtmodum ad Regem evocatus, neque redire permiſſus,

monaſterium *Krembs* in Auſtria fundavit & confirmavit, apparet. Memoratur enim *Guntherus*, Taſſilonis filius in venatione ab apro interemptus. Quam rem tamen Aventin. *Annal. Bojar.* lib. III. ſibi non videri verisimilem refert. Theodonem autem, quem alii *Diethonem* appellant, una cum Patre attonſum, & in monaſterium detruſum paulo poſt dicemus. Gravis error eſt Trithemii, in Chronic. Duc. Bajoar. Theodonem hunc Taſſilonis ex Luitburga filium, à D. Ruperto Wormatienſi Epiſcopo anno 612. baptizatum eſſe, quod παράφραμα ſesquiſeculum integrum & amplius concernit. BESSELIUS. Theotberti filii Taſſilonis mentionem faciunt Annal. Nazar. ad an. 788. SCHMINCKE.

Taſſilo tamen poſtmodum ad Regem evocatus, neque redire permiſſus] Taſſilo Caroli conſanguineus, ex illuſtriſſima & antiquiſſima Agilolfingorum gente natus, patrem habuit *Utilonem* Bajoariae Ducem, qui rapta Pipini Pii ſorore *Hiltrude*, ut clare Sigebertus ad annum 743. Filium Ducem poſt ſe reliquit, Pipini ac Caroli ſuffragio confirmatum. Qui cum deſpiceret juventutem Caroli, aliquoties moto contra eum bello profectus, in deditionem tamen receptus ac victus. Uxoris mox impotentia ad repetenda arma compulſus, demum propter perfidiam ad Carolum in villam Ingelheim ad judicium vocatus eſt. Ibi crimine laeſae Majeſtatis à Bajoariis accuſatum, capitali ſententia damnarunt Proceres, interceſſione Regis tamen cum filio tonſus, & monaſticae converſationi mancipatus eſt, teſte Adelmo ad an. 788. *Monach. ambo facti ſunt*, inquit Egoliſm. p. 253. *in Olto Monaſterio, ubi S. Boniſacius requieſcit.* Viſitur adhuc ejus ſepulcrum in monaſterio Laurishamenſi, cum hac Inſcriptione:

Conditur hac fovea, quem Pie Chriſte bea,
Taſſilo Dux primum, poſt Rex, Monachus ſed ad imum:
Idibus in ternis deceſſerat ille Decembris.

BESSELIUS.

In Egoliſmenſi l. c. lege cum aliis loco vulgatae *Boniſacius*, *Nazarius*, qui ibi requieſcit non Boniſacius, uti videre licet ex Annalib. S. Nazarii ad ann. 788. *Rex precibus* (ne tonderetur in Palatio) *ejus adquieſcens, ad S. Gannarium, qui juxta Rheno flumine in corpore requieſcere cognoſcitur, eum transmiſit, & ibidem Clericus effectus eſt, & cum eo duo ejus filii Theoto & Theotbertus.* Ubi *Nazarium* legendum eſſe, quis dubitat? Hinc igitur emendandum fragm. Annal. Petavii apud DCh. ad an. 788. *ibidem* ſcil. Ingelheim, *Taſſilo venit, & uxor ſua, cum filiis duabus, & ipſe Daſilo ad S. Goare pridie Non. Jul. tonſuratus eſt.* Lege *Nazarium* tot Vett. Annalium fide & auctoritate. Situm vero eſt Olto monaſterium in Inſula ad Rhenum ſuper fluvium *Wisgoz*, quae vulgo *Altenmunſter* vocatur, in qua exſtructum eſt monaſterium Lauresham. Hic Taſſilonem comam ſuam depoſuiſſe, certum eſt, Theodo vero ad *S. Maximinum* monaſticam amplexus eſt vitam, & duae filiae ejus *Calenſi* & *Laudunenſi* Monaſteriis mancipatae ſunt, ut teſtatur fragm. Annal. Petavii ſupra laudatum. Ex Laurishamenſi coenobio poſtea Taſſilo in *Gemedium* ſ. Gemeticum ſ. Gimiticum ut alii legunt translatus eſt, in diocaeſi Rothomagenſi ſitum vid. Annal. Petavii, aliosque. Quae cum certiſſima ſint, aut Epitaphium Taſſilonis, quod Laurishamenſes proferunt, ſuppoſiticium, aut Dux noſter iterum ex Gemedio ſeu vivus, ſeu mortuus, in Laurishamenſe translatus eſt; de qua tamen iterata Coenobiorum mutatione nil certi nobis conſtat. Plura de Taſſilone legi poſſunt apud Doct. Mabilionem Saec. IV. Ord. Benedict.

permissus, neque provincia, quam tenebat, ulterius Duci, sed Comitibus ad regendum commissa est.

CAP.

nedict. in Elogio Historico. In monasterium trudi, erat poena in lege Bajoariorum sancita, quam Duces rebelles subire cogebantur, quae lex sic se habet tit. 2. §. 9. *Si quis autem Dux de Provincia illa, quem Rex ordinaverit, tam audax aut contumax, aut levitate stimulatus, seu protervus & elatus, vel superbus atque rebellis fuerit, qui Decretum Regis contempserit, donatu dignitatis ipsius Ducati careat, etiam & insuper spem supernae contemplationis sciat se esse condemnatum, & vim salutis amittat.* Hic superna contemplatio nihil aliud est, quam vita monastica, ut supra ad cap. 2. latius demonstravimus. *Vixit, autem Tassilo* in monasterio *tam religiose, quam libens intravit*, ut ait Eginhardus in Annal. Nomen ejus teste Bollando in pluribus Martyrologiis XIII. Decembr. celebratur. SCHMINCKE.

Neque Provinciae, *quam tenebat, ulterius praeesse* ——— *commissa est*] Intricata lectio, quam ope *Cod. Flor.* conjectura indubia sic constituo: *Tassilo tamen postmodum ad Regem evocatus, neque redire permissus: neque Provincia, quam tenebat, ulterius Duci, sed Comitibus ad regendum commissa est.* BESSELIUS. Florentino Codici adstipulantur DCh. Bolland. & omnia MSS. mea, excepto Cassellano, quae lectio longe planiorem efficit sensum, opponuntur enim sibi *Duces* & *Comites*, nam Duces majoribus, Comites minoribus praeerant Provinciis. Ducatus igitur Bajoariae prudentissimo Caroli consilio in varios divisus est ejecto Tassilone Comitatus, ne Ducum potentia sibi damno foret. SCHMINCKE.

Sed Comitibus ad regendum commissa est] Provinciis Francorum in certas divisis dioecaeses, Regis nomine praefectus erat Iudex, quem tunc temporis *Comitem* appellabant, uti patet ex leg. 53. Ripuar. tom. 1. Capitul. Edit. Baluz. *Si quis Judicem fiscalem, quem Comitem vocant, interfecerit &c.* vernacula lingua *ein Graff* vel *Grave*, unde postea nomen barbarum *Gravio*, quod saepissime in scriptis hujus aevi reperitur. Hujus nominis vestigia, quamvis depravati, in patria deprehendi in vocibus *Saltzgraff, Centgraff, Gougraff &c.* quae corrupte hodie a nostris proferuntur *Saltzgrebe, Centgrebe, Gougrebe*, imo simplex *Grebe* vel *Greve*, ut nonnulli pronuntiant, qui Sereniss. Lantgrafii Nostri nomine pagis praeest, nihil aliud est, quam Majorum nostrorum *Graff* vel *Grave*. Talis Comes ordinarius suae provinciae, quam in sortem acceperat, Magistratus erat, cui, ut recte administraretur justitia, adjuncti erant *Vicarii*, *Scabini* legis periti, *Centenarii*, & *Decani*, qui pago, vel Centenis, vel Decem familiis (unde forte nomen sortiti) praeerant. Sic legimus Carolum Saxoniae praefeciss Comitem Trutmannum in Capitul. Reg. Franc. Tempore Ottonum etiam in Hassia quorundam Comitum fit mentio, sic in Vita B. Meinwerci Episc. Paderborn. & B. Heimradi Monachi *Hasungensis*, Liudolfi Comitis *de Immedishusen*, hodie ni fallor *Immenhausen*, Dodiconis Comitis *de Warthberg*, cui dioecaesis Coussungensis subjecta erat. Unde hic Comes denominatus sit, vix habeo quod affirmem, non ignoro quidem Illustriss. Monumentor. Paderbornens. Auctorem scripsisse, eum ab hodierno oppidulo *Warburg* nomen accepisse, sed Vitam B. Meinwerci & Heimradi perlegens, incidi in suspicionem, an non denominari potuerit a monte *Wartberg* sito in Hassia ad Westuffalenam, cujus vertici rudera antiqui castelli vel turris impositi cernuntur. Verum conjecturae hujus rationes hic proferre, nimis longe me a scopo abduceret, ideoque in commodiorem differam occasionem. Horum Comitum nonnulli postea laborante Imperio externis & internis motibus, hanc dignitatem in familiam suam haere-

CAP. XII. His motibus ita compositis, Sclavis, qui nostra consuetudine Wilsi, proprie vero, hoc est sua locutione, Welatabi dicuntur, illatum est bellum, in quo & Saxones velut auxiliares inter caeteras nationes, quae Regis signa jussae sequebantur, quanquam ficta & minus devota obedientia, militabant. Causa belli erat, quod Abodritos, qui cum

haereditario jure derivare, sibique vindicare coeperunt. SCHMINCKE.

Sclavis, qui nostra consuetudine Wilsi] Gentem Sclavorum jam tempore belli Trojani, in Paphlagonia, Asiae minoris regione, floruisse arbitratur *Alexander Guagninus Veronensis*, miles pariter ac scriptor Sarmatiae praeclarus, *Descript. Sarmat. Europ. fol. 3. Edit. Spir.* Procopius etiam Caesariensis, *de Bello Gothico* Justiniani Imperatoris temporibus scribens, mentionem Sclavinorum facit. Neque adeo barbarum hunc populum fuisse, argumento sunt celeberrima *Emporia*, quae hinc inde in Veterum Annalibus commemorantur. Unde autem *Welatabi*, ac lingua Francorum *Wilsi*, seu, ut est in MS. Florentino, *Vulsi*, dicantur, equidem ignoro, nisi feritatem harum gentium eo nomine denotari credas. Atque hoc innuere videtur Poeta Saxonicus lib. 11. v. 433. ubi *Wiltos* appellat:

Gens est Sclavorum Wilti cognomine dicta,
Proxima littoribus quae possidet arva supremis,
Jungit ubi Oceano proprios Germania fines.

Sic enim lego ex Cod. MS. etsi Reineccius ediderit *Wilci*, idque nomen in notis fol. 31. derivet à *Wilck*, quod lupam etiam Lituanis significat, forsitan à rapacitate Lupina. Ego vero Wilsos *Francico*, non Sclavonico vocabulo appellatos, cum *Eginhardo* malim. BESSELIUS. Helmoldus lib. 1. c. 2. scribit: *Odoram fluvium dividere Wilsos à Pomeranis, & contra Wilsos positam Insulam Rugianorum*, Wilsi ergo Pomeraniam Cis-Oderanam, & veterem Brandenburgiam incoluere. Plures erant ejus gentis numerosissimae Reguli, *quibus nobilitate generis, & auctoritate senectutis praeeminebat Wilzan*, qui in civitate *Dragawiti* morabatur, primusque se Carolo subdidit anno 789. Eginard. in Annal. Alii Sclavorum Reguli venerunt ad Carolum *Dragitus* & *Drago*. BOLLANDUS. Haec Sclavorum gens Adamo Brem. & Helmoldo in Chron. Sclav. venit sub nomine *Leuticiorum* vel *Luticorum*, quod nomen quatuor populis commune est, *Chizinis*, *Circipanis*, *Tholosantibus & Retharis*, quorum duo priores cis Panim fluvium usque ad Oceanum se extendebant, ubi hodie est provincia Gutskoviensis & Bardensis, posteriores, ultra Panim in dioecaesi Stetinensi. Vide Adam. Brem. lib. 11. c. 10. & Helmold. Chron. Sclav. lib. 1. c. 2. SCHMINCKE.

Hoc est sua locutione Welatabi] Sic DCh. Goldast. & omnia MSS. mea exceptoCassell. legunt, in vulgatis vero *sua lingua* reperitur. Vid. Gold. ad h. l. forte perinde erit, quam amplectaris lectionem. Unde hi Sclavi Welatabi vel Velatabi dicti sint non constat. Conjeci aliquando, cum perlegerem Fragm. de Martyribus in Ebbekestorp apud Illustriss. Leibnitium, dictos esse ab Idolo aliquo *Vitelubbe*, quod Sclavi maxime colebant, uti forte *Redarii* Sclavi & eorum Urbs *Rethre*, ab Idolo *Redegast*. Verum quoniam certa desunt argumenta, malo abstinere, quam temere quicquam definire. SCHMINCKE.

Causa belli erat, quod Abotritos] Obotriti, f. Abotriti, vel Abodriti, Meklenburgicam ditionem & Wagriam tenebant. Carolus iis anno 804. Saxonum pagos Trans-Albianos dedit, Saxonibus in Franciam translatis. BOLLANDUS. *Reregi* etiam vocantur ab Adamo Brem. lib. 11. c. 10. quorum metropolis erat *Magnopolis* h. *Meklenburg*.

Cum

cum Francis olim foederati fuerant, assidua incursione lacessebant, nec jussionibus coërceri poterant. Sinus quidam ab occidentali Oceano Orientem versus porrigitur, longitudinis quidem incompertae, latitudinis vero, quae nusquam centum millia passuum excedat, cum in multis locis contractior inveniatur. Hunc multae circumsedent nationes, Dani siquidem & Sueones, quos Nordmannos vocamus, & septentrionale littus, & omnes in eo Insulas tenent. At littus Australe Sclavi,

Cum Francis à longo tempore amicitiam coluisse videntur, & forte hi fuerunt, qui anno 748. teste Auctore Annal. Metens. Pipino contra Saxones auxilium offerebant. Hinc forte odium aliorum Sclavorum sibi contraxerunt, praeprimis fortissimae Sclavorum gentis Wilzorum, *qui propter antiquas inimicitias, quas cum Abodritis habere solebant*, teste Eginhardo ad an. 808. cum Danis junctim eorum terram depraedabantur; sed Abodriti Francorum auxilio, & ope Wilzos oppresserunt. SCHMINCKE.

Sinus quidam ab Occidentali Oceano Orientem versus porrigitur] Hic est celeberrimus sinus ille *Codanus*, à Plinio lib. IV. c. 13. & Pomponio Mela lib. III. c. 3. celebratus. *Suevicum mare* appellare solet Tacitus, nos *Orientale* hodie vocamus, itemque *Balticum*, cujus nominis rationem exponit Cranzius Wandaliae lib. II. c. 17. BESSELIUS. In plerisque Editt. omittitur *ad occidentali*, quam vocem optimo jure post DCh. Boll. Eginhardo Besselius restituit, agnoscunt enim eam non solum MSS. mea, sed & Adam. Brem. Auctoris nostri verba proferens lib. II. c. 9. de situ Daniae, ubi in haec Eginhardi verba commentatur. SCHMINCKE.

Latitudinis vero, quae nusquam centum millia passuum] Mirum id scribi à diligentissimo alioquin Scriptore. Et comperta antiquioribus etiam longitudo & latitudo alicubi CC. millium passuum. BOLLANDUS. Forte Auctor noster loco Melae lib. III. c. 3. deceptus, in errorem hanc prolapsus est, qui de hoc Sinu verba faciens sic ait: *Super Albim Codanus ingens Sinus magnis parvisque Insulis refertus est; acre mare, quod gremio littorum accipitur, nusquam* LATE PATET, *nec usquam* MARI SIMILE. Vide Cluverium lib. II. Germ. Ant. cap. 37. qui etiam Eginhardum hujus erroris arguit. Adamus vero Bremens. in Commentario suo ad haec verba, qui uti supra monui, in libro de Situ Daniae habetur, Auctorem nostrum sua explicatione ab hoc errore liberare conatur. SCHMINCKE.

Dani siquidem & Sueones, quos Nordmannos vocamus] *Falsum est*, inquit Philip. Cluverius German. Antiquae lib. III. c. 41. *Sueones appellatos fuisse Nortmannos. Mendum his verbis inest, quod ego unica particula* ET, *ab inconveniente loco in germanam sedem transposita, sic purgo: Dani siquidem & Sueones, & quos Nordmannos vocamus, septemtrionale littus, & omnes in eo insulas tenent.* Haec ille ingeniose quidem, sed conjectura non necessaria. Enim vero non Danis tantum hoc nomen ab Historicis antiquis tribui solet, sed caeteris etiam, qui trans Daniam sunt, populis omnibus, quae fere verba sunt Alberti Stadens. Chronic. ad an. 810. Sane Adelmus Transalbianis Saxonibus idem nomen attribuit ann. 798. Similiter Poeta Saxo lib. II. v. 29. ut ad eum locum docte observat Reineccius fol. 21. De *Suedis* autem (qui *Sueones* Nostro dicuntur) aperte Helmold. lib. I. Chron. Selavor. cap. 1. id quod Hugo Grotius *proleg. ad Procopium*, & nuperrime Joh. Schefferus Upsal. cap. 3. p. 20. egregie demonstrarunt. BESSELIUS. Vide Adam. Brem. de Situ Daniae.

At littus Australe] Sic Boll. Bessel. MSS. Bodl. & Cassell. Helmold. aliique, DuCh. vero

Sclavi, & Aisti, & alia diversae incolunt nationes; inter quas vel praecipui sunt, quibus tunc à Rege bellum inferebatur, Welatabi, quos ille una tantum, & quam per se gesserat expeditione, ita contudit ac domuit, ut ulterius imperata facere minime renuendum judicarent.

CAP.

vero & Adam. Brem. legunt *ad*, literis ejusdem organi inter se permutatis, quod passim fieri omnes norunt. Utraque lectio hic admitti potest, quamvis in priorem magis inclinem, quae magis cum scopo Auctoris nostri convenit, opponit enim sibi Eginhardus Septentrionale & Australe littus, illud Dani & Sueones, at hoc Aisti incolunt. SCHMINCKE.

Sclavi] Generale id nomen fuit, & non unicae gentis, erant enim *Sclavi Behemani*, *Slavi Lini*, *Sclavi Sorabi*, *Sclavi Wilsi*, *Sclavi Suburbi* &c. BOLLANDUS.

Aisti] *Aestios* appellat Tacitus Descript. Germ. cap. 45. *Haestos* Jordanus sive Jornandes, Episcopus Ravennas, de Reb. Gethicis p. 103. edit. Lindenbrog. Gens fuit antiquissima, originis Germanicae, inter Venedos & Sclavos media, ubi nunc Prussi & Livones habitant. Nam quod aliqui antiquos Borussiae incolas Sclavicae originis faciunt, imperitiae condonandum est, cum constet lingua Celtica ac moribus Suevicis usos esse Aestios; id quod Philip. Cluverius lib. III. German. Antiq. cap. 44. latissime probat. Et sane videor mihi idem investigare ex iis Taciti verbis: *Frumenta caeterosque fructus patientius, quam pro solita Germanorum inertia laborasse.* Intolerabilis est audacia Goropii Becani, qui *Aestios* Taciti, in *Austros* commutat, cum tamen hoc nomen eodem fere modo apud antiquos scribatur. *Aisti* enim apud *Eginhartum* non tribus, sed duabus tantum syllabis exprimi debent per Diphtongum *ai*, ut visum quoque Cluverio l. c. p. 193. Tractu temporis varie gentis mutatum est nomen, *Guttones* enim, quos *Pytheas Massilienses*, homo Graecus, in littore Suevici maris ponit, apud Plinium lib. XXXVII. c. 2. non alii sunt, quam *Aestii*, quorum fortassis nomen in vico *Gutland* vel *Gootland*, in citeriori Vistulae ripa superat. Sedem horum intra *Pomerelliam* fuisse, opinatur Joh. Micraelius lib. 1. Pomeran. §. 19. *Prussici* nominis prima mentio, quantum ego memini, apud Auctorem *Vitae S. Adalberti*, quem sub Ottone III. vixisse constat, occurrit. Semel tantum haec vita edita est à Canisio tom. 5. Antiq. Lect. extatque in membrana eleganter perscripta, inter caetera monumenta rariora *Bibliothecae Juliae*. In eo libro non Pruzzorum tantum ac Pruziae, sed clara etiam Urbis *Gedanensis* habetur mentio, quam auctor *Gyddanyzc*, vel *Danyzc* appellat: sic enim *scriptui liber* satis manifesto literarum ductu, idque sibi etiam videri sua manu adscripsit *Reinerus Reineccius*. Post istum autem Adam. Brem. Presbyter Helmold. aliique Prussorum vocabulum adhibent. BESSELIUS. Aliis *Aestii*, *Haesti*, *Estones* dicti, nomen etiamnum retinet pars gentis aliqua. Latius olim coluere, quae ultra Vistulam Prussia, nunc & Livonia contineri videntur. BOLLANDUS.

Una tantum, & quam per se gesserat expeditione] Suscepta enim & alia expeditio est in Wilzos, jussu Caroli M. à *Carolo* filii ejus primogenito, cum gentes istae *Godefrido* Danorum Regi se adjunxissent: qua de Adelmus ac Regino Prumiens. Uterque ad ann. 808. In eo autem bello, quod Carolus ipse anno 789. gesserat, res adeo feliciter processit, ut *Wilzan* inter caeteros Wilzorum Regulos & nobilitate generis, & auctoritate senectutis praecipuus, Caroli se ditioni statim subjiceret, teste Adelmo ad eum annum. BESSELIUS. Carolus

CAP. XIII. Maximum omnium, quae vel ab illo gesta sunt bellorum, praeter Saxonicum, huic bello successit, illud videlicet, quod contra Avares sive Hunos susceptum est, quod ille & animosius quam

rolus maximo exercitu tendit in Sclavaniam, & illam regionem usque ad Panim fluvium, teste Annalista Petaviano, peragravit. Monachus Egolism. in Vita Caroli nostri ait, Regem pervenisse ad locum *Wilze*, qui forte unus ex Regiis hujus gentis fuit. SCHMINCKE.

Contra Avares sive Hunos] Huni duplices memorantur, *Asiatici* alii, qui supra Caspios & Albanos ponuntur à *Dionysio*: alii *Europaei*, quorum Procopius lib. v. meminit. Atque hi fortassis Coloni illorum fuere, quod probabiliter conjicit Spigelius *ad lib.* v. *Austriad. Bartholin. p.* 567. Sunt qui ab Hunis istis Avaribus Hungaros originem traxisse existiment, ut ab Hunis primum *Hunnari*, deinceps *Hungari* appellati fuerint. Sane pro Hunis Hungaros intellexisse videtur Siffrid. Presbyter Epit. lib. 1. anno 801. quem confertim alii secuti. A loco denominationem cepisse, facilè crediderim: à gente autem descendisse, asserere non aeque est proclive. Etenim *Carolus Crassus* imperabat, quando Hungarorum primum audita sunt arma. Sub eo enim gentem Hungarorum de Scythia egressam, in Pannoniam venisse, ejectisque deinde Avaribus seu Hunis, Patriam illam obtinuisse, scribit Gobelin. Persona *Cosmodrom. aetat. 6. c.* 43. Quamvis alii Arnolphi Caesaris temporibus Pannoniam Daciamque eos occupasse referant, ut videre est apud Reginon. ad ann 889. & Otton. Frising. lib. VI. Chron. cap. 10. Quid quod & Hungarorum Annales praeferant, novam tum Scytharum manum Duce *Cusala*, in Daciam & vicinas regiones, per varia bella incolis exhaustas, commigrasse. Quamobrem plane diversos ab Hunis Avaribus Hungaros esse oportet, id quod jam tum demonstratum praeter *Irenicum Spigeliumque*. Hermanno Conringio lib. 3. *de finib. Imp. Germ.* cap. 17. p. 270. Ne quid nunc adjiciam, quod aliàs à vero abludere prorsus non videtur, Gentem illam, quae hodie in Pannonia residua est, ac lingua nostrate Germanica utitur, ex Avarum aut Dacorum reliquiis superstitem mansisse: cum alioquin tot fabulae de translatione Saxonum à Carolo M. facta in Transylvaniam, ubivis occurrant, quas tamen suo etiam suffragio probarunt Anton. Bonfinius Rer. Hung. Decad. 1. lib. 9. Itemque Johan. Boëmus lib. III. *de Morib. Gentium* cap. 5. De Hunorum autem origine, Sigebertus veterum fabulas secutus, existimat, eos ex *Alrunnis*, & *Faunis Ficariis* ortos, *Cosmograph. suae Introduct. pag* 481. *Edit. Pistor.* Quae ipsa non aliter explicanda sunt, quam apud Veteres, qui Terrae & Coeli nominabant filios, quorum genus investigare non poterant, teste Servio *ad lib.* 1. *Georg.* v. 9. Caeterum bellum contra Avares à Carolo coeptum est ann. 791. teste Adelmo, & Regin. lib. 11. tanto apparatu, ut bipartito Pannoniam impeteret, ex Aquilonari & Australi parte: tanta felicitate, ut devastata longè lateque Pannonia, incolumis cum exercitu rediret. In sequentibus annis (nam per *novennium* vel *octennium*, ut Auctori visum, hoc bellum gestum est) Pipinus filius Caroli, & Geroldus Dux Bajoariae, quod reliquum erat ex nobilitate Hunnorum, attriverunt. BESSELIUS. A quibusdam hi populi per aspirationem CHUNI vocantur quod nomen Illustriss. Leibnitius à voce Sclavica *Chun* derivat, quae equum notat, ut ita *Chunus* idem quasi *Eques* sit. Hujus derivationis ratio ex Marcellino magis adhuc confirmatur, qui lib. XXXI, c. 2. Hunos equis prope affixos testatur, ita ut ad pedestrem pugnam inepti prorsus fuerint, unde etiam a Suida vocantur Ἀποδες & Ἀφοσφαλεῖς. Vid. plura in Commentariis ad hunc Ammiani locum. Contra hos

quam caetera, & longe majori apparatu administravit. Unam tamen per se in Pannoniam (nam hanc provinciam ea gens tum incolebat) expeditionem fecit; caeteras filio suo Pipino ac praefectis provinciarum, Comitibus etiam atque legatis, perficiendas commisit. Quod cum ab his strenuissime fuisset administratum, octavo tandem anno completum est. Quot praelia in eo gesta? Quantum sanguinis effusum sit? te-

barbaros Carolus diuturnum gessit bellum, cujus origo breviter hic describenda erit. Vidimus ad Cap. XI. Tassilonem cum Hunis foedus iniisse mutuo invadendi Francos, quod Prudentissimus ille Regum, antequam efficerent & executioni darent, dissolvit; quam primum enim Tassilonis perceperat perfidiam, cum ex Ducatu suo evocavit ac monasterio cum suis inclusit. Huni accepto hoc nuntio, duobus Exercitibus anno 788. invadunt Francorum fines, uno Marchiam Forojulienſem, altero Bajoariam, sed uterque victus, caesus, & in fugam conjectus est. Elapso autem brevi temporis spatio, manu armata rediere, eo animo, ut acceptam vindicarent injuriam, sed eandem, quam nuper passi sunt cladem; quibus praeliis fracti, & ultionem Caroli timentes, Francorum provincias vexare destiterunt. His gestis mittunt legatos ad Carolum de certis inter se & Francos describendis limitibus, de quibus cum inter se non convenirent, simultates mutuae inde exortae sunt, & tandem apertum bellum, quod magno apparatu anno 791. Carolus inchoavit, tres enim contra Hunos duxit exercitus, uni praeerat Theodericus Comes cum Meginfredo Cubiculario, qui per Aquilonarem Danubii ripam Hunos aggrediebatur, alteri ipse Carolus, quem per Australem ejus fluvii ripam in Pannoniam ducebat, Bajoariis impedimenta per Danubium devehentibus, tertio Pipinus, qui ex Italia Hunorum invadebat fines. Huni se undique cinctos esse quamprimum animadverterent, in sylvis & inviis montium jugis vitae suae salutem quaesunt, ita ut Carolus neminem sibi resistentem offenderit, qui ideo teste Chron. Moi-

siac. *per 52. dies circuivit terram illorum, intendendo & vastando eam usque ad fluvium Raba.* Hoc facto rediit in Bajoariam, & reliquias hujus belli Pipino ac Comitibus conficiendas dedit. SCHMINCKE.

In Pannoniam, nam h. p. e. g. t. incolebat] Eginard. in Annal. *Prima castra super Anesum posita sunt: nam is fluvius inter Bajoariorum atque Hunorum terminos medius currens, certus duorum Regnorum limes habebatur.* Ergo potissimum Austriae modernae partem Hunni tenuere. BOLLANDUS.

Octavo tandem anno completum est] Inchoatum hoc bellum anno 791. (non enim duplex illa Hunorum in Bajoariam & Forojulium invasio, huic bello annumerari debet) & finitum anno 799. quo ultimum cum iis praelium Geroldus commisit. Vid. Eginhardi, aliorumque Annales. SCHMINCKE.

Quot praelia in eo gesta] Trium praeprimis praeliorum alicujus nominis mentionem in hujus aevi Annalibus fieri, observavi. Primum accidit anno 791. cum primum Carolus intraret Panoniam, sic enim narrat Auctor Annal. R. Franc. tom. 2. Biblioth. MSS. Labbei ad an. 791. *Karolus moto magno exercitu perrexit in Hunia, ibique habuit conflictum magnum cum Hunis.* Idem Monach. Egolism. in Vita Caroli. *Uterque exercitus pervenit ad fluvium Raba, prostraverunt que innumerabilem multitudinem.* Hujus praelii etiam mentionem facit ipse Carolus in literis ad Fastradam Conjugem anno 791. scriptis, & nos docet Pipini copias hanc victoriam ab Hunis reportasse quando ait: Et insuper retulit nobis (Pipinus) qualiter illae scarrae, quas pri-

us

testatur vacua omni habitatore Pannonia, & locus in quo Regia Cagani

us de Italia jussimus pergere partibus Avariae in illorum confinia residendum, perrexerunt infra fines ipsorum X. Kal. Septembr. & inierunt pugnam cum iis. Et dedit eis Deus omnipotens pro sua misericordia victoriam, & multitudinem de ipsis Avaris interfecerunt, in tantum, ut dicunt, quod in multis diebus major strages de ipsis Avaris facta non fuit, & exspoliaverunt ipsum vallum, & sederunt ibidem ipsa nocte, vel in crastina, usque hora diei tertia. Et acceptis spoliis reversi sunt in pace, & centum quinquaginta de ipsis Avaris vivos comprehenderunt. Secundum cum iis commisit fortissimus Caroli filius Pipinus, anno 796. teste Anonymo Egolis. *Qui Pipinus* (ait) *commisso bello* i. e. praelio, *cum Avaris victor exstitit, & diu sedit in Ringo villa.* Tertium gestum legitur anno 799. sub auspiciis Geroldi Bajoariae Praefecti, in quo ille Dux etiam vitam suam amisit. Praeter caesos vero in hoc bello innumera captivorum utriusque sexus & aetatis à Francis in Germaniam Galliamque ducta est multitudo, quam dein Carolus precibus Alcuini iterum dimisit. vid. Alcuini Epist. 90. & 91. SCHMINCKE.

Locus in quo Regia Cagani erat] Cagani nomen Hunorum Regibus commune fuisse, egregie monent Gregor. Turonensis lib. IV. c. 29. Aimoin. lib. IV. c. 93. ac Sigebert. ad an. 520. Et profecto antiquissima consuetudine id factum arbitror, qua *Flavii* Longobardorum Reges dicti sunt, teste eodem Sigeberto ad an. 586. Indorum *Taxilae*, teste Curtio VIII. 12. 23. Parthorum *Arsacidae* Justin. 41. 5. 6. Ægyptiorum *Ptolomaei*; quae & alia docte observavit Joh. Freinshemius *Indice in Justin.* cui facem praeluxit Servius ad XII. Aeneid. v. 529. Itaque nescio, an non apud Reginon lib. II. ad ann. 796. legendum sit *Kagam* pro *Karam* in his: *Venit legatio Pipini Regis ad Patrem in Saxoniam, quae dixit Avaros, post interfectionem priorum Ducum, super se constituisse Regem nomine Karam & Pipinus contra eum certare disponeret.* Legendum, inquam *Kacam* vel *Kagam.* Certe hic Princeps est inter eos, quos nominat Auctor Annal. Fuld. ad an. 796. Cagam & Jugurro qui duo intestina clade à suis occisi sunt. Aventin. lib. IV. p. 198. *Iringus & Jugurro, Cacani, hoc est Hunorum Reguli, interempti sunt.* Regia autem illa *Ringus* ab Incolis, à Langobardis *Campus* dicta, direpta est ab Erico Duce Forojuliaeensi, thesaurusque priscorum Regum, multa seculorum prolixitate collectus, direptus & ad Carolum missus est. Una igitur cum Regibus ac Regia cecidit omnis gloria ac nobilitas Hunorum, teste Sigeberto ad an. 804. Annal. Nuenar. ac Pithoei ad ann. 796. BESSELIUS. Varie nomen hujus Regiae scribitur Eginhardo, *Ringus*, Auctori Rer. gest. Pipini in Pannonia, *Rinch*, Chron. Moisiac. *Kinno.* Annal. Lambec. *Hringe* &c. Lambeccius hanc vocem mere germanicam esse ait, & explicat per locum rotundum in medio castrorum vel consessus situm, quem Rex cum optimatibus suis tenet. Eginhardus in Annal. explicat per *Campum*, quo forte innuit hanc Regiam sitam fuisse in agro spatioso in medio novem circulorum, quos Monach. S. Gallensis in Vita Karoli memorat. Talis & in patria apud Ziegenhainam Campus conspicitur, quem incolae hodie vocant *den Ring* vel *Rinch.* Haec Regia bis exspoliata fuit, primum ab Henrico anno 796. qui tempore Veris hanc expeditionem suscepisse videtur, & secundo à Pipino, qui reliquias thesaurorum Patri suo misit. Insignem errorem commisit in hac voce librarius, qui Edit. Bibliothecae Patrum novissimae praefuit, legitur enim in Adon. Viennensi *Misso Wonomiro Clavobringum Gentis Avarorum* &c. cum omnium Annalium, imo Vett. Adonis Editt. auctoritate & consensu, legi debeat: *Wonomiro Sclavo, Hringum* &c. Vid. Du Cange Glossar. V. *Hringus.* SCHMINCKE.

gani erat, ita deſertus, ut ne veſtigium quidem in eo humanae habitationis appareat. Tota in hoc bello Hunorum nobilitas periit, tota gloria decidit, omnis pecunia, & congeſti ex longo tempore theſauri, direpti ſunt. Neque ullum bellum contra Francos exortum humana poteſt memoria recordari, quo illi magis ditati & opibus aucti ſint; quippe cum uſque in id temporis pene pauperes viderentur, tantum auri & argenti in Regia repertum, tot ſpolia pretioſa in praeliis ſublata, ut merito credi poſſet, hoc Francos Hunis juſte eripuiſſe, quod Huni prius aliis gentibus injuſte eripuerant. Duo tantum ex Proceribus Francorum eo bello perierunt, Ericus Dux Forojulii, in Liburnia

Cagani] Varia hujus nominis apud Veteres eſt ſcriptura, quidam *Kaganus* alii *Chaganus*, *Cacanus* vel *Capcanus* ſcribunt. Vox haec origine eſt Arabica, quae in genere notat *Regem*, cujus nominis contractio *Khan* adhuc in Oriente inter Tartaros in uſu eſt. vid. Herbelotii Biblioth. Orientalem. Giggaeus in Lexico ſuo Arabico obſervat vocem خقان *Chacân* ſignificare *quemlibet Regem*, ita ut Chacanus (ſic vi originis ſuae legendum) nomen commune omnibus Regibus Hunorum fuerit. Haud male igitur conjecit Barthius lib. XXII. c. 6. Adverſ. delendam particulam ET in Annalibus hujus Aevi inter Caganum & Jugurrum ſive Vigurrum, & ſcribendum *Caganus Jugurrus*, ut Caganus ſit nomen commune & dignitatis, Jugurrus vero proprium, prout hodie dicimus Rex Carolus, Rex Fredericus. Et huic conjecture firmandae non parum inſervit, quod legatur apud Eginhardum noſtrum in Annalibus ad an. 805. *Cacanus Theodorus*, ſine ulla particulae ET interpoſitione. Forte generale illud nomen Regum abſorpſit proprium apud Herm. Contract. Caniſ. Reginon. aliosque, in quibus duo haec vocabula nobis exhibentur, quaſi ſint nomina propria. *Caganus & Juguro inteſtina clade interemti ſunt.* Vide an non fortaſſe legendum ſit apud Reginonem & alios (hac enim in hiſtoria plurimi Scriptorum iisdem cum aliis utuntur plane verbis) *Caganus Iringus* (vel *Ringus* vel *Hrigus*) *& Jugurrus ſ. Vigurrus inteſtina clade interempti ſunt*, ſupra enim Regino Hunorum Principis *Iringi* mentionem fecerat; cui conjecturae favere videtur Aventinus loco ſupra à Cl. Beſſelio citato. Emendandus hac occaſione etiam idem Regino ad an. 796. in verbis: *Iringum gentis Avarorum Principem, longis retro temporibus, qui eum civili bello fatigatis inter ſe Principibus improviſe exſpoliavit*, quem locum ſic legas & interpungas quaeſo: *J. g. A. P. longis retro temporibus quietum, civili bello fatigatis inter ſe Principibus, improviſe exſpoliavit.* Ex Adone Viennenſi ad an. 805. etiam tollendus error, qui & antiquiſſimas, quotquot mihi videre contigit, editiones irrepſit, legitur enim ibi *Theodorus Capuanus*, cum ſine dubio ſcribendum ſit *Cacanus.* SCHMIN.

Congeſti ex longo tempore theſauri] Theſaurum hunc Annal. Loiſel. *multa ſeculorum prolixitate collectum* vocant, de quo Theodulfus lib. III. v. 33. & ſeqq. ad Carolum M. ita canit:

Percipe multiplices laetanti pectore gazas,
Quas tibi Pannonico mittit ab orbe Deus,
Inde pias Celſo grates perſolve tonanti,
Cui ſolet ut ſemper, ſit tua larga manus. SCHMINCKE.

Ericus Dux Forojulianus] *Henricum* vocant Regino lib. II. ad an. 796. ac Sigebert. ad an. 797. *Ehericum* Annal. Fuldenſ. ad an. 796. & 799. quod perinde eſt, cum ab eodem themate utraque nominis in-

nia juxta Tarſaticam maritimam civitatem, inſidiis oppidanorum interceptus, & Geroldus Bajoariae praefectus, cum in Pannonia contra Hunos praeliaturus, aciem inſtrueret, incertum a quo, cum duobus tantum, qui eum obequitantem ac ſingulos hortantem comitabantur, interfectus eſt. Caeterum incruentum pene Francis hoc bellum fuit, & proſperrimum exitum habuit, tametſi diutius ſua magnitudine traheretur; poſt quod & Saxonicum ſuae prolixitati convenientem finem accepit.

CAP. XIV. Bohemanicum quoque & Hilinonicum, quae poſtea exorta

inflexio deſcendat. *Venetiae & Hiſtriae praefectum*, neſcio an vere, appellat Aventin. lib. IV. p. 200. Cecidit praeſtantiſſimus ille, ac multis adeo victoriis Clariſſimus Princeps, per inſidias Civium à ſuis peremtus, ut clare Sigebert. ad an. 799. BESSELIUS. *Eenricus* Monacho Ecoliſmenſi & *Heiricus* dicitur. In Annal. Fuldenſ. *Ehericus*. In MSS. *Heinricus*. occiſus eſt anno 799. BOLLANDUS. Platina in Vita Leonis III. narrat, quod Carolus Tarviſinos gravi affecerit ſupplicio, quod Henricum praefectum occidiſſent, in qua narratione *Tarviſinos* & *Tarſaticos* confundit. SCHMINCKE.

Geroltus Bajoariae Praefectus] Ita omnes appellitant, excepto Sigeberto ad an. 800. qui *Gerardum* nominat. Sed & ibi, ſi quid video, reſcribendum *Geraldus*. Idem enim nomen *Geroldus*, *Gerholtus*, *Geraldus*: diverſum eſt *Gerardus*. Fratrem fuiſſe Hilderici Reguli Suevorum, & Hildegardae Reginae, Uxoris Caroli, ſcribit Avent. lib. IV. pag. 200. Signiferum Caroli piiſſimum vocat Herm. Contract. Chron. ad an. 799. eumque inter martyres adnumeratum, ex *viſione Wettini* memorant Regino lib. II. ad an. 799. ac Sigebert. l. c. Viſio illa Augienſis Wettini Monachi exſtitit apud Goldaſtum, quam carmine reddidit *Walafridus Strabus* anno aetatis ſuae 18. ab *Heitone* Epiſcopo Baſilienſi, & Conſiliario Caroli M. perſcriptam. Animadverti tamen, viſionem illam jam olim à *Jacobo Fabro Stapulenſi* in volumine *trium Virorum & trium Spiritual. Virgin.* (quod ab *Henrico Stephano*, Roberti parente editum Pariſiis, anno 1513.) productam, ſub nomine *Uguetini Monachi*, cujus verba, quoniam liber in pauciſſimorum eſt manibus, adſcribam: *De Geroldo vero quodam Comite, dixit idem Angelus, quod in requie eſſet, gloriae martyrum adaequatus, zelo inquiens Dei in defenſione S. Eccleſiae, infidelium turbis congreſſus, temporalis vitae diſpendia eſt paſſus, ideo aeternae vitae particeps eſt factus.* Haec Wettinus Monachus fol. 18. b. Geroldi hujus *Epitaphium* poſſederat idem Goldaſtus, ut videre eſt, *ex fragm. Epiſtol. ad Velſerum, Replicat. pro Imperio cap. II. p. 115.* BESSELIUS. Occubuit Kal. Septembr. an. 799. quo die Beatis accenſetur à Ferrario & Radero tom. I. Bavar. Sacrae. BOLLANDUS. vid. Goldaſt. ad h. l.

Bohemanicum quoque & Hilinonicum] Bohemicae expeditionis hanc cauſam reperio, quod *Bohemanni* (ſic enim legendum apud Sigebertum ad an. 805. pro *Bethemannis*) Sclavicae originis populi, hoc eſt *Bohemi*, terram Hunorum depopulati erant, adeo quidem, ut eos ad novas ſedes quaerendas compulerint. Contra hos miſſus eſt Carolus, Caroli M. primogenitus, qui terram eorum devaſtans, ducem *Lechonem*, ſeu *Letzonem* (quod nomen apud alios in *Lethonem*, vel *Bethonem*, corrupte tranſiit) occidit. Hiſtoriam referunt Regino, Adelmus, Annales Fuldenſes, Sigebertus ad annum 805. Enim vero, niſi omnia

orta sunt, diu durare non potuerunt, quorum utrumque ductu Caroli Junioris celeri fine completum est. Ultimum quoque contra Nordmannos

omnia me fallunt, hic est *Lesco* ille III. quem Saxonibus auxilia adversus Carolum suppeditasse, scribit Guagninus in descript. Sarmat. fol. 7. quem tandem anno 801. cum Bohemis, Pomeranis, Prutenisque à Carolo in Silesia cruento praelio ad Oderam Fluvium prostratum refert. In *Hilinones* autem, seu *Linones*, sive etiam *Hiliones* mavis, ut est apud Sigebert. ad an. 810. expeditionem idem Carolus Junior suscepit, propterea quod ad Godefridum, Danorum Regem defecerant. Referunt iisdem fere verbis Regino lib. II. Annales Nuenarii ac Pithoei ad ann. 808. Quinam hi populi fuerint, & unde dicti sint, difficile est conjectura assequi. An à loco *Hiliuni* ad Albim, cujus mentio exstat apud Reginon. lib. II. ad an. 795. denominationem traxerint, ambigo. *Puto*. inquit Reineccius, ad Annal. Poët. Saxon. fol. 66. *de iis indigetatum pagum Lune, item urbem Luneburgum.* Videndus Cranzius Saxon. lib. IV. c. 16. BESSELIUS.

Hilinonicum] Eginardus in Annalib. ad an. 808, cum Danico bello, de quo mox, *Hilinonicum* conjungit: cum enim Abotritorum regionem Rex Daniae invasisset, *Karolus Imperatoris filius Albim ponte junxit, & exercitum, cui praerat, in Hillinones & Smeldingos, qui & ipsi ad Godefridum defecerant, celerrime transposuit, populatisque circumquaque eorum agris, transitoque iterum flumine, in Saxoniam se recepit.* Et anno 811. *Rex exercitum unum misit trans Albim in Hilinones, qui & ipsos vastavit, & Castellum Huochbochi, superiore anno à Wilsis destructum, in ripa Albis fluminis restauravit.* Eadem & in aliis Annalibus Francorum habentur, ubi tamen *Linones* & *Smeldingi* appellantur. Castellum vero illud *Hobuoki*, *Hooboki*, *Heobuoki*, quod Albert. Stadens. *Hamburgum* esse asserit. De iisdem populis Poeta Saxo lib. 3.

Sunt Sclavi quidam Lini cognomine dicti.

BOLL. De vero hujus gentis nomine Historici inter se non conveniunt. DCh. vocat *Linones*, Kranzius male *Liburnos*. Chron. Moisiac. *Linaos* & *Lanaos* & Reinecc. ad Poet. Saxon. notat, appellari passim hos Sclavos *Linos*, *Linones*, *Liniones*, *Hilliones*, *Linoges*, *Linguones*, *Hillinones* &c. Barth. lib. XXII. Adversus c. 6. *Livones* vel *Liones* legi vult, & per Liones intelligit Britannos, cujus Insulae dioecaesin quandam *Lioniam* dictam fuisse, probat ex Gulielm. Briton. qui lib. 3. scribit:

Quid paganellos referam, geminosque Leones
Britigenas fratres Hervejum cum Guidomarcho
Quorum praesidio generosa Lionia pollet.

Sed utraque lectio huic loco non convenit, nunquam enim, quantum me legisse memini, Carolus usque ad *Livones* pervenit; nec etiam hic Britanni intelligi queunt, quaerendi enim trans Albim in Sclavonia hi populi prout nos docent ejus aevi Scriptores. Nec cum Bangerto ad Helmoldi Chronicon hi Linones s. Hillinones cis Albim collocandi sunt, ubi hodie Luneburgenses, novimus enim fuisse gentem Transalbianam ex Eginardi nostri Annal. supra à Bollando citatis, (de Caroli M. temporibus loquor, nam termini non semper iidem sunt.) quae sita fuerit inter *Abodritos*, *Wilzos & Polabingos*, ubi hodie Dominium Rostochiense & Butkovience; diserte id testatur Adam. Bremens. lib. II. c. 10. *Populi Sclavorum*, inquit, *sunt multi, quorum primi ab Occidente confines Trans-albianis sunt Waigri, dein Obotriti ——— item versus nos Polabingi, ultra quos sunt Lingones & Warnabi, mox habitant Chizini & Circipani.* Confer & alios Rer. Sclavic. Scriptores. SCHMINCKE.

Ultimum quoque contra Nordmannos] Helmold. lib. 1. Chron. Sclav. cap. 3. *Dani & qui trans Daniam sunt, ab Historicis Francorum*

mannos, qui Dani vocantur, primo piraticam exercentes, deinde majori classe littora Galliae atque Germaniae vastantes, bellum susceptum est. Quorum Rex Godefridus adeo vana spe inflatus erat, ut to-

corum Nordmanni vocantur. BOLLANDUS. Insignem errorem in describendo hoc bello committit Historia gentis Danorum Erici Daniae Regis apud Lindenbrog. quando narrat Carolum anno Dom. 776. cum toto Imperio suo contra Gothefridum Daniae Regem venisse, sed hunc statim Carolum nostrum de Saxonia fugasse, & totam illam terram devastasse. Quod eodem anno Saxonia conversa fuerit ad fidem Christi per Carolum, postquam contra Francos 26. annis continuis pugnarit &c. Sed falsa haec esse, quis non videt? ex scriptoribus enim ejusdem cum Carolo aetatis apparet, hunc Francorum Regem non ulterius dicto anno quam ad Lippiam venisse, ubi etiam haud diu commoratus est. Praeterea non memini ullum Scriptorem hujus cladis mentionem facere praeter hunc, qui Eginhardo aliisque Historicis aetate longe inferior est. Nec Saxonia anno 776. ad Christianismum conversa est, sed longe demum post haec tempora uti supra monuimus. Et quid sibi volunt 26. illi anni, quibus Francos cum Saxonibus pugnasse, Auctor ille refert, non enim ad Carolum solum, qui anno 772. primum hoc bellum suscepit, nec ad Pipinum & Carolum simul referri possunt, siquidem Pipinus Saxoniam primum anno 753. invasit, à quo termino non 26. sed 23. numerantur anni. Haud minimum etiam ad destruendam hanc Erici Regis sententiam pondus addit Saxo ille, Doctissimus & antiquissimus Danorum Scriptor, qui nullam hujus cladis & victoriae in rebus Gothefridi mentionem facit, verum potius ait: *Quod cum Gothefridus audiverit Carolum Saxones compellere ad Christianismum, & eum abesse à Saxonia, tentaverit finitimas Albiae gentes adoriri, & ad pristinum Regni sui titulum revocare, quo tempore Carolus victricia trans Rhenum castra reteperat. Cum Carolus invasionem audiret, voluit ipsum aggredi, sed à Leone R. P. accersitur in Urbis auxilium, ideo Pipino commisit bellum.* Sed & Saxo multas res gestas inter se confundit, bellum enim hoc contra Nordmannos fide antiquissimorum Historicorum susceptum est anno 808. quo tempore Saxonia penitus erat subjugata, pacata & ad Christianismum, si non ex animo, saltem simulate conversa. Praeterea & in eo errat, quod dicit Gotrium. (s. Gothefridum, unum enim idemque nomen est) invasisse Saxoniam, cum Carolus à Leone in Urbis auxilium vocaretur, Carolus enim anno 800. expeditionem versus Romam suscepit, quo anno nulla hujus belli apud Veteres fit mentio. Nec Pipinus Germanicis bellis, sed Carolus junior praefectus fuit. Uterque igitur Danorum Historicus in narrando hoc bello errat, multorumque annorum gesta inter se confundit. SCHMINCKE.

Quorum Rex Godefridus adeo vana spe inflatus erat] Bellicosum, elati tamen, plus quam par est animi, hominem fuisse oportet, qui ex aemulatione in Carolum insurrexit. Quamobrem 200. navium classem paratam habuit, ut terra marique eundem impeteret fortius. Quibus cogitationibus intentum, nescio qua causa satelles interfecit, vel ut est apud Alb. Stadens. ad ann. 810. proprius filius, cujus matrem, alia super inducta, dimiserat. Certe post Patris Godefridi mortem, Hemmingus, qui ei successit, pacem cum Carolo iniit. BESSELIUS. Kranzius lib. 2. Saxon. c. 6. Auctoris nostri verba citans *a proprio satellite interfectus*, addit: *sive ut quidem verius existimant, à proprio filio, cujus matrem repudiaverat, & aliam duxerat, interfectus.* Idem Monach. S. Gallensis lib. 11. c. 21. de Vit. Caroli M. qui id factum dicit: *cum Rex voluerit falconem suum de aneto extrahere.* SCHMINCKE.

Fri-

totius sibi Germaniae promitteret potestatem. Frisiam quoque & Saxoniam, haud aliter atque suas provincias aestimabat. Jam Abodritos, vicinos suos, in suam ditionem redegerat, jam eos sibi vectigales fecerat. Jactabat etiam se brevi Aquasgrani, ubi Regis comitatus erat, cum maximis copiis adventurum. Nec dictis ejus, quamvis vanissimis, omnino fides abnuebatur, quin potius putaretur tale aliquid inchoaturus, nisi festinata morte fuisset praeventus. Nam à proprio satellite interfectus, & suae vitae & belli à se inchoati finem acceleravit.

CAP. XV. Haec sunt bella, quae Rex potentissimus per annos XLVII. tot enim annis regnaverat, in diversis terrarum partibus summa prudentia atque felicitate gessit, quibus Regnum Francorum, quod post patrem Pipinum magnum quidem & forte susceperat, ita no-

Frisiam] Pars Hollandiae Gelriaeque in Frisia tunc censebatur, atque etiamnum Septemtrionalis Hollandia *Frisia* appellatur, & oppida Frisiae Insignibus decorantur. BOLLANDUS. In hac contra Frisios expeditione Saxo rursus nullam temporum rationem habet, quando narrat: *Primo quidem Frisiam domat classe, cui Gotricus non tam arctam, quam inusitatam pensionem imposuit, —— Cum vero Gotricus Frisiam pervastasset, & reverso jam Roma Carolo, in ulteriores se Germaniae provincias effundere statuisset, propriis satellitis insidiis circumventus, —— interiit.* Nam rediit Carolus Roma anno 801. ast haec Frisiae vastatio secundum accuratissimos Francorum Chronographos demum anno 810. accidit. Ergo maximum temporis spatium inter reditum Caroli ex Italia, & depopulationem Frisiae intercessit, quos terminos tamen hic quasi sibi proximos Saxo statuit. SCHMINCKE.

Jam Abodritos in suam ditionem redegerat] Anno 808. Godefredus s. Gotricus (quo nomine apud Historicos Danos venit) copias suas in Abodritos duxerat, quorum Ducem Trasiconem patria ejecit, Godelaibum vero alterum Principem patibulo affixit, duasque illorum provinciae partes sibi vectigales fecit. Cum Godefredus hoc Carolum aegre ferre audiret, omnem hujus belli culpam in Abotritos conjecit, quasi illi primum pacem violarint. Sed mera haec fuisse verba, ex sequentibus videre licuit, cum paulo post & alterum Ducem Thrasiconem per suos occideret. SCHMIN.

Ubi Regis Comitatus erat] Sic tunc temporis aulam Imperatoris propter Comitum in aula viventium numerum dictam fuisse, putat Barthius lib. XXII. Adversar. c. 6. quod ex libro Eginhardi nostri de translat. SS. Marcellini & Petri satis apparet, variis enim in locis aulam Imperatoris *Comitatum* vocat. *Transactis admodum paucis, postquam ad* COMITATUM *veneram diebus*, & paulo post illud *palatium*, vocat, quod supra *Comitatum*. *Ego secundum consuetudinem*, ait, *amicorum maturius surgens, primo* mane palatium *petii*. Et saepissime illis in libris hac locutione utitur: *ire ad Comitatum, proficisci ad Comitatum, Palatium* &c. sic alibi de se dicit Eginhardus: *His ita peractis ad* COMITATUM *profectus sum*, quod Vir ille, qui Clerico apparebat, per *properare ad palatium* interpretatur. Vid. plura apud Du Cange in Glossario V. *Comitatus*. SCHMINCKE.

Nec dictis ejus quamvis vanissimis o. s. abnuebatur]. Carolum adeo perterruit nuntius de capta Frisia, ut ex omni Imperio suo colligeret copias, quas contra Danos duceret. Saxo Grammat. fin. lib. VIII. ait:

nobiliter ampliavit, ut pene duplum illi adjecerit. Nam cum prius non amplius, quam ea pars Galliae, quae inter Rhenum & Ligerim Oceanumque & mare Balearicum jacet, & pars Germaniae, quae intra Saxoniam & Danubium Rhenumque ac Salam fluvium, qui Thuringos & Sorabos dividit, posita, ac a Francis, qui Orientales dicuntur

ait: *quod Carolus effuso gaudio exultaverit, & nihil eo casu* (morte scilicet Gothefridi) *unquam fortunae suae jucundius obvenire confessus sit.* SCHMINCKE.

Et Sorabos dividit] De his alii Annales Francorum anno 807. *Karolum filium suum in terram Sclavorum, qui dicuntur Sorabi, qui sedent super Albim fluvium cum exercitu misit,* —— *duoque castella ab exercitu aedificata, unum super ripam fluminis Salae, alterum juxta fluvium Albim.* Unde patet *Sorabos* modernae Saxoniae, Misniae, Anhaldini Comitatus, Hallensis & Magdenburgensis dioecaeseôn partem tenuisse. BOLLANDUS.

Posita] Sic optime Bollandus & Beselius in suis Editt. expresserunt, quos merito hic, praecipue cum illam lectionem contextus ratio postulet, sequimur. In Vulgatis quotquot vidi, male legitur *postea*, qui error & in MSS. meis deprehenditur. SCHMINCKE.

A Francis, qui Orientales dicuntur] Franci alii *Orientales*, alii *Occidentales* dicebantur apud Veteres: ambo ejusdem originis. *Primus* namque *Francorum ditionem in duas partes divisit Carolus Martellus: unamque inter Ligerim & Sequanam, quae Gaudiana dicebatur, Franciam, & populos Carlingos seu Francigenas, quasi à Francis genitos appellavit: alteram vero partem, in qua Rhenus currit, Franconiam, ejusque populos Francos.* Haec ita Sifridus Presbyter Misnens. lib. 1. Epit. p. 686. & cum eo Aeneas Picolomin. in statu Europae sub Friderico III. cap. 31. Per injuriam tamen Franciam Orientalem, ablato vero à Gallis nomine, in *Franconiam* transiisse, Kranzius queritur lib. 11. Sax. cap. 1. Nam quod Franconici nominis antiquitatem Steph. Forcatulus lib. v. de Imp. & Philosoph. Gall. pag. 644. ex quadam *Ciceronis ad Atticum Epistola* (nisi fallor est illa x. lib. x1v.) cum multis aliis repetere videtur, errorem ridiculum magis, quam periculosum errat. Franci vero isti, de quibus nunc loquimur, non Chauci tantum fuere, ut post Hottomannum, Franco Galliae cap. 4. visum Eruditis, nec Sicambri tantum, sed Bructeri etiam, Chamavi & Ampsivarii, ut clare *Sulpitius Alexander* apud Gregor. Turon. lib. 11. c. 9. Interjecto tempore, Romanis rebus paulatim collabescentibus, initio ripam Rheni omnem in Frisios usque, mox Rheno trajecto, potiora primae Germaniae, ac secundam fere integram, Belgicam item utramque, cum non paucis aliis Galliae provinciis, potestati suae Franci subjecere. Sed isthaec operae pretium erit nervose deducta legere apud Virum in his literis Maximum, Herman. Conringium de Finib. Imp. Germ. lib. 1. c. 2. Multi quondam fuere, qui Francos eos solummodo esse voluerunt, qui circa Parisios habitant, quemadmodum ex adverso *Francos* omnes & lingua & natione, & moribus, *Gallos* esse, *Joh. Bodinus* nescio qua fronte, asseruit. Method. Histor. cap. 9. cui ex merito respondit Philip. Cluverius lib. 1. G. A. cap. 3. Origo ac sedes gentis multis fabulis involutae sunt. Nam quotquot rerum nostrarum superant Scriptores, ii ad conjecturas, & nescio quae exoleta commenta se demittunt. Quorum antesignanus *Hunibaldus*, seculi VI. Scriptor, *ferrei oris, ac plumbei cordis homo*, ut scite Vossius lib. 11. de Hist. Lat. cap. 22. nisi plane *larva est* & *commentum Trithemii*, quod tamen non arbitror, à *Trojanis* oriundos Francos esse dixit, quem deinceps Sigebert.

tur incolitur, & praeter haec Alemanni atque Bajoarii ad Regni Francorum

bert. Introduct. ad Chronograph. p. 478. Gulielm. Brito lib. 1. Philipp. v. 55. Omnesque adeo ad Paulum Aemilium, *Trithemium*, alios secuti: quorum prolixum catalogum Johan. Isacius Pontanus lib. 11. Orig. Franc. cap. 5. recenset. Inter hos omnes praecipuus fere Paulus Diaconus, *in Prologo Homiliarum*, quas ad Carolum M. scripsit, non obscure rem tangit: *Luxque decusque Magne tuorum Karole Princeps, Atque togatae Arbiter Urbis, Dardanidaeque gloria Gentis.* Quos versus producit, & explicat Gobelinus aetat. 3. cap. 21. pag. 58. Nuper adeo, ne quid fabulae deesset, *Gabriel Bucelinus*, Monachus rerum nostrarum non imperitus, eandem sententiam, nulla tamen, nisi Berosi Anniani, Trithemiique auctoritate fultam, recoxit, *in Germania sua Topo-Chrono-Stemmato-graphica* part. 3. pag. 4. *Germanos omnes ab Antenore, Trojano sanguine oriundos esse.* Ut origo, ita sedes populi fabulosa. *Sicambriam* urbem nescio quam, secus Maeotidis paludes, Francis excitatam & inhabitatam produnt, quam tamen ex meris mendaciis constructam, recte Bilibaldus Pirckheimerus in German. descript. fol. 100. pronuntiavit. Confutat eandem Kranzius lib. 1. Saxon. c. 16. ex eo, quod Sicambria non ad Maeotidis paludes in Oriente, sed ad Rheni fluenta fuerit, testibus *Strabone* ac *Ptolomaeo*. Quid quod Vandalos circa Maeotidem considentes, in Germanos seu Francos irruisse, scribit Procop. lib. 1. de bello Vandal. Nam quod Sigebertus sub Valentiniano demum Francos in Germaniam migrasse prodidit, facile Hieronymi testimonio refellitur, qui in vita Hilarionis, sub Constantio Imperatore, Francos inter Saxones & Alemannos, *gentem non tam latam quam validam collocat.* Sed isthaec latius jampridem executi sunt rerum Germanicarum peritissimi, Hermannus, Comes Nuenarius, *dissertatione Eginharda suo praefixa*, Pirckheimerus, Pontanus, loc. cit. itemque Spigelius *ad Guntheri* lib. 1. p. 282. BESSELIUS.

Praeter haec Alemanni] Alemannorum nomen tam varium est apud Historicos, ut nescias quam gentem indigitent. Cum Germanis eosdem olim fuisse, ex Vopisco in *Proculo* discas: *Alemannos*, inquit, *qui tum adhuc Germani dicebantur, non sine gloriae splendore contrivit.* At vero Spartianus in *Caracalla* extremo, itemque Guilielm. Brito lib. 1. Philip. v. 147. Gentem à Germanis diversam significant, & ante hos Eutrop. lib. x. Alemannos in Galliis collocat. Ammian. Marcell. lib. XXVI. à Germanis prorsus separat. *Walafridus* tamen *Strabus*, mediae aetatis, censore *Vadiano*, non temnendus Auctor, Rhaetis proximos, & supra Acronium Rhenumque, tum & in occasu ad Tigurinum lacum, & Limagum habitantes, ubi hodie longe lateque Helvetii habitant, Alemannos censet, de Vit. B. Galli lib. 1. prologo. Suevis accenset Gregor. Turon. lib. 11. c. 2. *Vandalos secuti Suevi i. e. Alemanni, Galliciam apprehendunt*; quem sequitur Otto Frising. lib. 1. cap. de gest. Frid. I. quam sententiam probabilem praeceteris judicarim. De *nomine* gentis hodienum certatur: Sunt qui à lacu *Lemanno* denominationem traxisse credant, ut praeter Otton. Frising. Guntherus lib. 111. v. 305.

Qua sibi vicinas Alemannia suscipit Alpes,
Nomen ab Alpino ducens ut fama, Lemanno.

Quos Auctores habuit Gobelin. Persona Cosmodrom. aetat. 1. Cap. 5. p. 10. Alii ex collectitia diversorum hominum multitudine nomen genti impositum, *Asinii Quadrati* auctoritate inducti, credunt. Quam opinionem referunt ac probant, *Agathias Scholasticus* lib. 1. Jacob Spigelius in Scholiis ad l. c. Guntheri p. 323. Caspar. Barthius ad Claudian. *de laud. Stilicon. lib.* 1. v. 236. aliique. Quod si *Lemanno*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [129] - 74
PUBLIC DOMAIN

corum poteſtatem pertinerent, ipſe per bella memorata, primo Aquitaniam & Vaſconiam totumque Pyrenaei montis jugum & uſque ad Iberum amnem, qui apud Navarros ortus, & fertiliſſimos Hiſpaniae agros ſecans, ſub Dertoſae civitatis moenia Balearico mari miſcetur. Dein Italiam totam, quae ab Auguſta Praetoria uſque in Calabriam Inferiorem, in qua Graecorum & Beneventanorum conſtat eſſe confinia, decies centum & eo amplius paſſuum millibus longitudine porrigitur. Tum Saxoniam, quae quidem Germaniae pars non modica eſt, & ejus,

mannum pro *Rheno* accipiamus, fortaſſe originatio tolerari poſſet: quanquam *Gotfrido Viterb.* ſecus videatur *Pantheo:*

Rhenus ab antiquis deſcribitur eſſe Lemannus,
Indeque nonnulli dictos referunt Alemannos
Sed vox aequivoca nomina falſa parat,
Illud ego nomen alia video ratione,
Quicquid priſca ſonent, quod ſentio, littera promet,
Lector ab hinc capiet, quae magis apta ſonent.
Alle ſonat totum, Man, Vir. Si Theutona lingua
Haec duo conjungat, totum vir littera ſignat;
L. geminata ſatis nomina clara facit.

Quod ultimum etiam *Cluverio* non diſplicuit *lib.* 1. *Germ. Antiq. cap.* 8. Caeterum Joach. Vadianus in *Epiſt.* quadam ad *Rudolph. Agricolam*, Alemannos à Deo ſuo *Alman* dictos autumat, cujus ſimulachrum adhuc hodie in Coenobio Augiae Majoris ſupereſſe, Uladislaus Suntham, in *Geographia ſua* teſtatur. Atque haec quidem opinio omnium mihi videtur potiſſima; praeſertim cum Thuringi & ipſi à *Thorone* Deaſtro, Gothi autem à *Godan* Idolo ſuo rectiſſime dicantur, ut nuper Vir exterarum ſimul ac patriarum Antiquitatum Studioſiſſimus Joh. Schefferus Upſal. cap. VI. p. 65. & 66. oſtendit. BESSELIUS. Non ſemper Alemanni easdem tenuere ſedes, mox enim latiores, mox ſtrictiores habuerunt fines, ideoque ne erremus, tempora probe diſtinguenda & notanda ſunt. Extenderunt aliquando ſe trans Rhenum uſque ad Loganum Cattorum fluvium, hinc trajecto Rheno conſederunt in Galliae finibus, & tandem Helveticum occuparunt agrum. Optime varios eorum fines deſcribunt Viri Doctiſſimi, Sirmondus ad Sidon. Carm. VII. v. 375. & Cluver. lib. III. G. A. quibus addas Diſſertationes ſub Celeb. Hertio Gieſae Haſſorum habitas, *de Notitia Veteris Germaniae populorum & Notit. Regni Francorum à prima ejus origine, usque ad exceſſum Ludovici Pii.* Caroli M. temporibus Helvetiam & magnam Sueviae partem incolebant, & Lecho amne à Bajoariis dirimebantur. Hos populos primum Carolomannus & Pipinus penitus ſibi anno 742. ſubjecerunt. SCHMINCKE.

Bajoaris] Hujus gentis termini erant Lechus & Aneſus fluvius. Eam Carolomannus & Pipinus anno 743. certis quibusdam conditionibus ſibi ſubjugarunt, & tandem totam provinciam, ejecto ejus Duce Taſſilone, Carolus Regno ſuo adjecit. SCHMINCKE.

Ipſe per bella memorata, primo Aquitaniam &c] Ample dilatatos à Carolo Francici Imperii terminos, clare deſignat Eginardus; ut hinc ſtatuere liceat, quo loco habenda ſit, quae vulgo exſtat, à viro alioquin doctiſſimo adornata geographica Carolini Imperii deſcriptio, qua univerſam Hiſpaniam, Siciliam, aliaque regna complexus eſt, quae nunquam poſſedit Carolus. BOLLANDUS.

Tum Saxoniam, quae quidem Germaniae pars non modica eſt] Ampliſſima regio trans Albim prorogata, usque ad *Penem* & *El-*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [130] - 75
PUBLIC DOMAIN

ejus, quae à Francis incolitur, duplum in lato habere putatur, cum ei longitudine posset esse consimilis. Postquam utramque Pannoniam & oppositam in altera Danubii ripa Daciam, Histriam quoque & Liburniam atque Dalmatiam, exceptis maritimis civitatibus, quas ob ami-

dam amnes, ut ex *diplomate* Caroli M. super institutione *Verdensis Episcopatus* anno 786. promulgato, nec dum, ut reor, edito, probat Herm. Conringius de Finib. Imperii lib. 1. c. 4. p. 28. Limites ejusdem eleganter, ut solet, describit Alb. Cranzius Saxon. lib. 1. c. 1. Distributionem autem gentis nemo melius explicet, quam *Poëtaster* Saxon. cujus verba, quoniam in paucorum hodie manibus est, adjiciemus. Sic autem ille *lib.* 1. *de Vita Caroli* v. 45.

Sed generalis habet populos divisio ternos,
Insignita quibus Saxonia floruit olim,
Nomina nunc remanent, virtus antiqua recessit,
Denique Westfalos vocitant in parte manentes
Occidua, quorum non longe terminus amni
A Rheno distat: regionem solis ad ortum
Inhabitant Osterliudi, quos nomine quidam
Ostvalos alii vocitant, confinia quorum
Infestant conjuncta suis gens perfida Sclavi.
Inter praedictos media regione morantur,
Angarii, populus Saxonum tertius.

Idem Cranzius lib. 11. Sax. c. 15. addit Carolum antiquo Romanorum more Saxoniam in provinciam redegisse, & certis limitibus, pristina tamen genti libertate relicta, inter Episcopos distribuisse; quod tamen suo modo intelligendum esse, monet *Reineccius*, opusculo posthumo *de Saxonum origin.* p. 23. BESSELIUS. A Septentrione Saxonia *Eydora* fluvio terminabatur, teste Eginhardo in Annal. ad ann. 808. à meridie habebat Francos, & Thuringorum partem usque ad fluv. Unstrut, ab Oriente Abotritos, ab Occasu Frisios. vid. Adam. Bremens. l. 1. c. 4. SCHMINCKE.

Et ejus, quae à Francis incolitur, duplum in lato habere putatur] Sic Gold. D Ch. Boll. Besel. Adam. Brem. Alb. Stad. MSS. Lugd. & Bodl. In vulgatis vero & MS. Cassel. *& ad eam, quae à Francis incolitur, latitudine dupla putatur.* Franci ante Carolum M. possidebant tantum eam Germaniae partem, quae intra Saxoniam & Danubium, Rhenumque ac Salam fluv. posita erat, i. e. Thuringiam, quae versus Saxones Sala terminabatur, Hassiam, Fuldam, Franconiam, Wetteraviam, Moguntinum Electoratum, Palatinatus & Ducatus Wurtenbergensis partem usque ad Danubium. Carolus vero dein adjiciebat suo Regno totam Saxoniam cis & trans albianam usque ad Eydoram fluvium, & Obotritos, Westphaliam totam usque ad Frisios &c. ita ut facili negotio duplum in lato habuerint provinciae illae, ratione Germaniae Majoribus suis subjectae, quas in ea Regione Carolus bello sibi acquisiverat. SCHMINCKE.

Utramque Pannoniam] *Inferiorem*, quam Hungari nunc incolunt, & *Superiorem*, quae ab Austriae populis, Styris, Croatis, habitatur, ut recte scripsit Bilibald. Pirckheimerus, in descript. German. ad Herman. Comit. Nuenarium fol. 96. Sed hujus, ut & Daciae, in altera Danubii ripa ex adverso Pannoniae sitae, cognitionem uberiorem haberemus, siquidem toties promissus luci tandem aliquando donaretur Martini Opitii *de Veteri Dacia*, Commentarius. BESSELIUS.

Et oppositam in altera Danubii ripa Daciam] Goldastus ex Veteri Codice legendum putat *adpositam*, quam lectionem & Bolland. in notis citat. Albericus etiam Monachus trium fontium haec Eginhardi verba proferens, legit *appositam*. Verum cum plurima MSS. in vulgatam conspirent, nihil muto. Vide, si lubet, Goldast. ad h. l. SCHMINCKE.

Exceptis maritimis civitatibus] Urbe scilicet

citiam & junctum cum eo foedus, Constantinopolitanum Imperatorem habere permisit. Deinde omnes barbaras ac feras nationes, quae inter Rhenum ac Vistulam fluvios, Oceanumque ac Danubium positae, lingua quidem pene similes, moribus vero atque habitu valde dissimiles, Germaniam incolunt, ita perdomuit, ut eas tributarias effecerit. Inter quas fere praecipui sunt, Welatabi, Sorabi, Abotriti, Boë-

licet Veneta, ac Provincia Calabriae. Nam *Venetias ne injus quidem Francorum unquam transisse*, dudum Viri docti omnibus modis assertum ivere: quibus omnino assentiri non possum, si vera sunt, quae de capta per Pipinum Caroli Filium ann. 810. Venetorum Civitate, Scriptores referunt. Clarissime rem produnt versiculi, quos effigiei *Beati*, Ducis Venetorum, cujus contra Fratrem pugnavit Pipinus, subscriptos refert *Franciscus Sansovinus*

Fratris ob invidiam Rex Pipinus in Rivoaltum
Venit; defendi patriam sibi gratificatus.

Nam etsi iidem annales, *eodem anno* pace inter Carolum & Nicephorum constituta, traditas huic Venetias affirment, jus tamen, utpote Victores in Venetos, habuere Franci. Nimium blandiuntur Venetae Urbi Sigonius *Regni Italici* lib. IV. Paul. Aemil. lib. III. Huldricus Mutius Rer. Germ. lib. IX. Petrus Berthautius *Flori Gallici* lib. II. c. 15. quos fere sequitur Theodorus Graswinckelius, Vir doctissimus, *in libertate Veneta* cap. XVI. §. 29. p. 193. inter duo imperia medium cardinem Venetias esse relictas, nec pacto illo Urbem Imperatori Constantinopolitano redditam, quae tamen clare ab Adelmo, Annal. Fuld. ad an. 810. itemque ab Egolismo, Monach. p. 277. diversa sunt, quorum auctoritate Nicephoro redditam Venetorum Urbem scimus. Nec desunt nobis alia argumenta, quae jus aliquod Carolo in Venetos fuisse probent. Etenim, si factam credimus *Ordinationem* ab Imperatore de Ducibus & populis, tam Venetiae quam Dalmatiae, ut habent verba omnium Historicorum probatissimi Adelmi, ad an. 806. consectarium est, ut potestatem in Venetos eidem tribuamus. Quid quod *Gradus* quoque Insula inter metropolitanas civitates refertur in testamento Carolino, quod fieri non potuisset, nisi in jus Francorum eadem civitas transisset. Besselius.

Omnes barbaras ac feras nationes, quae inter Rhenum & Vistulam] Regio haec generali nomine vocabatur Sclavania, quae amplissima erat provincia, & secundum Adam. Brem. *decies major Saxonia*, si Bojemos & Polonos addideris, qui nec habitu nec lingua discrepant, ejus fines se ab Albi usque ad mare Balthicum, Bajoariam & Hungariam extendebant. Licet vero hujus regionis Incolae communi nomine *Sclavorum* veniant apud Historicos Medii Aevi, speciali tamen adhuc inter se discernuntur, sic erant Sclavi *Waigri*, Sclavi *Abodriti*, *Luticii*, *Polabingi*, *Lingones*, *Warnabi*, *Wilzi*, *Chizini*, *Circipani*, *Tolosantes*, *Rethari*, *Rugii*, *Doxani*, *Liubuzzi*, *Wilini*, *Stoderani*, *Boemanni*, *Sorabi*, *Polani*, *Marabi* &c. Schmincke.

Lingua quidem pene similes] *Sclavicam* opinor intelligit, quam antiquissimam, jam olim *Jornandes* scripsit. Late adhuc eadem viget, per Hungariam, Bohemiam, Livoniam, Poloniam, Russiam, caeterasque gentes, dialectis tantum variantibus, nisi quod Lituanica eique affinis Curlandica, paulo à ceteris prolixius abit. *Britannicam* huic fere similem, jam olim scripsit *Tacitus de Situ Germaniae*. Besselius.

Sorabi] Diversos ab his statuere videtur Bollandus supra ad cap. XII. *Suburbos*, sed ni fallor, *Sorabi*, *Sorbi*, *Serbi*, *Suburbi*, *Suirbi*, *Surbi*, variae unius vocis lectiones, sunt unus idemque populus, nam quos *Su-*

Boëmanni, cum iis namque conflixit: caeteras, quarum multo major est numerus, in deditionem suscepit.

CAP. XVI. Auxit etiam gloriam Regni sui quibusdam Regibus ac gentibus per amicitiam sibi conciliatis: adeo namque Adelfonsum Galetiae atque Asturicae Regem sibi societate devinxit, ut is, cum ad eum vel literas vel legatos mitteret, non aliter se apud illum, quam pro-

urbos, *Suirbos*, *Surbos*, Annales quidam vocant, illos. Fuldenses ad annum 789. *Sorabos* appellant, & quos omnes fere Historici *Sorabos*, illos Chron. Moisiac. *Suirbos* nominat. Ita nullus dubitem, varias hujus populi denominationes ex veri nominis corruptione exortas esse, qua in sententia etiam Goldastus noster cap. XII. fuisse videtur. Sedes horum Sclavorum descripsit Bolland. cap. XV. & Aventinus lib. IV. ubi tamen emendandus, legit enim *Moesiae* pro *Missiae*. Cum hos populos Carolus subjugasset, duas in provincia illorum extruxit arces, quibus in officio eos contineret, unam Halae, alteram Magdeburgi. SCHMIN.

Quibusdam Regibus ac Gentibus] Hic Eginhardus Suetonium suum imitatur, qui in Aug. c. 48. ait: *Reges socios etiam inter semet ipsos necessitudinibus mutuis junxit, promtissimus affinitatis atque amicitiae conciliator ac fautor.* Eginhardum vero sequitur Radevicus in vita Frederici I. lib. 2. cap. 76. *Reges Hispaniae*, ait, *Angliae Franciae, Daciae, Boemiae atque Hungariae, quamvis suspectam semper ejus haberent potentiam, sibi adeo per amicitiam & societatem devinxit, & ad suam voluntatem sic inclinatos habuit, ut quoties ad eum literas vel legatos miserint, sibi cedere auctoritatem imperandi, illis non deesse voluntatem obsequendi, denuntient.* Hic Radevicus frequentissime in vita Friderici imitatur Eginhardum, quod semel hic notare visum fuit. SCHMINCKE.

Adelfonsum Galetiae atque Asturicae Regem] *Adelfonsum* hunc (& abbreviata voce *Alfonsum*) Carolo ex amico inimicum reddidere, qui nescio quas belli inter utrumque causas disseminatas vulgarunt, Bertam scilicet sororem Caroli uxorem fuisse Alfonsi II. Regis, ex moribus *Casti* cognominati. Quae cum nullos ex marito suscepisset liberos, Carolum haeredem Regni Hispaniae instituere voluerit. Cui cum se opponeret Alfonsus, bellum inde ortum, in quo Carolus ab eodem superatus sit. Quae fabula à Scriptoribus Hispanicis primum prolata, rejecta est à Meyero Annal. Flandr. an. 778. Baron. tom. 9. ann. 812. itemque Gryphiandro de Weichbildis Saxon. cap. 10. p. 23. Adelmus certe, & cum eo reliqui, multis ab Alfonso muneribus cultum referunt Carolum ad an. 797. & 798. Poëta Westphal. Paraphrastes Nostri lib. V. vers. 299.

Ex quibus unus erat Adefonsus nomine dictus,
Qui Rex Asturiae, Galliciaeque fuit.
Qui dum legatos & munera mitteret illi,
Mandabat dici se proprium Caroli. BES.

Hic est Alfonsus II. cognomento Castus, qui anno 791. regnum suscepit & feliciter administravit 52. annis. In Vita Ludovici Pii anno 796. *Adefonsi Gallecciarum Principis Missos, quos pro amicitia firmanda miserat cum donis, suscepit, & pacifice remisit.* Eginardus ad an. 797. refert eam legationem. Monach. Ecolismens. 798. *Venit*, (inquit) *ad eum Legatus Adefonsi Regis Gallitiae & Asturiae, nomine Froia, praesentans papilionem mirae pulchritudinis.* ast Eginardus anno 798. ita scribit. *Venere de Hispania legati Adelfonsi Regis, Basiliscus & Froia, munera deferentes, quae ille de manubiis, quas Victor apud Olisyponam Civitatem à se expugnatam ceperat, Regi mittere curavit, Mauros videlicet septem*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [133] - 78
PUBLIC DOMAIN

proprium ſuum appellari juberet. Scotorum quoque Reges ſic habuit ad ſuam voluntatem per ſuam munificentiam inclinatos, ut eum nunquam aliter quam Dominum, ſeque ſubditos ac ſervos ejus pronuntiarent. Exſtant Epiſtolae ab eis ad illum miſſae, quibus hujusmodi affectus eorum erga illum indicatur. Cum Aaron Rege Perſarum, qui excepto

ptem cum totidem mulis atque loriciis &c. BOLLANDUS. Quidam legunt Adefonſum ut DuChesne MSS. Lugd. & Cajogonvil, ſed vulgatam agnoſcunt Boll. Beſſel. MSS. Bodl. & Caſſell. quam priori praefero, ſiquidem ex Adelfonſus, ut etiam monuit *Beſſelius* per crâſin fit *Alſonſus*. SCHMINCKE.

Scotorum quoque Reges] Quis Rex Scotorum tum fuerit, liquido exponere difficile eſt. Conjicio tamen indicari *Eardulfum*, Regem Nordanimbrorum, i. e. de Irlandia Inſula Britannjae, ut exponit Monach. Egoliſm. *in Vit. Caroli* p. 272. Certe hunc regno & patria pulſum, mox à Carolo priſtinae dignitati reſtitutum, ſcimus vel ex Leonis ad Carolum Epiſtolis, quas primus evulgavit Contingius. Niſi malis *Offam*, Regem Merciorum indicari, quem Caroli familiaritate fretum, licet multorum impeteretur odio, dulci tamen vitam conſumſiſſe otio, *Alcuinus* Epiſtola quadam apud Guilielm. Malmesburienſ. Monachum Benedictinum ſcribit. Si vera de hoc eſt conjectura, *Caenulphus* quoque, Offae Succeſſor, ab amicitia Caroli excludi non debet, cujus mentionem facit Leo Papa Epiſt. v. ad Carolum. BESSELIUS. Erant tunc Scoti in Britannia ac Hibernia, quod qui negant, parum ſe patriae hiſtoriae peritos oſtendunt. Annal. Franc. ex MSS. Loiſelii anno 812. *Claſſis etiam Nortmannorum, Hiberniam Scotorum inſulam adgreſſa, commiſſoque cum Scotis praelio, parte non modica Nortmannorum interfecta, turpiter fugiendo domum reverſa eſt.* Idem habent alii Annales ex MSS. Thuani, & Monach. Egolismens. & Eginardus. Eſt id à Beda quoque certo traditum. Plures quoque eorum erant Reges. Johan. Leſlaeus Rer. Scotic. lib. v. ſcribit. Achajum Scotorum in Britannia Regem foedus cum Carolo (id ultro ambiente ad coercendos Anglos piraticam exercentes) percuſſiſſe. Leges foederis, aliaque ignota veteribus, nec probabilia ſubnectit. BOLLANDUS.

Seque ſubditos ac ſervos ejus pronuntiarent] Sic etiam Suetonius de ſuo Auguſto, cap. 60. quem noſter in oculis fert. *Reges amici atque ſocii —— ſaepe Regnis relictis non Romae modo, ſed provincias peragranti, quotidiana officia togati, ac ſine regio inſigni more Clientium praeſtiterunt.* SCHMINCKE.

Cum Aaron Rege Perſarum] Hujus cognomina monſtroſe contorta paſſim reperias. *Aaron Amirmummilim* dicitur Reginoni lib. 11. ad an. 801. *Amymurlim.* Sigeberto ad eund. ann. *Ammiralmummimi* Monacho Egoliſmenſi p. 263. denique *Amarmurmulum* vocat Lamb. Schaffnabrug. ad ann. 801, *Amiralinum* Ado Viennenſ. p. 290. Atque hic eſt, qui praeter Elephantem, tentoria ſcitiſſime picta, aromata, pallia ſerica, & inter caetera Horologium tam affabre ex orichalco conſtructum miſit, ut plane regium pro eo tempore munus videri potuerit. Deſcribit eleganter Auctor Annal. Fuldenſ. ad an. 807. & Adelmus eodem anno iisdem verbis. An ab hoc diverſus fuerit, *Aaron Ammiras*, princeps Saracenorum, qui tributarium ſibi fecit Nicephorum Imperatorem, non leviter dubitari poteſt. Eundem fuiſſe Cl. Boeclerus in Carolo p. 33. arbitratur, ex eo, quod Perſicum Parthicumque nomen Saracenorum titulus abſorpſerit. Si qua tamen fides *Sigeberto*, eosdem vix eſſe crediderim. Prohibent enim Imperii locus, regiminis tempus, ſucceſſorum

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [134] - 79
PUBLIC DOMAIN

excepta India, totum pene tenebat Orientem, talem habuit in amicitia concordiam, ut is gratiam ejus omnium, qui in toto orbe terrarum erant, Regum ac Principum amicitiae praeponeret, solumque illum honore ac munificentia sibi colendum judicaret; ac proinde cum legati ejus, quos cum donariis ad sacratissimum Domini ac Salvatoris nostri sepulchrum locumque resurrectionis miserat, ad eum venissent, & ei Domini sui voluntatem indicassent, non solum quae petebantur, fieri

rum ordo, quae omnia distinctis nominibus designat Monachus Gemblacensis. Σύγχρονοι igitur potius fuerint, cum iidem esse nequeant. Postremus tamen & ipse muneribus coluisse videtur Carolum, si recte capio, quae Sigeberto prodita sunt ad an. 802. in his: *Legati Imperatoris Caroli ab Aaron Ammira venientes, inter caetera munera, corpora etiam Cypriani Carthaginiensis Episcopi & Martyris, & Speratt, primi Scillitanorum martyrum, & caput Pantaleonis Martyris in Franciam asserunt.* Historiam eleganter persecutus est *Agobardus* Lugdunens. Episcopus, carmine Hendecasyllabo, quod ad calcem operum ejus *Papirius Massonus*, primus Editor collocavit. BESSELIUS. Vera hujus nominis scriptura haec est امير المومنين *Emir Almumenin* i. e. *Princeps credentium.* Male Besselius distinguit inter Aaronem *Regem Persarum*, & Aaronem *Amiratem*, deceptus, ni fallor, depravata horum nominum apud Sigebertum scriptura, eundem enim esse, quam diversum putat Besselius *Aaronem*, luce meridiana clarius ut sit, nunc evincam. I. id patet ex successione, faciamus modo periculum in familia Abasidarum. (rem enim ab initio repetere nimis taediosum foret) Primus ejus familiae Calipha fuit *Abdalla Saffahus*, qui ad regnum pervenit anno Hegirae 132. i. e. Christi 749. & mortuus postquam imperasset annos 4. menses 8. dies 26. anno Aerae Arabicae 136. i. e. Christi 753. Hunc excepit non *Madi*, ut male Sigebertus, sed *Abugjasar Almansor* Abdallae frater, qui diem supremum obiit anno Hegirae 158. i. e. Christi 774. filio *Muhamed Mahadi* successore relicto, qui regno praefuit usque ad annum Hegirae 169. i. e. Christi 784. vel initium 785. Ejus filius *Muso Alhadis* eo, quo Pater obiit die, creatus fuit Calipha, & obiit anno Hegirae 170. i. e. Christi 786. Hic successorem habuit fratrem suum *Aaronem Emir almumenin.* s. *Rasjidum*, sic à justitia cognominatum, cui mortuo anno Aerae Arabicae 192. elapsis 152. diebus suffectus est filius *Abdalla Alaminus*, qui & *Muhammed Abu Musa* vocatur. Haec ex Elmacini Historia lib. II cap. I ——— VIII. cujus fide & auctoritate Sigebertus in multis corrigendus & emendandus erit. Cum his nunc confer Monachum Gemblacensem, & unam eandemque Calipharum successionem esse videbis, quod enim *Abugjasarem Almansorem* Chronographus ille omiserit, ejus incuriae adscribendum, nec successioni ex Elmacino descriptae quicquam detrahit. II. Aaronem illum, qui Nicephoro bellum intulit, eumque tributarium fecit, esse Aaronem Calipham Persarum, nunc demonstrandum erit. Sigebertus ad an. 803. narrat: *Aaron Ammiras cum trecentis millibus contra Nicephorum Imperatorem ascendit, quem non ferens Nicephorus turpe foedus iniit, pactus se ei daturum annuatim tricena millia numismatum, & tria numismata in tributum capitis Imperatoris, & tria pro capite filii sui.* Id tribuit Elmacinus lib. II. cap. 6. Caliphae Persarum, quando ait: *Eodem anno* (nempe Hegirae 187. Christi 803.) *profectus est Rasjidus cum copiis suis, donec imminuit portis Heracleae, diripiens omnia, incendens atque vastans.* Petiit autem Nicephorus

fieri permiſit, ſed etiam ſacrum illum ac ſalutarem locum, ut illius poteſtati adſcriberetur, conceſſit, & revertentibus legatis ſuos adjungens, inter veſtes & aromata, & caeteras Orientalium terrarum opes, in-

cephorus ab eo pacem, certae ſummae tributum annuum ei pollicens &c. Hoc foedus bis violavit Imperator Graecorum, ideo Aaron, teſte Elmacino & Sigeberto ad annum 804. cum copiis ſuis invadit Graecorum fines, & tunc praelium committitur acerrimum, in quo Nicephorus, plurimis Graecorum caeſis vulneratur. Confer etiam ea, quae Theophanes de hoc bello narrat, & nullum tibi ſupererit dubium. III. ex donis transmiſſis probo eundem eſſe Aaronem, qui tentoria, Horologium, Elefantem, & qui Corpus S. Cypriani Sperati &c. Carolo dono dedit. Id teſtatur Faſciculus Temporum tom. 2. apud Piſtorium p. m. 64. *Aaron Rex Perſarum miſit Carolo Corpus S. Cypriani, Sperati & Caput S. Pantaleonis.* Clarius Ado antiquiſſimus Scriptor in Martyrologio ſuo ad XIV. Septembr. qui cum narraſſet, Carolum miſiſſe legatos per Africam ad Regem Perſarum, ſubjungit: *Hi*, legati, *cum Carthaginem dirutam, & loca venerabilia SS. Martyrum, revertentes à Rege Perſarum Aaron, qui excepta India, totum pene tenebat Orientem, vidiſſent, facile ſibi conciliato Principe, ac favorem in re tali praeſtante, pro magno munere rogaverunt ut oſſa B. Cypriani eis ferenda permitteret. Quod ille non magni ducens, continuo poſtulata conceſſit, utque pio Imperatori, cujus gratiam omnium, qui in toto terrarum orbe erant, Regum ac Principum amicitiae praeponeret, ipſi ea ferrent, libenter aſſenſit* &c. Sed haec demonſtraſſe, nullum ſcilicet intercedere diſcrimen inter Aaronem Emir Almumenin & Aaronem Amiratem, & Sigebertum nobiscum facere, ſufficiant. SCHMINCKE.

Sed etiam ſacrum illum & ſ. l. u. i. p. a. conceſſit] Sepulchrum Dominicum intelligit, ad quae loca jam tum frequens excurſus erat. Atque haec opinor, origo fabulae iſtius olim vulgatiſſimae, terram ſanctam à Carolo occupatam expeditione ac victoria ſolenni. Multi in ea re ſunt veteres: *Robertus Monachus lib. 1. Hiſt. Hieroſolymit.* init. *Martinus Sannutus lib. III. Secretor. fidel. crucis*, part. 3. c. 6. *Benevenutus de Rambaldis, Imolenſis Hiſtoria Auguſtali in Carolo M.* p. 10. tom. 2. Rer. Germ. Freheri, *Gobelin. Perſona* aetat. 6. c. 40. p. 192. *Auctor fragmenti Hiſtorici* ab Urſtiſio editi, *Wernerus Rolevinckius faſciculo Temporum* ad an. 784. & *Huldericus Mutius* lib. IIX. omnes decepti auctoritate *Pſeudo-Turpini*, qui Dominicum ſepulchrum à Carolo aditum ſcribit cap. 29. *Johannes* inſuper *Abgilli*, Friſius, cognomento *Presbyter*, ſcripſiſſe dicitur: *de Expeditione Caroli M. in Terram Sanctam*, & ab eodem capta eſſe Hieroſolyma. Quae etſi aperte fabuloſa, tradidit tamen Suffridus Petri *in Scriptor. Friſic.* decad. 6. c. 6. Sed has ac ſimiles fabulas ex merito rident cordatiores, adeo ut Robertus Gaguinus lib. IV. Hiſt. recte dixerit: *ea deliramenta eſſe magis vetularum, quam hominum ſcite & diligenter rerum narrationem texentium.* BESSELIUS. Fabula haec quando exorta ſit, certo definiri nequit, primus eſt Pſeudo-Turpinus, quantum memini, qui ejus mentionem facit, cujus aetas maxime obſcura & incerta eſt. Si conjecturae ſit locus, dicerem hanc fabulam primum emanaſſe, cum expeditiones cruciatae in Palaeſtinam inſtituerentur, ut enim earum excellentiam praedicarent legati Papae, finxerunt Carolum (nam talia & multo majora de Carolo noſtro otioſos homines commentos ſuiſſe, quis ignorat) etiam in Palaeſtina fuiſſe, ac barbaris locum illum ſalutarem eripuiſſe; atque hinc forte de aetate Turpiſſimi Turpini judicari poſſet. Verum quoniam teſtimonia indubitatae fidei deficiunt, id aliis dijudicandum & ex ſua obſcuritate eruendum relinquo. SCHMINCKE.

ingentia illi dona transmiſit, cum ei ante paucos annos eum, quem tunc ſolum habebat, roganti mitteret Elephantem. Imperatores etiam Conſtantinopolitani Nicephorus, Michael & Leo, ultro amicitiam & ſocietatem ejus expetentes, complures ad eum miſere legatos, cum quibus

Ingentia illa dona transmiſit] Inter illa, teſte Eginhardo in Annal. ad an. 807. praecipue fuit, *Horologium ex orichalco arte mechanica mirifice compoſitum; in quo duodecim horarum curſus ad clepſydram vertebatur, cum totidem aereis pilulis, quae ad completionem horarum decidebant, & caſu ſuo ſubjectum ſibi cymbalum tinnire faciebant, additis in eodem ejuſdem numeri equitibus, qui per XII. feneſtras completis horis exibant & impulſu egreſſionis ſuae totidem feneſtras, quae prius erant apertae, claudebant; nec non alia multa erant in ipſo horologio, quae nunc enumerare longum eſt.* SCHMINCKE.

Roganti mitteret Elephantem] Hunc anno 802. ad Carolum duxit Iſaacus Judaeus, obiit ille anno 810. in Lippeheim vid. Eginh. Annal. Vocabatur hic Elephas *Abulabaz* more in Oriente conſueto. Sic Elephas, cui inſedit Abrahah cognominatus *Alaſchram* Praefectus Arabiae felicis ſub Rege Abyſſinorum, ſ. ut alii, Rex Arabiae felicis & Abyſſiniae, cum tenderet ad obſidionem Meccae, appellabatur *Mahmoud* i. e. laudabilis, quia nolebat in obſidione illius Urbis ad muros accedere propter reverentiam loci ſancti, atque hac ratione irritam reddiderat expeditionem Abrahae. In India certa Elephantum erat familia, quae videbatur genu flectere, & ſe proſternere, videntes hoc Mahumedani, putabant illos Elephantes eandem cum iis colere religionem, hinc familiam illam Muſulmannam i. e. fidelem vocabant, & Sultan Mahmoud Indiam bello ideo aggreſſus eſt, ut hos Elephantes ſibi vindicaret, uti obſervavit Herbelotius in Bibliotheca ſua Orientali. Mos ille hodie in Imperio Magni Mogolis adhuc obtinet, ita enim de eo narrat Franciſcus Catrovius in hiſtoria hujus Imperii, quod nempe omnibus Elephantibus ſuis nomina Majeſtatis plena imponat, & quae magnis his beſtiis conveniant. Sic *Memum-babarecq* vocatur Elephas, qui lente & leniter incedit. *Dulſingar* alius eſt, & notat terrorem Exercituum. Primarius Elephas dicitur *Orang-gas* i. e. Princeps Elephantum &c. SCHMINCKE.

Nicephorus] Imperium invaſit anno 802. legati autem appulere anno 803. BOLLAND.

Michael] Impio Nicephoro à Bulgaris occiſo, ſuffectus eſt Michael Curopalates, religioſiſſimus Princeps, anno 811. BOLL.

Leo] Armenus, occupavit anno 813. Imperium, Michaele in monaſterium ultro ſecedente. BOLLANDUS.

Complures miſerunt legatos] Varios Graecorum Imperatores ad Carolum noſtrum miſerunt legatos, Nicephorus anno 803. tres in Franciam ablegavit, *Michaelem* Epiſcopum, *Petrum* Abbatem, & *Caliſtum* Candidatum. Ex Caliſto per errorem non nulli duos efficiunt legatos, ut Monach. Egoliſm. in Vita Karoli, qui hac de legatione verba faciens praeter Michaelem & Petrum enumerat *Caliſtum Abbatem*, & *Candidatum Abbatem*, ideoque ſine dubio Egoliſmenſis ille corrigendus eſt, ſiquidem ex aliis Annalibus certo conſtat, fuiſſe tantum tres legatos, quorum ultimus non *Abbas* ſed *Candidatus* fuerit, quo nomine etiam venit in Epiſt. CXI. Caroli M. ubi *Caliſtus* vocatur *glorioſus Candidatus*. Hi in Palatio *Sals* Imperatorem allocuti ſunt, & *pacis conditiones in ſcriptis ſuſceperunt*, quo facto domum reverſi ſunt. Anno 810. advenit *Arſatius*, ſeu ut alii, *Arſaphius* Spatharius, qui pacem cum Francis iniit. Hanc dein Michael Nicephori gener anno 812. per *Michaelem* Epiſcopum, *Arſaphium* & *Theogniſtum* vel *Theognoſtum* Protoſpatharios confirmavit, & Leo per *Chriſtophorum* Spatha-

quibus tamen propter susceptum a se Imperatoris nomen, & ob hoc ei, quasi qui Imperium eis eripere vellet, valde suspectum, foedus firmissimum statuit, ut nulla inter partes cujuslibet scandali remaneret occasio. Erat enim semper Romanis & Graecis Francorum suspecta potentia, unde & illud Graecum exstat proverbium:

Τὸν φραγκὸν φίλον ἔχῃς, γείτονα οὐκ ἔχῃς.

CAP. XVII. Qui cum tantus in ampliando Regno & subigendis exteris nationibus existeret, & in hujusmodi occupationibus assidue versaretur, opera tamen plurima ad Regni decorem & commoditatem pertinentia, diversis in locis inchoavit, quaedam etiam consumma-

Spatharium & *Gregorium* Diaconum mortuo Carolo, cum Ludovico Pio renovavit. Idem Radevicus de Friderico Eginhardum imitatus refert lib. 2. c. 76. *Imperatorem*, ait, *Manuelem Constantinopolitanum ultro amicitiam & societatem ejus expetentem, cum sese, sicut Antecessores sui, Romanorum appellaret Imperatorem, flexit, ut se non Romae, sed Neo-Romae vocet Imperatorem.* SCHMINCKE.

Propter susceptum à se Imperatoris nomen] Magna ex communibus titulis plerumque inter Magnates invidia. Qualem sibi ex adoptione nominis Imperatorii conciverat Carolus. Et tamen Michaelis Constantinopolitani legati Carolum *Imperatorem*, & βασιλέα appellarunt, ut videre est apud Adelmum, Reginonem, & Annal. Fuldens. ad an. 812. Tractu temporis invida & ambitiosa Graecorum natio, titulum nostris detrahere conata est, & suos quidem solos βασιλεῖς & αὐτοκράτορας Ῥωμαίων in Diplomatibus & Numismatibus proscribere, Dominosque orbis terrarum jactare, nostros autem Latinos tantum, & Alemannos, Francosque: Ῥῆγα Ἀλαμανίας, ἢ φραγγίας: ut est apud Nicetam Choniatem fol. 236. Videsis prolixam hac super re declamationem Marquardi Freheri *tom. II. Rer. Germ. in not ad Laonicum Chalcondylam extremis.* BESSELIUS.

Romanis & Graecis Francorum suspecta potentia] Monach. S. Galli lib. 1. c. 11. de Vita Caroli, invidiae hujus effectum, quamvis ridiculum enarrat: *Semper*, ait, *omnes Graeci & Romani invidia Francorum gloriae carpebantur*, hinc ortum putat, quod Graeci & Romani in animo habuerint, cantum in Francorum Regno corrumpere. SCHMINCKE.

Τὸν φραγκὸν φίλον ἔχῃς, γείτονα οὐκ ἔχῃς] Malim utrobique legere ἔχοις, ut apud Conradum à Lichtenau in Chronico editum est p. 228. Hinc à *ferocitate* Francos appellatos volunt, Sigebert. *Introd. ad Chronographiam* p. 478. Robertus de Monte, *append. ad Sigebertum* ad ann. 1168. Itemque Anonymus Erphesfort. *lib. de Landgravitis Thuring.* c. 1. quanquam alii rectius ad libertatem gentis nomen ipsum referre videantur. BESSELIUS. In omnibus MSS. meis vulgatam reperi, ita ut quicquam heic loci mutare temerarium videatur. Verba Graeca Latina sic se habent: *Francum amicum, sed non vicinum habeas.* SCHMINCKE.

Qui cum tantus in ampliando Regno] Sicut Eginhardus Suetonium, ita Radevicus Eginhartum imitatus est, qui lib. II. c. 76. ipsa fere verba Auctoris nostri descripsit: *Qui cum in ampliando Regno* (inquit) *& subigendis gentibus tantus existat, ut in praedictis occupationibus assidue versaretur, opera tamen plurima ad Regni decorem & commoditatem pertinentia diversis in locis inchoavit, quaedam etiam consummavit, & maximam providentiae partem obsequio pietatis impendit.* SCHMINCKE.

mavit. Inter quae praecipua non immerito videri possunt, Basilica S. Dei Genitricis Aquisgrani opere mirabili constructa, & pons apud Moguntiacum in Rheno quingentorum passuum longitudinis, (nam tanta est ibi fluminis latitudo) qui uno tamen, antequam decederet, anno, incendio conflagravit, nec refici potuit propter festinatum ejus decessum, quanquam in ea meditatione esset, ut pro ligneo lapideum re-

Basilica S. Dei Genitricis, A. o. m. constructa] Basilicam Salvatoris Sanctaeque Dei genitricis, vocat Mar. Scotus lib. III. aetat. 6. ad an. 814. itemque Poeta Westphalus lib. V. vers. 433. Ejus splendor mirificusque ornatus eleganter describitur à nostro cap. XXVI. nec minori verborum ambitione, à Ferio Helperico, sive is etiam *Alcuinus* est, de congressu Leonis Papae & Caroli, in his:

At aeterni hic alii bene Regis amoenum
Construere ingenti templum molimine certant.
Scandit ad astra domus muris sacrata politis.

Unde merito Aventinus lib. IV. Augustam hanc Basilicam usque quaque vivo solido & secto lapide, pulcherrima Symmetria exstructam, toti Europae venerabilem, & ex publicis operibus, quae Carolus M. fecit, praecipuum vocat. Quantum in ejus structura laboratum fuerit, vel inde cognosci potest, quod columnae ac marmora, Roma atque Ravenna devehi debuerint, teste post Eginhartum l. c. Sigeberto ad an. 795. Adde Francisc. Petrarcham lib. I. Epist. 3. & qui hanc rem ex professo prosecutus est, Petrum à Beeck in Aquisgrano c. 4. ubi inter caetera hi versus de consecratione templi leguntur:

Ecce Leo Papa, cujus benedictio sancta,
Templum sacravit, quod Carolus aedificavit.

BESSELIUS.

Hanc fundavit Carolus anno 796. ut testantur Chronic. Antiquum Colon. & Annal. incerti Auctoris, de Fundatione Ecclesiarum in Saxonia, apud Ill. Leibnitium in Corpore Brunsuicensi; ad cujus aedificationem ex omnibus regionibus cismarinis opifices vocavit, ut hanc Basilicam antiquis etiam Romanorum operibus praestantiorem aedificarent. vid. Monach. S. Galli lib. I. c. 30. de Vit. Caroli M. Exornabant maxime hoc templum *Musiva & Marmora Palatii Urbis Ravennae, tam in parietibus quam in stratis sita*, quae Hadrianus Papa Carolo concesserat. vid. Epist. LXVII. Cod. Carolini. SCHMINCKE.

Pons apud Moguntiacum in Rheno] Non minor Caesare Carolus, ad exemplum illius pontem in Rheno, longe ampliorem construxit, ingenti per decem annos labore, & opere mirabili è ligno, ut Auctor noster loquitur infra cap. XXXII. & ex eo Mar. Scot. ad an. 814. Conflagravit praeclarum hoc monumentum infortunato incendio anno 813. mense Majo, testibus Adelmo, Annal. Fuldens. & Alb. Stadensi; malè enim Sigebertus incendium hoc ad an. 811. retulit, cum clare Eginhartus noster, uno, antequam decederet Carolus, anno conflagrasse scribat. Quod autem jussu Ricolfi Episcopi Moguntini, atque adeo consensu Caroli, pons iste propter frequentia in eo latrocinia combustus fuerit, nondum persuadet Marianus l. c. cum *fortuitum* illud incendium Eginhartus cap. XXXII. *infortunatum* Alb. Stadens. an. 813. nuncupent. Imo si instaurare eum in animo habuit Carolus, quis auctoritate ac consilio ejus incensum credat? BESSELIUS.

Quingentorum passuum longitudinis] Brevissim. Chronic. Wirzburg. apud Baluz. tom. I. Miscell. ad an. 803. haec verba citans, legit *quinquaginta passuum*, sed vulgatam omnes & impressi & MSS. Codd. tuentur, ita ut sine ullo dubio ex hoc Eginhardi loco Chronicon illud emendandum

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [139] - 84
PUBLIC DOMAIN

restitueret. Inchoavit & Palatia operis egregii, unum haud longe a Moguntiaco juxta villam, cui vocabulum est Ingilenheim, alterum, Noviomagi

dum sit: Quis enim nescit, Rhenum apud Moguntiam non latiorem esse quinquaginta passibus? SCHMINCKE.

Palatia operis egregii] Complures villas palatiis insignes in Germania habuit Carolus. Sic *villa Duria* passim celebratur. *Villae Theodonis*, in qua palatium fuisse credibile est, mentio fit apud Adelmum ann. 805. *Salzs*, sive *Salt*, ut in MS. legitur, palatii ad Salam fluvium siti, meminit Poeta Paderborn. lib. II. v. 490.

——— ——— *prope moenia venit*
Magna Palatinae sedis, Salt nomine dicta.
Nascenti vicina Salae: nam fluminis hujus
Rivus adhuc modicus haec ipsa Palatia cingit,
Vix raucum per saxa ciens resonantia murmur.

Heristallium autem, cujus meminere Annal. Francici iidem ad ann. 797. palatium proculdubio Dioecaesis Leodiensis, ad cujus exemplum *Heristallium Saxonicum*, palatio item celebre, appellatum, haud vane auguratur Henric. Meibomius not. ad Gobelin. Personam aetat. 6. c. 38. Palatii *Spirensis* antiquitatem ex Alberto Stadensi repetit Christophor. Lehmannus Chron. Spir. lib. III. cap 33. Duo autem ista Palatia, quorum Auctor meminit, ab ipsis fundamentis à Carolo constructa sunt, alterum quidem *Noviomagi*, alterum *Ingelheimii*, quo de Anonym. lib. V. de Vita Caroli. vers. 435.

Ingylemheim dictus locus est, ubi condidit aulam,
Aetas cui vidit nostra parem minime.

Praeter haec duo alia quoque ab ipso Carolo condita arbitror, Palatium enim *Wormatiense*, quod juxta Adelmum ann. 790. nocturno incendio concrematum est, & ipsum à Carolo erectum esse, ex illis ejusdem Poetae versibus colligo, lib. II. vers. 496.

Wormatiam petiit, qua cum per tempora brumae
Mansisset, subito regales funditus aedes
Illic constructas noctu consumserat ignis.

Sed ut de hoc liquido affirmare non ausim, ita palam est, Regium Aquensem magnis sumtibus à Carolo conditam, qua de infra cap. XXII. BESSELIUS.

Juxta villam cui vocabulum est Ingilenheim] Ita Goldast. Alb. Stad. MSS. Besselii, Cajogonvil. & Bodlei. legunt, DuCh. vero Boll. & Editt. vulgatae omnes, ut & MSS. Lugd. & Cassell. habent, *cui nomen est Ingilenheim.* Priorem lectionem Goldastus variis ad h. l. astruit testimoniis, utpote usu in hoc aevo receptam. Et sane iste loquendi modus saepissime occurrit in antiquissimis etiam Scriptoribus, sic Othlon. lib. I. §. 22. Vita Bonifac. *quae prisco paganorum vocabulo appellabatur Arbor Jovis.* Annal. Loisel. ad an. 789. *Inde iter permotum partibus Sclavaniae, cui vocabulum est Wilze.* Annal. Metens. ad an. 774. *Et cum perveniisset in locum, cujus vocabulum est Ingilenheim* &c. Varia hujus villae apud Veteres deprehenditur scriptura, *Engilenheim, Ingihelheim, Ingilenheim, Ingolumheim, Ingelinga* &c. h. Ingelheim. Palatium, quod hic Carolus exstruxerat, Fridericus primus vetustate collapsum instauravit, ut videri potest apud Radevicum lib. IV. c. 76. de Vita Friderici I. *Palatia*, inquit, *si quidem à Carolo M. quondam pulcherrima fabricata, & regias clarissimo opere decoratas apud Noviomagum, juxta villam Inglinheim, opera quidem fortissima, sed jam tam neglectu, quam vetustate fessa, decentissime reparavit, & in eis maximam innatam sibi animi magnitudinem demonstravit.* Hoc Palatium teste Hermoldo apud Mabilionem de Palatiis Reg. Franc. centum columnis innitebatur, ejusque basilicae postes, aerei, & ostia aurea fuerunt. SCHMINCKE.

Noviomagi super Wahalem flavium] Urbs

gi ſuper Wahalim fluvium, qui Batavorum Inſulam a parte meridiana praeterfluit. Praecipue tamen aedes ſacras, ubicunque in toto Regno ſuo vetuſtate collapſas comperit, Pontificibus & Patribus, ad quorum curam pertinebant, ut reſtaurarentur, imperavit, adhibens per le-

haec hodienum *Nimmegen* appellatur, in *Betavia*, Gelrici Ducatus parte, ad Vahalim. Qua de prolixe Philip. Cluverius lib. II. Germ. Antiq. c. 36. p. 170. Eleganter eam deſcribit *in Satyris*, & inde repetit in Hiſtoria Batavorum, *Gerardus Geldenhauvius, Noviomagus*, quam deſcriptionem viſum eſt hic inſerere. Sic autem ille pag. 51. Hiſt. Batav. Edit. Scriv.

O Noviomagum, cui non certaverat ullus
Terrarum locus: & Rhodos & celebris Mitylene
Cedunt namque tibi, cedant & Teſſala Tempe:
Te nemus annoſae redimitum robore quercus,
Aequant Aonium, cingit fontesque ſalubres,
Quos adamat Clarius: hic candida turba ſororum,
Dulces docta modos divina poëmata cantat:
Alluit & placido Te curſu Walis ab arcto.
Regia te Superis templa, & te manibus imis
Arx ſacrata ornat, quam quondam milite caeſo,
Romani ſtatuere Duces in littore Walis.

BESSELIUS.

Pontanus in Hiſt. Gelriae cenſet Carolum hoc Palatium non de novo exſtruxiſſe, ſed tantum inſtauraſſe, quod latius proſequitur curioſus patriae Urbis Antiquitatis Indagator Johannes Schmit, in oppido ſuo Batavorum cap. 5. Confer etiam quae de hac Urbe & Palatio obſervavit Doctiſſ. Mabilio lib. IV. de R. D. SCHMINCKE.

Praecipue tamen aedes ſacras] Manifeſte *Suetonium* imitatur Noſter, Auguſt. c. XXX. Et vere tamen de eodem perantiquum diſtichon apud Petrum à Beeck Aquisgran. cap. V. p. 61.

Karolus Eccleſiis, quod Lunae lumina ſolis
Quas ex non eſſe Chriſto mutavit in eſſe.

Nec *aedes* tantum *ſacras*, ſed *ſcholas* etiam inſtauravit Carolus. Qualis fuere *Pariſienſis*, quam adjutoribus *Johanne & Claudio Scotis*, Bedae diſcipulis, Viris Eruditiſſimis, inſtituit, teſte Monacho S. Gallenſi lib. I. c. 1. & Middendorpio de Academiis. *Bononienſis* quoque Academiae initia ad noſtrum retulit Huldericus Mutius lib. VIII. De Schola *Osnaburgenſi*, & Profeſſoribus Graecae Linguae in eadem conſtitutis, diploma refert, manu Caroli munitum, Alb. Crantzius Metropol. lib. I. c. 2. Epiſcopatus autem complures ab eodem fundati ſunt. Nam in ſola Saxonia octo Epiſcopatus inſtitutos legimus apud Helmold. Chron. Sclavor. lib. I. c. 3. Paul. Langium in Chron. Cicizenſi principio. Niſi *decem* malis, juxta enumerationem Chronici antiqui Mindenſis p. 99. BESSELIUS. Si Academiam eo ſenſu, quo hodie in uſu eſt, accipiamus, valde dubito, an Carolus Pariſienſem inſtituerit. vid. Stephanum Paſquierium in Diſquiſit. Rer. Francic. lib. III. Loiſelium de Univerſitate Pariſienſi &c. qui tantum ſcholam erectam fuiſſe tradunt. Idem de Bononienſi cenſendum judico, vid. Conringii Diſſertat. de Academiis. Studium Caroli M. in exſtruendis & inſtaurandis aedibus ſacris maxime aemulatus eſt Fridericus I. de quo Radevicus lib. II. c. 76. ita narrat: *In aliis locis ac civitatibus, in renovandis Palatiis aedibuſque ſacris tantam liberalitatis magnificentiam declaravit, ut totum Imperium tanti Imperatoris & munere & memoria in perpetuum fungi non deſinat.* Sub. Carolo Miſſi, Comites, Vicarii &c. aedium ſacrarum curam gerebant, ut patet ex lege, quam hic Rex anno

legatos curam, ut imperata perficerent. Molitus est & classem contra Nordmannos, aedificatis ad hoc navibus juxta flumina, quae de Gallia & Germania septentrionalem influunt Oceanum, & quia Nordmanni Gallicum littus atque Germanicum assidua infestatione vastabant, per omnes portus & ostia fluminum, qua naves recipi posse videbantur, stationibus & excubiis dispositis, ne qua hostis exire posset, tali munitione prohibuit. Fecit idem à parte meridiana in littore provinciae Narbonensis ac Septimaniae, toto etiam Italiae littore usque ad Romam, contra Mauros nuper piraticam exercere aggressos. Ac per hoc nullo gravi damno vel a Mauris Italia, vel Gallia atque Germania à Nordmannis diebus suis affecta est, praeter quod Centumcellae civitas Hetruriae per proditionem à Mauris capta atque vastata est, & in Frisia quaedam Insulae Germanico littori contiguae à Nordmannis depraedatae sunt.

CAP.

no 807. dedit, quae sic se habet: *Volumus itaque ac praecipimus, ut Missi nostri per singulos pagos praevidere studeant,* —— *Primum de Ecclesiis, quomodo structae aut destructae sint in tectis, in maceriis, seu parietibus, seu in pavimentis, nec non in pictura & luminariis, seu officiis.* Confer cum hac hac lege illam, quae data est anno 804. tom. 1. Capit. Reg. Franc. Baluzii. SCHMINCKE.

Molitus est & Classem contra Nordmannos] Primus inter Germanos, qui post Saxonum in Britanniam migrationem, rei nauticae operam dedit, fuit Carolus. Binas enim adversus Nordmannos & Saracenos instruxit classes, teste praeter alios Aventino lib. IV. p. 218. Stationem suam classis altera habuit ad Bononiam, Gallicam civitatem maritimam, ipsis navibus circa *Gaudam* ac *Scaldim* fluvium aedificatis, ut est apud Adelmum ad ann. 811. Caeterum res mari à Carolo gestas breviter collegit Claud. Barth. Morisotus *in Orbe maritimo* lib. II. c. 7. BESSELIUS. Maxime Carolus Nordmannorum timebat invasiones per mare, rei enim nauticae ceteris erant peritiores, hinc non solum ipsemet classem paravit, sed etiam filio suo Ludovico Regi Aquitaniae injunxit, *fabricari naves contra Nordmannicas incursiones in omnibus fluminibus, quae mari influebant* ut Rodano Garonna & Selida. Hic Eginhardus Suetonium iterum imitatur, quem vide in Aug. c. 49. SCHMINCKE.

Contra Mauros nuper piraticam exercere aggressos] Hi anno 798. Insulas Baleares expoliaverant, quarum Incolae expetito à Francis auxilio, Mauris secundam repetentibus invasionem vi restiterunt, qua in velitatione barbaris illis signa nonnulla eripuerunt, quae postea in triumphum Carolo missa fuisse Eginhardus in Annal. ad an. 799. memorat. Anno postea 806. vastarunt Corsicam, sed Pipini classe appropinquante, aufugiebant, occisus tamen Hadumarus Comes civitatis Genuae, cum imprudenter contra hostes pugnaret. Et tandem anno 809. Corsicam penitus, depopulati sunt. Ita ut Italia a gente hac piratica haud minimum passa fuerit damnum. SCHMINCKE.

Praeter quod Centumcellae] Eginhardus ad an. 813. narrat, Irmingarium Comitem Emporitanum Mauris multa ex Corsica praeda onustis, in Insula Majorca, redeuntibus insidias posuisse, octoque naves eorum cepisse; quod Mauros ita irritaverit, ut subito *Centumcellas* h. Civita-

CAP. XVIII. Talem eum in tuendo & ampliando, ſimulque ornando Regno fuiſſe conſtat. Cujus animi dotes & ſummam in qualicunque, & proſpero & adverſo eventu conſtantiam, caeteraque ad interiorem atque domeſticam vitam pertinentia, hinc dicere exordiar. Poſt mortem Patris cum fratre Regnum partitus, tanta patientia ſimultates & invidiam ejus tulit, ut omnibus mirum videretur, quod ne ad iracundiam quidem ab eo provocari potuiſſet. Dein, cum matris hortatu filiam Deſiderii Regis Langobardorum duxiſſet uxorem, incertum

vita Vechia, & *Nicaeam* urbem Provinciae Narbonenſis aggreſſi fuerint ac devaſtarint. SCHMINCKE.

Et in Friſia quaedam Inſulae] Alii Scriptores terrae tantum continentis mentionem faciunt, ſed facile mihi perſuadeo, Nordmannos in illa expeditione & Inſulas *Texel*, *Vlie*, aliasque ſibi tributarias reddidiſſe. SCHMINCKE.

Talem eum in tuendo] Haec & ſequentia Auctor noſter ex Suetonio ſuo depromſit, quem vide in Auguſt. cap. 61. SCHMINCKE.

Filiam Deſiderii Regis Longobardorum] *Irmogardam* vocat Aventinus lib. IV. p. 218. alii *Hermingardim*, cum Paſchaſio Ratberto Corbeiae Veteris Abbate in Vita Adelhardi; quam expetitam à Carolo ſolennique more ductam, domum anno vertente remitti, non ferebat Adelhardus, Caroli Conſobrinus. Sed praevaluit Stephani Papae dira minantis auctoritas, ut ad priſtinum cum Hildegarde conſortium rediret. Epiſtolam Papae inter alios refert David Blondellus Genealog. Franc. tom. I. praefat. Apol. contra Chiffletium n. XXXIV. Carolomannus ſimiliter ejus frater filiam Deſiderii in matrimonio habebat, procurante itidem matre, quae cum pacis cauſa, ut clarè innuit Adelmus, ad ann. 770. in Italiam profecta eſſet, expedito negotio in Galliam ad Filios reverſa, adduxit filiam Regis Longobardorum, Carolomanno filio ſuo conjugio ſociandam, ut loquitur Auctor Annal. Fuldenſ. ad ann. 770. Mire ejus verba turbavit *Pithoeus*, adeo ut *Bertam* nomine fuiſſe Carolomanni uxorem credas, quod tamen ad matrem ejus referri debebat. BESSELIUS. Bertha Matrona prudentiſſima pacis ſtudioſa ingreſſa eſt Italiam, & inter Deſiderium ac Papam pacem fecit, vi cujus Rex Longobardorum Stephano quasdam Urbes tradidit. Ut autem illa pax eo firmior eſſet, filiam Deſiderii Carolo in uxorem petit, quam facili negotio impetratam, paulo poſt ſecum in Franciam ducit, ac Primogenito ſuo ſociat, ut nos docent antiquiſſimi Rerum Francicarum Scriptores. Emendandi igitur Annales Fuldenſ. quibus Beſſelius in errorem ductus eſt, (prout etiam DuCheſne in ſua editione ad marginem notavit,) quaſi Bertha Carolomanno filiam hanc Deſiderii in uxorem adduxerit, cum ex Epiſtola Stephani Papae 45. conſtet, eum Francam puellam habuiſſe in matrimonio, quo de conjugio plura ad cap. III. obſervavimus. Nemo vero putet, Bertham hanc pacem iniiſſe cum Deſiderio, ejusque filiam Carolo in uxorem ſua ſolum auctoritate poſtulaſſe, contrarium enim conſtat ex antiquiſſimo Vitae S. Adelhardi Scriptore Paſchaſio Ratberto, qui diſerte teſtatur Carolum *eam ſibi dudum etiam quorundam Francorum juramento petiiſſe in conjugium*; & Monach. S. Gallenſis lib. II. c. 26. Carolo omnia, quae in hac pace & deſponſatione acta & ſtabilita ſunt, adſcribit, ait enim *Carolum in firmitatem foederis, ne unquam à Regno Francorum diſcernerent, vel terminis S. Petri aliquam irrogarent injuriam, Filiam Deſiderii Longobardorum Principis*

certum qua de causa, post annum repudiavit, & Hildegardim de gente Sue-

cipit in uxorem duxisse. Ergo non solum hortatu matris, sed sponte & Optimatum consensu hanc virginem sibi sociavit. De nomine hujus Longobardae Scriptores inter se non conveniunt. Paul. Aemilius eam vocat *Theodoram*, Famian. Strada *Hermingardim*, Albericus Monachus à Cantoribus Gallicis *Sibillam* dictam memorat. Franzius in Hist. sua Caroli M. deceptus sine dubio nomine sororis Tassiloni nuptae, *Luitbergam* appellat. Verum horum omnium denominationem superare videtur illa quam profert Paschas. Ratbertus in Vita S. Adelhardi, qui puellam hanc *Desideratam* (non *Hermingardim* ut Besselius vult) vocat, antiquissimus enim est Scriptor, & primus quantum novi, qui illius nominis mentionem faciat. Nam minime me movet eorum auctoritas, qui adjective hic accipi hanc vocem volunt, siquidem contextus ratio aliud suadet. Talia etiam foeminarum nomina eo Aevo non insueta sunt, legimus enim apud Gregor. Turonens. Guntramnum habuisse Concubinam dictam *Venerandam*, quamvis non negem ejusmodi nomina potuisse primum adjective puellis imponi, quae postea tamen in propria degenerarint. SCHMINCKE.

Incertum qua de causa, post annum repudiavit] Hic Auctor noster suum Sueton. in Aug. c. 62. rursus imitatur. De vera hujus repudii causa non idem sentiunt Historici. Eginhardus veram causam incertam esse dicit. Monach. S. Galli lib. 2. c. 26. in Vita Caroli eam repudiatam vult, *quod clinica esset, & ad propagandam prolem inepta.* Verum si Stephani Epist. 45. consulimus, alia & longe verosimilior se hujus repudii offert causa, cum enim Papa audivisset Carolum cum *Desiderata* nuptias meditari, veritus est, ne sibi utriusque gentis amicitia in exitium vergeret, ideo statim ad utrumque fratrem literas minis & devotionibus refertas mittit, quibus ipsos à tali matrimonio absterreat. Operae pretium erit ipsa hic Stephani verba proferre: *Nostrae relatum est notioni, quod certo cum magno cordis dolore didicimus, quod Desiderius Longobardorum Rex vestrae persuadere dinoscitur Excellentiae suam filiam uni ex vestra fraternitate in connubio copulare, quod certe si ita est, haec propria diaboli est immissio, & non tam matrimonii conjunctio, sed consortium nequissimae adinventionis esse videtur.* Dein maxime Langobardorum gentem infamat, quasi sit *leprosa* ac *foetida* &c. & in memoriam revocat Carolo & fratri Carolomanno, quae non infortunia ex peregrinarum conjunctione per matrimonium exorta sint. Tandem veram profert causam, cur hoc matrimonium disuadeat ac prohibeat, dicendo: *Nam & illud Excellentiam vestram meminisse oportet, ita vos B. Petro & praefato Vicario ejus vel ejus Successoribus spospondisse, se amicis nostris amicos esse, & se inimicis inimicos, sicut & nos in eadem sponsione firmiter dinoscimur permanere. —— Quomodo nunc contra animas vestras agere contenditis, & cum nostris inimicis conjunctionem facere vultis, dum ipsa perjura Longobardorum gens semper Ecclesiam Dei expugnantes, & hanc nostram Romanorum provinciam invadentes, nostri comprobantur esse inimici?* Et in fine hujus Epistolae utrumque fratrem adjurat *per Deum vivum & diem judicii sub poena aeternae damnationis, ne quisquam fratrum Desiderii filiam ducere praesumat.* Quando hae literae ad Carolum pervenerint, non constat, videtur tamen quod post consummatum conjugium ipsi exhibitae fuerint, an vero iis solum minis deterritus, divortium cum sua uxore fecerit, non habeo quod dicam, forte Papa, qui salva amicitia inter Francos & Longobardos fines sui Regni extendere non poterat, Carolo spem potiundi Italia injecit, (hic enim Francorum Regnum in dies augere, unice in votis habebat) quod, quamdiu utraque illa gens arctissimo vinculo conjuncta esset, effici

Suevorum praecipuae nobilitatis foeminam in matrimonium accepit, de

non poterat, ideo Carolus eam repudiavit, & eo facto commodam Italiam subjugandi occasionem nactus est, uti supra de bello Longobardico vidimus. Sed haec sunt merae conjecturae, quae alia ratione accipinolim; quis enim certi quicquam in re maxime incerta ac tenebris involuta proferet? SCHMINCKE.

Hildegardim de gente Suevorum p. n. foeminam] Pervulgata est opinio *Hildebrandum* Caroli Martelli germanum, ut clare appellat *Fredegarius Scholasticus*, Gregorii Turonensis continuator, ex *Imma* Nebi filia, Huochingi nepte *Hildegardim* genuisse, quam Carolus M. in matrimonium duxerit. Quae conjectura quanquam Doctissimo *Blondello* apprime placuerit. tom. 1. Genealog. Franc. assert. n. XXXIV. non tamen omnino probari debet. Nam quod Adelhardus Caroli M. patruelis Hildegardim Reginam adeo aversatus est, ut seculum relinquere maluerit, *Paschasio Ratberto* teste, propter consanguinitatem factum esse non credo, quin potius propter repudiatam Hermingardim, quae solenniter erat desponsata Carolo. Fortassis ex eo genus Hildegardis luculentius cognosci poterit, quod Udalrici fratris ejus mentio habeatur apud Monach. S. Gallensem lib. 1. c. 14. Alioquin non paucae de hac Hildegardi feruntur fabulae. Nam quae à Crusio in Annal. Suevic. lib. II. part. 1. c. 2. de Talando & Hildegarda ex nescio quo otioso Monacho referuntur, indigna erant, ut pro Historia Chronico Spirensi insererentur à Lehmanno lib. III. c. 31. Exstat super hac re drama longe elegantissimum *Nicodemi Frischlini*, qui tamen ex vulgi opinione, ut decebat Comicum, rei seriem proponit. Obiit Hildegardis pridie Kal. Maji, in vigilia Ascensionis Domini Anno 783. consentientibus Adelmo, Regianone, Annal. Fuldens. Alb. Stadensi, aliis. Quare corrigendus Mar. Scot. lib. III. aetat. 6. qui ad an. 783. XI. *Kal. Martii* Hildegardam obiisse scribit. BESSELIUS. Reginae hujus nomen promiscue scribitur *Hiltegarda*, *Hiltigarda* vel *Hildegardis*, & apud Goldast. in Catalogo Nom. Proprior. *Hildigard*, *Hildilgard* vel *Hildiwart*. Ultimum, veram pronuntiationem & scripturam germanicam esse puto, Germani enim ea nomina per *w.* scribunt, quae Latini per *g*, ut omnes norunt. Haec teste Thegano *nobilissimi generis Sueverum puella* erat, quae originem suam ex Godofredo Duce Alemanniae derivabat, Godofredus enim genuit Houchingum, Houchingus Nebi, Nebi Immam, Imma Hildegardim. Hanc Carolus anno 771. uxorem duxit, & cum ea per 12. fere annos vixit. Quaeritur hic an Hildegardis Caroli fuerit secunda vel tertia uxor. Eginhardus aliique veteres eam secundo loco ponunt, sed si Stephani Epistolae 45. fides habenda est, non secunda, sed tertia erit, ea enim diserte testatur utrumque fratrem jam ante Patris obitum habuisse uxores Francas, quae autem illa Caroli fuerit, certo definiri nequit. Famianus Strada, nulla tamen quantum memini auctoritate, eam vocat Gallienam Hispanam Galastriae Regis Toletani filiam. Pl. R. P. Pabebrochius ad Vitam Hildegardis XXX. April. Hildegardam primam Caroli uxorem fuisse putat, quacum tamen conjugium nondum fuerit consummatum, cum Desideratam duceret. Sed in eo Viro Eruditissimo assentire nequeo, si enim matrimonium nondum fuit consummatum, quis dubitabit, illud dissolvi potuisse? Et non videtur Stephanum ulla ratione hoc modo de *desponsatis* tantum & futuris primum conjugibus locuturum fuisse, ait enim *quod Dei voluntate & consilio* conjugio legitimo *ex praeceptione genitoris* (Pipini) copulati *sint*, earum conjugum *vos amori oportet esse adnexos*, eis dimissis, *alias Uxores ducere non licet. Impium est*, alias *accipere* uxores *super* eas, *quas primitus vos certum est* accepisse, *nec* vestras *quoquomodo* conjuges *audeatis dimittere.*

de qua tres filios, Carolum videlicet, Pipinum & Ludovicum, totidemque

tere. Haec enim si quid video, non *desponsatis*, sed veris per matrimonium consummatum uxoribus, conveniunt. Et quis sibi persuadere poterit, Carolum ducturum fuisse Hildigardam uxorem, quam antea sponsam repudiaverat. Quapropter defunctam potius conjicio hanc, quam memorat Stephanus, Conjugem, antequam Desideratam in uxorem acciperet, quis enim credat Bertham foeminam prudentissimam simul ac sanctissimam filio suo aliam adducturam fuisse uxorem, si prior adhuc vixisset, eo enim animo matronam hanc abiisse in Italiam, ut Desiderii filiam Carolo jungeret, satis ex Vita Adelhardi apparet. Praeterea nullam Carolo fuisse uxorem, cum Langobardam illam duceret, ex eodem Ratberto constare puto, qui sine ullo dubio illius mentionem fecisset, & increpasset nuptias cum Desiderata, quod ea de causa Carolus legitimam suam uxorem dimiteret, uti fecit in matrimonio Caroli cum Hildegarda. Videamus ipsa verba & res manifesta erit. *Cum Carolus*, ait, *Desideratam Desiderii Langobardorum Regis filiam repudiaret, quam sibi dudum etiam quorundam Francorum juramentis petierat in conjugium, nullo negotio persuaderi potuit Beatus, dum adhuc esset tyro Palati, ut ei* (Hildegardi) *quam vivente illa* (Desiderata) *Rex acceperat, aliquo communicaret servitutis obsequio, sed culpabat modis omnibus tale connubium puer beatae indolis, quod & nonnulli Francorum Deo essent perjuri, atque Rex illicito uteretur thoro, propria sine aliquo crimine repulsa uxore.* Posset etiam quisquam conjicere, Carolo non fuisse uxorem legitimam, sed tantum concubinam, quam uxoris loco habuerit, quales tunc temporis plures Reges sibi in contubernium adsciviisse constat, & hae aliquando *uxorum* nomine veniebant, sic in continuatione Fredegarii Theudobaldus à Grimoaldo natus dicitur ex *concubina*, quae in Genealogia Regum Francorum vocatur *conjunx.* Caroli Martelli mater Alpais in Fragmento Erchanberti de Majorib. Domus appellatur *concubina*, & à Sigeberto *pellex*, antiquissimi vero Scriptores *uxorem*, sic Fredegar. c. 103. *Pipinus* aliam *duxit* uxorem *nobilem & elegantem nomine Alpheidam.* Gesta Francorum cap. 50. *habebatque Pipinus praefatus Princeps filium ex* alia uxore *nomine Carolum.* Tales autem Concubinae Regum non vulgaris, sed nobilis generis puellae erant, qualis fuisse dicitur Himiltrudis à Paulo Diacono de Episc. Metens. ex qua ante legale connubium filium nomine *Pipinum gibbosum* genuit. Suspicabar aliquando hanc Himiltrudem apud Stephanum nomine uxoris Caroli venire, quam, cum nobilis puella esset, Regem etiam haud vulgari loco habuisse, ita ut quidam singulari favore Regis nostri decepti, uxorem legitimam fuisse putarint. Verum quoniam huic conjecturae supra laudata Stephani Epistola obstat, priorem sententiam praefero. SCHMINCKE.

De qua tres filios totidemque filias] Similiter Theganus Chorepiscopus cap. 2. At plures recenset Paul. Diaconus Forojulienfis, cujus fragmentum de Episcopis Metensis Ecclesiae exhibet Petrus Pithoeus p. 289. *Hic*, inquit, *ex Hildegarde conjuge quatuor filios & quinque filias procreavit.* —— *Primus dictus est Carolus, Patris & Proavi vocabulo nuncupatus: Secundus item Pipinus, Fratri atque Avo aequivocus, Tertius Ludovicus, qui cum Clothario, qui biennis occubuit, uno partu est genitus.* Eadem de Clothario Auctor vitae Ludovici Pii ad an. 778. p. 339. *quorum unus*, ait, *immatura morte praereptus, ante pene mori, quam sub luce vivere coepit.* De filiabus major difficultas: nam inter quinque illas à Paulo relatas, *Immam* Eginhardi conjugem passim recensent. Meminit certe ejus Collector Chronici Belgici *sub anno Ludovici Pii* XII. fol. 91. Sunt, qui octo Carolo ex Hildegarde filias prognatas numerent,

que filias, Rotdrudim, Bertham & Gislam genuit. Habuit & alias filias tres, Thedradam, Hildrudim & Rothaidem, duas de Fastrada uxore, quae de Orientalium Francorum, Germanorum videlicet, gente erat, tertiam de concubina quadam, cujus nomen modo memoriae non occurrit. Defuncta Fastrada Luidgardim Alamannam duxit, de qua nihil liberorum tulit. Post cujus mortem quatuor habuit Concubinas, Mathalgardim scilicet, quae peperit ei filiam nomine Rothildim-

rent, *Rotrudin*, *Bertham*, *Giselam*, *Hildegardin*, *Adelhaidam*, *Bellixandram*, *Immam*, & *Gerthrudam*. BESSELIUS.

Rotrudis] Haec à Theophane in Chronographia sua ἐρυθρὰ i. e. rubra vocatur. Terminatio haec nominum foemineorum in *drud* maximo hoc aevo consueta erat, quod propter blanditias huic sexui innatas ni fallor, impositum fuit, notat enim *drud* vel *thrud* antiquo Germanorum idiomate *amabilem*, *amasiam* &c. ut ex Willerami Paraphrasi Cant. Cantic. abunde constat, quando ait: *Fos thu thine gloriam, ande thine Wathelicheyt niet te willes behavan* —— *So ne machtu ouch min* DRUT *sin*. Hinc multa ejus terminationis nomina reperiuntur, ut *Himeltrud*, *Appeltrud*, *Gertrud*, *Hildrud* &c. Hanc primogenitam Carolus Constantino Irenes filio desponsavit, sive id factum anno 781. sive 786. sive 787. dicatur, forte enim conciliari possunt utriusque sententiae patroni, dicendo: promisisse quidem Carolum anno 781. filiam suam Constantino, sed anno 786. vel 787. primum illam Graeco Juveni pleno titulo desponsasse, cum antea nimis tenerae adhuc esset aetatis. Licet vero haec desponsatio peracta fuerit, non tamen hanc puellam regiam Constantinus domum duxit, Irene enim nescio, quo contra Francos odio, filio suo Armenicam puellam junxit. Nec tamen improlis haec puella obiit, ex illegitimo enim concubitu suscepit Filium Ludovicum dictum, qui Abbas S. Dionysii fuit, & ex vi à decessit anno 867. vid. Annal. Bertin. Rotrudis autem anno 810. VIII. Id. Junii vitam cum morte commutavit. SCHMIN.

Gisla] Nata haec est in Italia anno 781. & à Thoma Episcopo Mediolanensi baptizata. vid. Eginhardi Annales. SCHMINCKE.

Thedrada] Fuit Abbatissa Argentogili notante Mezeraeo.

Hildrudis] Praefuit Farae monasterio vulgo *Faremoustier*, sito apud Meldos inter fluviolos Mugram & Albam in pago Briegio, quae secundum Mezeraeum praeprimis domum regiam macula affecit. SCHMINCKE.

De Fastrada uxore] *Fastradanam* alii constanter vocant, Rudolphi Comitis filiam de Orientali Francia, quam post obitum Hildegardis eodem anno in matrimonium acceperat Carolus, testibus Adelmo, Reginone, Annal. Fuldens. Alb. Stad. ad an. 783. Poeta Caroli M. incerto nomine lib. II. v. 37.

—— *Tunc est sociata*
Regali thalamo conjunx Fastrada vocata,
Filia Radolphi Comitis, sata germine claro

Crudelitas ejus infra ab Auctore cap. 20. perstringitur, quod Carolum à suae naturae benignitate ac solita mansuetudine, ad nescio quae crudelia facinora compulisset. Mortua est Fastrada anno 794. & sepulta Moguntiaci apud S. Albanum. BESS.

Luitgardim Alemannam] Obitum ejus ad an. 800. pridie Non. Junii Herm. Contract. Adelmus, Regino, aliique collocant. Unde corrigendus Auctor Annal. Fuldens. ad eundem annum, ubi vulgo scriptum *Hyldegardis* pro *Hliutgardis*, quod miror à *Pithoeo* & *Frehero* praeteritum. Commendat eandem Poeta Saxon. de Vita Caroli lib. III. v. 593. quod fuerit.

Moribus & vitae merito laudabilis omni.

BESSELIUS. Hanc Reginam ad coelum evehit in carminibus suis Theodulfus lib. III.

Quatuor habuit Concubinas] Invenias qui octo.

dim, Gerſuindam Saxonici generis, de qua ei filia nomine Adaldrudis nata eſt, & Reginam, quae ei Drogonem & Hugum genuit, & Adelluidam, ex qua Thederichum procreavit. Mater quoque ejus Berthrada in magno apud eum honore conſenuit, colebat enim eam cum

octo numerent, alios etiam qui plures. *Sex* certe concubinarum Eginhartus noſter haud obſcure meminit, quarum duas priores ante initum cum Hildegarda matrimonium ab eo adamatas crediderim: quatuor poſtremae poſt obitum conjugum in ſocietatem adſcitae ſunt. Neſcio quid muſſitent Veteres de *inſigni peccato*, quod nemini pandere voluerit Carolus, cujus tamen poenitentiam tandem egerit, ut ante mortem B. Aegidii precatione adjutus, ſchedam ab Angelo ſuſceperit, in qua deſcripta fuerit Imperatoris celata culpa cum abolitione impetrata. Quale illud crimen fuerit, conjectura non aſſequor, niſi quod quibusdam viſum eſt, ſeriam de tot concubinis poenitentiam egiſſe. Meminit ejus rei, ſed alia conjectura, ut opinor, ductus Alb. Cranzius Sax. lib. 11. c. 20. & poſt eum Auctor Chronici Epiſcop. Mindenſium initio operis fol. 723. edit. Piſtorii BESSELIUS. Mathalgardim. Alb. Stad. MSS. Bodl. & Lugd. inter Concubinas Carolinas non agnoſcunt, verum legunt: *poſt cujus mortem tres habuit concubinas, Gerſuindam* &c. Editt. autem vulgatae & MSS. Cajogon. & Caſſell. unanimi conſenſu quatuor, & inter eas Mathalgardim, concubinarum mentionem faciunt. Strada octo enumerat: *Mathalgardim, Gerſuindam, Adeldrudim, Adelindam, Hilmetrudim, Rachildim, Liutbergam, Leoniam.* Sed haec Auctori ſuo, omnibus antiquorum Scriptorum teſtimoniis deſtituto, relinquimus. SCHMINCKE.

Reginam, quae ei Drogonem & Hugum genuit] Hoc nomen fuit celeberrimae illi foeminae, quam inter concubinas habuit Carolus. *Regimopyrgam* vocat Avent. lib. IV. fol. 218. Ejus filii Drogo & Hugo ſatis in Hiſtoriis noti, ex eo, quod juſſu Ludovici Pii Fratris attonſi uterque fuerint, teſtibus Nithardo lib. 1. & Thegano cap. 24. Reconciliatum tamen Imperatorem iisdem legimus apud Adelmum ann. 822. Nam Drugoni quidem Ludovicus anno 823. Metenſium Epiſcopatum, Hugoni coenobialia monaſteria plurima, quae Thegan. l. c. recenſet, conceſſit. Unde Lupo Ferrarienſi Hugo non ſine cauſa *Abbatum ſummus* dicitur Epiſt. 88. Interfectus eſt idem Hugo anno Chriſti 844. 7. Junii, vitae, niſi me fallit calculus, anno 42. in pago Ecoliſmenſi. Legi merentur, quae tractatu peculiari de hoc Hugone *Joh. Beſſlius* inter opera poſthuma Paris 1647. edito, conſignavit. BESSELIUS. Drogo anno Chriſti 844. à Sergio II. Vicarius Sedis Apoſtolicae in Gallia & Germania deſignatus eſt. vid. Doct. e S. J. Patrem Henſchenium ad Vill. B. Rabani Mauri IV. Febr. Hugonem dicit Bollandus fuiſſe Abbatem Novalicienſem, multis poſt mortem miraculis clarum.

Mater quoque ejus Berthrada] Hanc alii Bertham, alii *Peretham* appellitant. Filiam *Heraclii* fuiſſe ex Siffrid. lib. 1. *Epit. Hiſt. cap. de Caroli M. progenie* diſcas. Annales tamen *Bertiniani* Bertradam hanc Pipini conjugem cognomine Bertam, Cariberti Laudunenſis Comitis filiam faciunt. Obiit anno 783. IV. Id. Julii conſentientibus Chronologis, uno alterove menſe interjecto, ex quo nurus ejus Hildegardis obierat, humataque eſt in Baſilica S. Dionyſii Pariſiis juxta Patrem Pipinum, teſte Mar. Scoto ad an. 787. BESSELIUS. Haec in Capitul. Reg. Franc. etiam *Berthana*, ab aliis *Berthradane* vel *Bertha* vocatur. Auctor Chron. Osnabrug. apud Meibom. illam *Thebergam*, quod idem cum *Bertha* nomen eſſe credit, & Chron. Belgic. Joh. à Leydis lib. 3. *Tetbergam* appellant. Sed apud

cum ſumma reverentia, ita ut nulla unquam invicem exorta ſit discordia, praeter in divortio filiae Deſiderii Regis, quam illa ſuadente uxorem acceperat. Deceſſit tandem poſt mortem Hildegardis, cum jam tres nepotes, totidemque neptes in filii domo vidiſſet, quam ille in eadem baſilica, qua Pater ſitus eſt, apud S. Dionyſium cum magno fecit honore humari. Erat ei unica ſoror nomine Gisla, à puellaribus annis religioſae converſationi mancipata, quam ſimiliter ut matrem, magna coluit pietate: quæ etiam paucis ante obitum illius annis, in eo quo converſata eſt monaſterio, deceſſit.

CAP.

antiquos Scriptores conſtanter *Berthrada*, ex qua per craſin fit *Bertha*, nominatur. Cujus gentis haec Regina fuerit, non idem omnes ſentiunt, quidam *Graecam* Heraclii Imperatoris filiam, ut Siff. Presbyt. alii *Michaelis Imperatoris ſororem* ut Joh. à Leydis in Chron. Belgic. lib. 3. alii *Hungaram*, ut Gotfrid. Viterb. Part. XVII. Verum in eo omnes errare, ſaepius laudata Stephani Papae Epiſtola manifeſte docet, in qua legitur: *ſed nec genitor veſter ex alio Regno vel extranea natione conjugem accepit*, Francam igitur fuiſſe neceſſe eſt, & quidem Cariberti Comitis filiam cum Auctore Annal. Bertinianor. ad an. 749. putarim. Hanc Pipinus, propter Anglam Theodardi conjugem, quam in deliciis habuiſſe nonnulli ex Chronico Beſuenſi narrant, dimittere in animo habuit, ſed ſuaſu & adhortatione Papae eam retinuit, ut eadem Epiſtola innuit. SCHMINCKE.

Quam ille ſuadente uxorem acceperat] Sic legit MSS. Bodl. & Caſſell. in reliquis & Editt. vulgat. *uxorem* omittitur. SCHMIN.

Deceſſit tandem poſt mortem Hildegardis] Berthradam obiiſſe anno 783. ſupra Cl. Beſſelius docuit, hinc corrigendus error in Goldaſto qui ad h. l. eam mortuam ſcribit anno 787. Regni vero Caroli XIX. SCHMINCKE.

Erat ei unica ſoror, nomine Giſla] Falluntur ergo, qui plures Carolo affingunt ſorores, praecipue illi, qui *Bertham* Rolandi matrem *tabulis genealogicis* paſſim obtrudunt, decepti falſa Turpini auctoritate, *Rolandum*, Ducem Exercituum Comitem Cenomanenſem & Blavii Dominum, nepotem Caroli, natumque Berthae ſororis ejus fuiſſe, in vita Caroli cap. XI. p. 72. Mireris incogitantiam *Erpoldi Lindenbrogii*, qui cum in Chron. Caroli M. fol. 25. unicam Carolo ſororem cum Eginharto aſſeruiſſet, mox ad fabulas delapſus, Rulandum Caroli M. ſororis Berthae filium contradictorie introducit. Decepit eadem res *Reinerum Reineccium*, de hiſtoria optime meritum, qui ut defectum in Annalibus obſervatum expleret, *Bertham* Carolo pro ſorore adjunxit, *Comment. ad Poet. Saxon. de Vita Caroli.* Idem judicium ferri debet de illa Inſcriptione, quae Treviri in Monaſterio S. Maximini extare dicitur: *Ada Ancilla Chriſti, Soror Caroli M.* Quae erudite, ut ſolet, confutat Gryphiander de Weichbild. Saxon. cap. IV. §. 9. BESSELIUS. Hanc Giſlam eandem eſſe, quae *Itisberga* nuncupatur, coliturque 21. Maji, cenſent Viri quidam Eruditi, BOLLANDUS. Sed tu vid. R. P. Papebrochium ad Vitam *Itisbergae*, qui variis argumentis eas diverſas fuiſſe docet. Nata haec Giſla anno 757. quam Conſtantinus irrito ſucceſſu filio ſuo in matrimonium petiit, teſte Epiſt. 45. Cod. Carolini. Abbatiſſa in monaſterio Calenſi fuiſſe videtur vid. Annal. Metenſ. ad an. 804. Praeter hanc & ſupra memoratam *Adam* nonnulli tribuunt Carolo & alias, ut *Effertam*, *Euſraſiam*, *Symphorianam*, &c. quae ſi re ipſa ſorores Caroli fuerunt, naturales dicendae ſunt,

CAP. XIX. Liberos ſuos ita cenſuit inſtituendos, ut tam filii, quam filiae primo liberalibus ſtudiis, quibus & ipſe operam dabat, erudirentur. Tum etiam filios, cum primum aetas patiebatur, more Francorum equitare, & armis ac venationibus exerceri fecit; filias vero la-

ſunt, qua ratione illud Eginhardo noſtro minime contrariatur, utpote qui de legitimis ſororibus ſolum verba faciat. Praeterea etiam plurimos *Magni* cognomento deceptos fuiſſe optime cenſet Thulemarius in diſſertat. *de Sororibus Caroli M.* quoties enim obſervabant, puellam hanc vel illam dici ſororem Caroli M. toties id de Carolo M. Pipini filio dictum putarunt, non animadvertentes & *Calvum*, & *Craſſum* hoc cognomen ſibi vindicaſſe. SCHMINCKE.

Ut tam filii quam filiae] Ita ex Codd. Reuberianis & MS. Florentino legendum, probante etiam Conrado Urſpergenſi fol. 129. & Alb. Cranzio, qui liberos utriusque ſexus literis erudiri curaſſe ſcribit. Procul dubio Illuſtrium Romanorum morem ſecutus eſt Carolus, apud quos matronae pariter ac puellae praeceptoribus conductis inſtituebantur. Quam rem prolixe extulit Caſpar Barthius Adverſ. lib. XXII. c. 5. Claudian. de Nuptiis Honorii & Mariae v. 233.

——— *Latios nec volvere libros*
Deſinit aut Grajos ipſa Genetrice Magiſtra.

Eadem conſuetudo ad alias gentes quoque poſtmodum à Romanis tranſiit. Quemadmodum videre eſt de *Gothis* ex Epiſt. I. Caſſiod. lib. IV. Caeterum an ex uſu fuerit, foeminas in artibus erudiri, non vane quaeſieris. *Ovidio* ſane non facile quis perſuaſerit, doctrinam in foemina cum pudicitia ſtare poſſe. Juvenalis etiam odiſſe ſe eruditam puellam teſtatur Sat. VI. v. 450. Quas & alias rationes contra mulierum eruditionem exaggerat Matth. Berneggerus *Quaeſt. Miſcell.* 98. Nihilominus & pudicas & eruditas, qua virgines, qua matronas, cum priſca videre ſecula, tum noſtrum etiam Principes aliquot, virginesque *Belgicas* ſumma literarum laude floruiſſe miratur; in quibus velut inter ignes Luna minores merito ſuo excellit *Anna Maria Schurmannia*, quae *peculiari diſſertatione*, plurimisque argumentis evicit, *poſſe ac debere femineum genus ad literas diſcendas excitari.* BESSELIUS. Eandem cum ſupra laudatis MSS. proferunt lectionem Alb. Stad. Goldaſt. Boll. MSS. Cajog. Lugd. Bodl. & Excerpta Trajectina, quam genuinam eſſe ex ipſo Eginhardo probari poteſt, qui cum in genere de Inſtitutione *filiorum* & *filiarum* Caroli verba feciſſet, paulo poſt in ſpecie diſſerit Regem noſtrum filios ſuos *equitando*, filias vero *lanificio* exercuiſſe. SCHMINCKE.

More Francorum equitare, armis ac venationibus exerceri fecit] Haec tum temporis exercitia ac progymnaſmata Principum erant, quibus ab ineunte aetate venturae olim virtuti bellicae praeluderent. Et quidem de equitandi ſtudio veterum Germanorum multa commemorat Jul. Caeſar *in Comment. de Bello Gallico.* De Venationibus autem tanquam praeexercitamentis bellorum exactius infra diſſeremus cap. XXII. BESSELIUS. In quibusdam Codd. legitur *venatibus* ſic Alb. Stad. MSS. Cajog. Goldaſti, Beſſelii & Lugd. Verum utraque lectio admitti poteſt, imo forte *venatibus* ex male intellecto literarum compendio exortum eſt. Venandi ſtudio Francos maxime deditos fuiſſe, ex omnibus hujus Gentis Hiſtoricis probari poſſet, ni prolixitate mea veſtra patientia abuti vererer. De Dagoberto legimus quod *adoleſcentiae aetatem, ut genti Francorum moris eſt, venationibus exercuerit.* Qui mos etiam apud Veteres obtinuit, ſic Salluſtius nobis de Jugurtha ſuo narrat, quod ille ſe non luxui, neque inertiae corrumpendum dederit, *ſed uti mos gentis illius eſt, equitare jacula-*

ri

lanificio assuescere, coloque ac fuso, ne per otium torperent, operam impendere, atque ad omnem honestatem erudiri jussit. Ex his omnibus duos tantum filios & unam filiam, priusquam moreretur, amisit. Carolum, qui major natu erat, & Pipinum, quem Regem Italiae

ri —— *ad hoc pleraque tempora in venando agere* maluerit SCHMINCKE.

Lanificio assuescere] Germani Veteres, etiam regiae dignitatis, plane ad exemplum Graecorum, lanificio filias suas operam dare voluerunt. Similiter Romanis etiam honestissima matronae lanam faciebant, exemplo Lucretiae, quam in lanificio offendit Tarquinius, testibus Livio l. 57. 8. Ovid. lib. II. Fast. v. 471. Aurel. Victor de Viris Illustrib. cap. 9. Neque est ut metuas, sola hoc ipsum imitatione Suetonii, cujus perquam studiosus noster est, factum esse ab Eginharto; Nam quanquam de Augusto ille cap. 64. §. 4. *Filiam & neptes ita instituit, ut etiam lanificio assuefaceret:* tamen mulierum Francicarum industria haec prope singularis erat; longe diversa à consuetudine Persarum, quorum foeminae *non aliud magis in contumeliam accipiebant, quam admovere lanae manus*, dictitante Curtio 5. 2. 19. Sed haec & alia ex professo persecuti sunt Arnisaeus de Republ. cap. II. sect. 12. num. 82. itemque Andreas Tiraquellus in Leg. Connub. 10. n. 38. ac prae cæteris Justus Lipsius Elect. lib. I. cap. 17. BESSELIUS. His adde Freinshem. ad Curt. v. 2.

Duos tantum filios, & unam filiam p. m. amisit] Simillimus in omni fortuna & casu Carolus noster Augusto fuit, ille enim in duodeviginti mensium spatio Cajum & Lucium, hic Pipinum & Carolum, amisit, quorum primus anno 810. VIII. Id. Julii, alter anno 811. 2. Non. Decembr. postquam strenue contra Graecos, Longobardos, Saxones & Sclavos operam navassent, mortuus est. SCHMINCKE.

Carolum qui major natu erat] Tot victoriis contra Bohemos, Danos, Sorabos, Westphalos nomen suum nobilitarat primogenitus Caroli M. *Carolus*, ut jam vix ulli per universum terrarum orbem bellica laude cederet. Recte de eo Poeta Westphalus lib. IV. v. 279.

Hic Patris æquivocus fuerat, nec nomine solo,
Indole sed mentis clara probitateque morum
Omnimodaque patrem virtutum dote referret,
Si rectore frui meruisset Francia tali.

Obitum ejus ad ann. 811. 2. Non. Decembr. collocant Adelmus, Annal. Fuldens. Regino, Monach. Egolismens. alii. Sigebertus tamen annum 810. nominat, quod perperam factum arbitror. BESSELIUS.

Pipinum, quem Regem Italiae praefecerat] Hic *Pipinus* ab Adriano I. Papa baptizatus anno 781. die 17. April. in quod tempus Pascha inciderat, ab eodem Susceptore nomen tulerat, cum antea dictus esset *Carolomannus*. Evangeliorum codex Tholosae in *S. Saturnini* tablino asservatus, hos versus praefert de Adriano:

Principis hic Caroli claris natalibus auctam
Carlinam sobolem, mutato nomine Pippin
Fonte renascentem & sacro baptismate lotum,
Extulit oblatum sacratis compater undis.

Eodem tempore Longobardorum s. Italiae Rex à Pontifice unctus, ut Ludovicus Aquitaniae, testibus Reginone, Adelmo, Herm. Contracto, Lamb. Schaffnabrug. Sigeberto, omnibus *ad annum* 781. Errat Marianus Scotus lib. III. qui in sequentem demum annum retulit. Amisit Pipinum Carolus aetatis anno 33. VIII. Id. Julii A. C. 810. Regni Carolo M. 42. ut curiose notavit Theganus de Gest. Ludovici Imp. cap. 5. BESSELIUS.

Re-

liae praefecerat, & Rotdrudim, quae filiarum ejus primogenita & Conſtantino Graecorum Imperatori deſponſata erat. Quorum Pipinus unum filium ſuum Bernhartum, filias autem quinque, Adelhaidem, Atalam, Gundradam, Berthaidem ac Thedradam ſuperſtites reliquit. In quibus Rex pietatis ſuae praecipuum documentum oſtendit, cum filio defuncto, nepotem Patri ſuccedere, & neptes inter filias ſuas educari feciſſet. Mortes filiorum ac filiae pro magnanimitate, qua excellebat, minus patienter tulit, pietate videlicet, qua non minus inſignis erat compulſus ad lachrymas. Nuntiato etiam ſibi Adri-

Rotrudim, quae filiarum ejus primogenita] Hujus deſponſationem Romae factam anno 781. *Conſtantino VII.* Imperatori Orientis, refert Lamb. Schaffnabrugenſis. Alb. Stad. ad eundem annum: *Conſtantino*, inquit, *filio Leonis & Irenae, deſponſata fuit Rotrudis, ſed mater ejus aliam ei invito conjunxit*. Nullam tamen ejus rei mentionem faciunt *Adelmus*, aliique eorum temporum Scriptores. Nam legati Conſtantini ad Carolum venere anno demum 786. teſtibus Nuenarii & Pithoei Annalibus. Quo ſenſu etiam illud Reginonis lib. II. ad eundem annum accipiendum reor: *Romam perrexit Carolus orationis cauſa, & ut ibi cum Miſſis Imperatoris colloquium haberet*. Et ſane ex eventu poſterius veritati propius apparet, Conſtantinus enim Imperator propter negatam ſibi Regis filiam iratus, *Theodorum Patricium* Siciliae Praefectum, cum Ducibus ſuis fines Beneventanorum vaſtare juſſit, quos tamen Caroli Duces ſuperiores ingenti ſtrage ceciderunt. Factum hoc anno 788. Falſi prorſus ſunt, qui *Gaurberto*, Cenomanenſi Comiti eandem poſtea nupſiſſe dictitant, cum clare noſter nullam filiarum Caroli vivente eo elocatam affirmet. Obiit uno menſe ante Pipinum fratrem VIII. Idus Junii anno 810. BESSEL. Vide quae notavi ad Cap. 18.

Unum filium ſuum Bernhartum] Hunc *Theganus Chorepiſcopus* ex concubina natum ſcribere videtur *de geſtis Ludovici cap.* 22. Sed minus vere, ſi rem recte aeſtimamus. Nam Carolomannus, qui poſtmodum Pipini nomen accepit, ut paulo ante diximus, natus ex Hildegardi anno 777. Bertham, Guilielmo Tholoſae Comite & Aquitanorum Duce, ac Cunegunde natam duxit anno circiter 795. Natus ergo videtur Bernhartus anno 797. quandoquidem Pipino patri anno 810. denato, ſtatim inſequenti ab avo ſuffectus, anno 812. bello idoneus judicatus eſt. Quare nec *Thegano*, nec eum ſecuto *Chiffletio*, facile aſſenſum praebuerim, Bernhartum ex concubina natum dicentibus. Obſtat enim (1) ſumma foeminae principis dignitas. (2) Caroli M. de Bernharto & Sororibus cura (3) Expreſſa Alcuini teſtificatio; quae omnia late ac nervoſe exſequitur *pleniore aſſertione Genealogiae Francicae tom.* 2. p. 200. & ſeqq. David Blondellus, Vir doctiſſimus, niſi quod Criticam non ſatis feliciter advocavit in corrigendo Thegano p. 203. in his: *Bernhartus filius Pipini, ut concubinâ natus:* obſcura enim eſſet Thegani narratio, ſi tanta cum diſſimulatione Pipinum primogenitum ex illegitimo thoro Caroli indicaret. Conjuraſſe eum adverſus patruum ſuum Ludovicum ex Adelmo ann. 817. conſtat. Unde oculis orbatus, paulo poſt non ſine Imperatoris moerore obiit, auctoribus Thegano cap. 23. Reginone lib. II. & Annal. Fuld. ad. ann. 818. Nam quod Stephanus Forcatulus lib. III. de Gallorum imperio & philoſophia p. 326. ſcribit, obtinuiſſe Bernhartum ut non ſtylo, ſicut caeteris, oculi ſibi effoderentur, ſed aurea pelvi Solis radiis intentiſſime aſpectis oppoſita, inter

Adriani Romani Pontificis obitu, quem in amicis praecipuum habebat, sic flevit, ac si fratrem aut charissimum filium amisisset. Erat enim in amicitiis optime temperatus, ut eas & facile admitteret, & constantissime retineret: colebatque sanctissime quoscunque hac affinitate sibi conjunxerat. Filiorum & filiarum tantam in educando curam habuit, ut nunquam domi positus sine ipsis coenaret, & nunquam iter sine illis faceret. Adequitabant ei filii, filiae vero pone sequebantur, quarum agmen extremum, ex satellitum numero ad hoc ordinati tuebantur. Quae cum pulcherrimae essent, & ab eo plurimum diligerentur, mirum dictu, quod nullam earum cuiquam aut suorum, aut exterorum

ter caetera homini, plus stylo quam rebus intento, condonandum. BESSELIUS.

Adriani Romani Pontificis obitum] Obiit Adrianus I. dicente Onuphrio Panvinio in Chron. Pontif. Roman. mane, VII. Kal. Januar. an 795. Indict. IV. postquam sedisset annos 23. menses 10. & dies 17. Cum Onuphrio convenit Lambert. Schaffnaburgensis, qui eundem in nativitate Domini 795. obiisse tradit. Marianus tamen Scotus ad an. 796. collocat his verbis: *Adrianus Papa obiit in nativitate Domini, quem velut fratrem aut charissimum filium planxit Carolus, VII. Kal. Januar.* Deceptum crediderim Adelmi ac Reginonis auctoritate, sed hi annum finientem ad sequentis initium retulere. Quanta inter Carolum & Adrianum intercesserit amicitia, vel ex Epitaphio Pontificis, quod ei posuisse dicitur Carolus M. intelligi potest. Versus aliquot ex eodem, ut editum est ab Onuphrio Panvinio *in annotat. ad Bartholomaeum Platinam* pag. 122. subjiciam:

Post patrem lacrumans Carolus haec carmina scripsi:
Tu mihi dulcis amor, te modo plango pater,
Tu memor esto mei, sequitur te mens mea semper,
Cum Christo teneas Regna beata Poli.
Te Clerus, populus, magno dilexit amore,
Omnibus unus amor, optime praesul, eras.
Nomina jungo simul titulis clarissime nostra,
Hadrianus Carolus, Rex ego tuque pater.
Quique legas versus devoto pectore, supplex,
Amborum mitis dic miserere Deus. BESS.

Quem in amicis praecipuum] Sic Codd. Caesarei, Bollandi, Besselius & omnia mea MSS. in vulgatis vero legitur: *quem amicum praecipuum.* Eandem locutionem fide eorundem Auctorum Eginhardo cap. 21. restitui: *amabat peregrinos, & in eis suscipiendis magnam habebat curam*, ubi vulgatae, *& eorum suscipiendorum.* SCHMINCKE.

Erat enim in amicitiis optime temperatus] Aperte satis in hoc capite Auctor noster Suetonium describit, quem vide in Aug. c. 64. & 66.

Quae cum pulcherrimae essent] Formam & elegantiam regiarum puellarum optime describit Theodulf. lib. III. carm. 1.

Nunc ad Virgineum flectat utrimque chorum
Virgineum coetum, quo non est pulchrior alter
Veste, habitu, specie, corpore, corde, fide.
Scilicet ad Bertham & Rodtrud, ubi sit quoque Gisla
Pulchrarum una soror sit minor ordo trium. SCHMINCKE.

Mirum dictu, quod nullam earum cuiquam a. s. a. e. n. d. v. sed omnes —— in domo sua retinuit] Alb. Stad. MSS. Bodl. Lugd. & Cassel. interserunt *dictu*, & sic etiam loquitur Auctor noster cap. 7. *difficile dictu est, quoties superati.* Anonym. Vitae Ludov.

rum nuptum dare voluit: sed omnes secum usque ad obitum suum in domo sua retinuit, dicens se earum contubernio carere non posse; ac propter hoc, licet alias felix, adversae fortunae malignitatem experdov. Pii Scriptor: *quod mirum est dictu.* Hic Eginhardo manifeste repugnare videtur Nithardus Caroli M. Nepos, qui narrat lib. IV. Bertam Angilberto nuptam, quo ex conjugio se cum fratre suo Harnido natum esse gloriatur. Sed commode uterque Scriptor conciliari poterit, modo sequamur viam, quam pro insigni in me favore Illustriss. Viri, CUPERUS & PERIZONIUS, per literas mihi monstrarunt, Eginhardum nempe hic loqui de filiabus Caroli *legitimis*, Nithardum vero & Angilberti Vitae Scriptores de *illegitimis* sive *naturalibus*, uti hodie vocantur. Et Bertham Angilberti uxorem ex illegitimo thoro susceptam filiam Caroli fuisse, non inepte judicant Viri Doctissimi, Bollandus ad Vitam Angilberti XVIII. Februar. Papebrochius ad Eginhardi Histor. translat. SS. Marcell. & Petri. 2. Jun. operae etiam pretium erit, Mabilionem de hoc Angilberti cum Bertha connubio inspicere. Mentem tamen suam plane aperire noluit Bollandus, ne Centulensium traditionem convellens, Monachorum incurreret odium. Sed objiciat quisquam, Bertha non naturalibus, sed legitimis Caroli filiabus ab Eginhardo accensetur. Verum respondeo, Eginhardum non omnium naturalium Caroli filiarum mentionem facere, ut nec sororum hujus Regis illegitimo thoro procreatarum, quales tamen Carolum habuisse, minime dubitem, siquidem id Auctori nostro dicenti, *erat ei unica soror Gisla*, minime repugnat. Praeterea licet Bertha hic legitimis annumeretur, illud non excludit, quod ejusdem nominis & *naturalem* habere potuerit. Egregia sunt, & omnem tibi eximent scrupulum, quae ea de re mecum communicare voluit Cel. PERIZONIUS, Praeceptor meus nunquam sine debita veneratione nominandus, cujus verba pace Viri hujus Eruditissimi hic describam: *Crediderim*, ait, *Eginhardum de Legitimis Caroli M. filiabus locutum, Nithardum autem genitum ex Bertha notha; id colligendum videtur ex ipso Nithardo, lib. 1. ubi ait:* Ludovicum divisisse relictam à patre pecuniam inter se & sorores suas a patre justo matrimonio susceptas, quas & instanter à palatio in monasteria sua abire praecepit. *Ergo legitimae Caroli M. filiae non matrimonio fuerunt, sed monasteriis addictae. Verum dices, Bertha inter legitimas filias nominatur, at neque illud impedimento est, quo minus verum esse possit quod dico, potuit enim filias eo nomine habuisse duas, ex legitima uxore unam, alteram ex concubina, aeque ac duos tales habuit Pipinos. Videtur itaque Pipinum & Bertham Angilberti uxorem genuisse ante legitimam prolem, & ideo insignivisse nominibus Patris & matris suae. Sed cum deinde ex legitima quoque uxore, plures generaret liberos, in his quoque illa Patris & matris nomina repetere voluit. Accedit quod Carolus M. in testamento suo §. 12. de filiabus agens, nullam ex iis nuptam memorat, sed loquitur tanquam omnes sint innuptae, nempe agit isthic haud dubie de legitimis tantum* &c. Hac solum ratione Eginhardus noster & Nithardus inter se componi possunt, quos alio quidem modo, sed frustra ni fallor, Doctiss. Mabilio ad Vitam Angilberti conciliare tentavit. SCHMINCKE.

Adversae fortunae malignitatem expertus est] Gobelin. Persona ad haec verba respiciens aetat 6. c. 40. fin. p. 193. *Unde scribit*, inquit, *quidam Magister ejus de eo, quod licet alias felix esset, in hoc adversae fortunae malignitatem expertus est.* Non desunt, qui haec de *Einhardo* accipiant, quasi consueverit ille cum filia Caroli M. *Imma* nomine, quae postmodum consensu Patris in matrimonium eidem collocata fuerit. Quam

pertus est, quod tamen ita dissimulavit, ac si de iis nunquam alicujus probri suspicio orta, vel fama dispersa fuisset.

CAP. XX. Erat ei filius nomine Pipinus ex concubina editus, cujus

narrationem ex codice Laurishamensi produxit, & Scriptoribus Germanicis praefixit *Justus Reuberus*. Exstat in Chron. Laurishamensi ad an. 805. apud Freherum *tom.* 1. *Rer. Germ.* p. 62. ex quo procul dubio desumsere, Johan. Wolfius *Centur.* VIII. *Rer. Memorab.* ad an. 800. Just. Lipsius *lib.* 2. *Monit. Pol.* cap. 12. num. 12. & Hubert. Thom. Leodius *de Palatin. init.* Simile quid in charta veteri scriptum: *de Indulgentia Caroli M. erga Einhartum, & ejus conjugem Immam*, memini me videre in *Augustissima Bibliotheca Guelpherbytana.* Sane res in utramque partem agitari potest. Etenim Eginhartus, cum Lotharium Ludovici I. Primogenitum Epistola quadam compellat, nepotem vocare non dubitavit, quod utique non feeisset, nisi Conjugis affinitate ac consanguinitate impulsus. Sic enim scribit ad eundem Epist. 34. *Admonendum censui neptitatem vestram, ut per prudentiam à Deo vobis concessam, caveatis periculum vestrum.* Ita in diplomate Ludovici, quod in Chronico Laurishamensi comparet, *Immae* nomen aperte legitur. Et graviter sane mortuam luxit Eginhartus, ut videre est ex ea Epistola, quae inter *Lupi Abbatis Ferrárienſis* Epistolas ordine tertia apparet, ubi *venerabilis, fidissima, gratissima uxor* dicitur, itemque *nobilissima & memorabilis foemina.* Nec adeo ab hac opinione abhorret *Blondellus*, qui *Emmam* ut vocat, ex nescio cujus contubernio natam, eo fine praeteritam ab Eginharto scribit, ne illati probri memoria refricaretur, tom. 2. Geneal. Franc. p. 180. Sed enim quocunque tandem colore narrationis seriem incrustent Eruditi, figmentum certe ac impostura elucet. Nam ne iterum in testimonium advocem ipsum Eginhartum, qui *Carolum nullam filiarum cuiquam aut suorum, aut exterorum, nuptum dare voluisse* affirmat, se ipsam satis prodit fabula, nata procul dubio ex Historia Monialis cujusdam, quae Clericum amatorem noctu per nivem dorso extra Curiam deportavit, inspectante Henrico III. Imperatore, qua de Ranulphus lib. VI. c. 21. Malmesbur. lib. II. c. 67. Aliis insuper argumentis fabulam detegunt ac confutant Caesar Baronius Annal. tom. IX. ad an. 826. Itemque Gryphiander de Weichbildis Saxonicis cap. IV. §. 13. p. 8. Caeterum perrara in historiis Monachorum de scortationibus filiarum Caroli mentio. Solus, quod sciam, rem aliquo modo tangit *Auctor Vitae Ludovici* Pithoeo editus p. 359. *Moverat*, inquit, *ejus animum jam dudum quanquam natura mitissimum, illud, quod à Sororibus illius in contubernio exercebatur paterno, quo solo domus paterna inurebatur naevo. Cui incommodo mederi volens, simul & cavens, ne quod per Odilonem & Hiltrudim olim acciderat, reviviscceret scandalum, misit Walam & Warnarium, nec non & Lambertum, sed & Ingobertum, qui Aquisgrani venientes talibus, ne accidere possent, cautela prospicerent.* BESSELIUS. Quale hoc fuerit scandalum, ex Fredegarii Chronico patet: *Chiltrudis*, inquit, *filia ejus* (Caroli Martelli) *favente consilio nefario novercae suae, fraudulenter per manus sodalium suorum Rhenum transiit, & ad Odilonem Ducem Bajoariae pervenit. Ille vero eam ad conjugium copulavit contra voluntatem vel consilium fratrum suorum.* Sed jure miratur, ac tacite reprehendit hic Eginardus consilium Caroli, qui filias suas nuptui non tradiderit. BOLLANDUS. Vide quae in dissertatione praefixa de Eginhardi Connubio cum Imma diximus.

Orta, vel fama dispersa fuisset] Auctoritate Alb. Stad. Bollandi, MSS. Bessélii, Cajogonv. Lugd. & Bodlei. *vel fama*, quod in vulgatis aberat, in textum recepi, quae lectio planum efficit sensum, fama enim solum alicujus probrum dispergitur. SCHMIN.

Erat

jus inter caeteros mentionem facere distuli, facie quidem pulcher, sed gibbo deformis. Is, cum Pater bello contra Hunos suscepto in Bajoaria hyemaret, aegritudine simulata, cum quibusdam primoribus Francorum, qui eum vana Regni promissione illexerant, adversus patrem conjuravit: quem post fraudem detectam & damnationem conjuratorum, detonsum in coenobio Prumia religiosae vitae jamque volentem

Erat ei Filius nomine Pipinus ex concubina editus] Hunc ante legale connubium ex *Himiltruda* nobili puella genuit, teste Paulo Warnefridi de Episcopis Met. Eccles. apud Pithoeum Ann. Franc. p. 289. Unde & *filius* Caroli *major* appellatur ab Adelmo ad an. 792. Hic conspirationem anno 792. adversus patrem iniit cum quibusdam Francis, quod se crudelitatem Fastradae Reginae ferre non posse asseverabant, teste Adelmo l. c. sed detecto per *Adulfum* Longobardum, quem *Fardolfum* vocat Lamb. Schaffnabrug. an. 792. & Alb. Stad. ad eund. ann. consilio, ipse quidem in monasterium trusus, socii autem conjurationis partim gladiis caesi, partim patibulis suspensi sunt. Mar. Scot. lib. III. an. 793. In Bajoaria factam esse hanc conjurationem Annal. Fuld. ad an. 792. testantur, sic enim recte hunc locum ex MS. correxit *Freherus*, cum editum esset à *Pithoeo* p. 13. Conjuratio Pipini contra Patrem facta *à Bajoaria* cito detecta & compressa est. Frustra hujus Pipini conspirationem in dubium vocat Huldericus Mutius lib. IX. confutatus à Cl. Boeclero *Historiae Caroli* pag. 5. BESSELIUS.

Cujus inter caeteros mentionem facere distuli] Sic DCh. Boll. Besselius, Alb. Stad. & omnia MSS. mea legunt, excepto Cassell. quod vulgatam, *nullam mentionem fecimus*, profert. SCHMINCKE.

Qui eum vana Regni promissione illexerant] Hanc lectionem veterum Codd. MSS. Reuberianorum ac nostri, eo confidentius textui inserendam duxi, quod Conradus Urspergens. & Alb. Stad. descriptores ambo Eginharti, totidem apicibus referunt. Nec abludit Sigebertus, Eginharti nostri prae aliis studiosus ad an. 792. his verbis; *Pipinus Caroli Regis ex concubina filius, gibbo deformis, à quibusdam Francorum Primoribus promissione Regni illectus, contra patrem conjuravit.* BESSELIUS. Vide ea, quae supra ad praefationem monuimus.

Damnationem conjuratorum] Ob meritum fidei servatae Ardulphus Monasterio S. Dionysii donatur, ut ait Eginhardus in Annalibus. Auctores vero hujus conjurationis ob crimen laesae Majestatis partim capite truncantur, partim suspenduntur, quae sententia in publico Populi conventu lata videtur, Chronicon enim Moissiacense narrat, quod universus populus judicaverit ipsum Pipinum, & eos qui consenserant, *ut simul & haereditate, & vita privarentur.* SCHMINCKE.

Detonsum in Coenobia Prumia] Eo Aevo Magnatum carceres, quos vulgo *Staatsgefängnisse* vocamus, erant monasteria, quam primum enim quisquam facinus aliquod commiserat, detonsus monasterio includebatur. Hujus poenae varia apud Historicos occurrunt exempla, Hilpericus I. filium suum Merovaeum, quod Brunichildam se invito duxisset, detonsum in monasterium mittit. Theodebertus à fratre suo Theoderico, nescio sub quo praetextu, vitam monasticam amplecti cogitur. Desiderius & Tassilo cum uxoribus & liberis suis idem senserunt fatum. Mittebantur autem in monasteria, ut delictorum suorum poenitentiam agerent, ideo ipsis coma abscindebatur, siquidem cum coma quemquam poenitentiam agere posse non credebant. Hinc variae leges ea de re latae sunt, quas vide apud Baluz. tom. I. Capitul. Reg. Franc. ad an. 744. & lib. VII. leg. 310. Plura Goldastus ad h. l. SCHMINCKE.

tem vacare permiſit. Facta eſt & alia prius contra eum in Germania vali-

In coenobio Prumia] Sangallenſis Monachus immaniſſime caeſum, & ad cellam S. Galli miſſum ſcribit, poſtea ad aliud nobiliſſimum monaſterium, *Prumiam* nempe, in Arduenna Galliae Belgicae Provincia ſitum. BOLLAND. Obiit in eo monaſterio anno 811. vid. Annal. Hildesh. SCHMINCKE.

Jamque volentem vacare permiſit] Barth. lib. XXII. Adverſ. cap. 6. legendum conjicit: *jamque quaſi volentem*, & vulgatam ortam vult ex literarum compendio, ita ut ex *quaſi*, factum ſit vulgatum, *que*, ait enim, *nefarius ille cogebatur velle, eiſi nullo modo ad eam vitam animo aptus fuerit.* Sed nihil hic mutari velim, cum omnes Editt. quas inſpexerim, ut & MSS. mea unanimi conſenſu vulgatam proferant. Brouwerus lib. VII. Annal. Trevirenſ. narrat, quod hic Pipinus Aſſuero Abbati in diſciplinam traditus fuerit, cujus induſtria ac pietate ad omnem monaſticae virtutis honeſtatem, cultumque traductus, vitae tempus iſtic in aſcetica & virtutis Chriſtianae militia poſuerit. SCHMINCKE.

Facta eſt & alia prius contra eum in Germania valida conjuratio] Septennio ſcilicet antequam Pipinus conſpirationem excitaſſet. Ita enim Adelmus ad an. 785. *Facta eſt eodem anno trans Rhenum apud Orientales Francos adverſus Regem immodica conjuratio, cujus auctorem Hartradum Comitem fuiſſe conſtabat.* Meminere hujus conjurationis etiam Annal. Fuldenſ. *ad eundem annum*, & Theganus niſi fallor, *de geſtis Ludovici Imp.* cap. 22. ubi *Hardiasum* vocat Ducem Auſtriae infideliſſimum. Sed ibi legerim *Hardratum* vel *Hartradum*, ſic enim appellat iterum *Adelmus* in eodem negotio, de conſpiratione *Reginbarii* Hartradi ex filia nepotis, adverſus Ludovicum Imperatorem, ad ann. 817. Aliquot annis exerrat *Sigebertus*, qui conjurationem hanc ad annum 789. refert in his: *Conjuratio valida facta eſt ab Auſtraſiis contra Carolum Regem, auctore Harderico: qua detecta, multi aut membris truncantur, aut exiliantur.* Verius Poëtaſter Anonymus lib. II. v. 197. cujus verba adſcribam, ut ſimul macula, quae ſcripto etiam codici Bibliothecae Juliae adhaeret, deleri queat:

Interea quidam conjuravere maligni,
Ut dirum facinus ſcelerato corde patrarent,
Vel ferro Regem, vel qualibet arte necando.
Criminis incentor Hardradus tunc Comes hujus
Exſtiterat, ſed ut indicio delata fideli
Factio ſaeva fuit, ſtatim ſedata quievit,
Ingens valde foret licet, & nimis acriter orta.
Auctores ejus privari lumine quosdam,
Exilio reliquos damnari juſſerat ipſe
Rex ſumme prudens, cujus clementia nulli
Reddiderat dignam tanto pro crimine poenam. BESSELIUS.

Hanc conſpirationem refert Chron. Moiſſiac. ad ann. 786. Sed Doctiſſ. Pagius in Critica ſua Baroniana id cum aliis Hiſtoricis ita conciliat, Eginhardum ſcilicet & alios memorare initium hujus conſpirationis, Chronic. vero Moiſſiac. finem & poenam ſociis hujus rebellionis inflictam. Detecta conſpiratione, omnes hujus criminis rei Wormatiam ad conventum publicum vocati ſunt, ubi Optimatum conſenſu plurimi eorum & vita & honore privati fuerunt. Eadem eſſe videtur conjuratio, quam anno eodem ſcil. 786. in Thuringia factam memorant Annal. Brev. S. Galli tom. 3. & Annal. Nazarii tom. 2. apud DuCheſne, ubi latius initium & finis ejus deſcribitur. SCHMINCKE.

Luminibus orbati] Frequens per ea tempora inter graviora nonnunquam ſupplicia erat *excaecatio*, cujus in omni fere hiſtoria exempla reperire licet. Belliſarium ſtrenuum illum Ducem, ſimili poenae genere, *oculis*, ex invidia privatum, ſtipem emendicaſſe novelli produnt Hiſtorici, Raphae-

valida conjuratio, cujus auctores partim luminibus orbati, partim membris incolumes, omnes tamen exilio deportati sunt, neque ullus ex eis interfectus est, nisi tres tantum, qui cum se, ne comprehenderentur, strictis gladiis defenderent, aliquos etiam occidissent, quia aliter coerceri non poterant, interemti sunt. Harum tamen conjurationum Fastradae Reginae crudelitas causa & origo exstitisse creditur, & idcirco in ambabus contra Regem conspiratum est, quia uxoris crudelitati consentiens, à suae naturae benignitate ac solita mansuetudine immaniter exorbitasse videbatur.

CAP. XXI. Caeterum per omne vitae suae tempus ita cum summo omnium amore atque favore & domi & foris conversatus est, ut nunquam ei vel minima injustae crudelitatis nota à quoquam fuisset objecta. Amabat peregrinos, & in iis suscipiendis magnam habebat curam,

phaelis Volaterrani libro XXIII. Anthrop. ac Petri Criniti lib. IX. c. 6. auctoritate nixi. Nescio, unde tantam quidlibet fingendi homines isti sibi sumserint licentiam, cum nullus veterum ejus rei vel verbulo meminerit. Et si quid video, inde tracta est narrationis series, quod conspirationis quondam in Imperatorem particeps sit habitus: sed absolutum eundem clare tradit Sigebertus ad an. 562. scripturus utique, si tale quid tanto Viro contigisset. Rationem ejus supplicii hanc fuisse puto, quod homines infideles & impudentissimi, nobilissimo fidelitatis ac verecundiae organo privarentur. BESSELIUS.

Exilio deportati sunt] Sic proferunt MSS. Cajogon. & Bodlej. quam genuinam Auctoris nostri lectionem esse, nullus dubito, hac enim & cap. VI. utitur: *& Rex Desiderius perpetuo exilio deportatus.* Annal. Loisel. ad an. 801. *Caeterum pro facinoris magnitudine exilio deportati sunt.* SCHMIN.

Harum tamen Conjurationum Fastradae Reginae crudelitas causa & o. e. c.] Hanc Caroli uxorem Brouwerus lib. VII. Antiq. Trevirens. contra Auctorem nostrum defendere conatur, ait enim: *Fastrada Caroli conjux vitam reliquit, foemina, cui tametsi crudelitatis & saevitiae notam adscribit Eginhardus, pietatis laude clarissima.* Utinam testimonia suae sententiae fide digna protulisset, ejusdem enim auctoritas non tanta est, ac Eginhardi Scriptoris ejusdem cum Fastrada aetatis, minime enim pietas & sanctitas cum crudelitate ac saevitia consistere possunt. Forte igitur dicendum erit, eam animum crudelem cum pio ac sancto ante mortem commutasse, de quo tamen conciliandi modo videant alii. SCHMINCKE.

Amabat peregrinos] Vitio vertunt hoc peregrinorum studium Carolo multi, & inter caeteros *Vir Magnus*, qui Historiam Saeculi IX. & X. nuper complexus est, in *Carolo M.* p. 5. Sed praeter Huldericum Mutium lib. VIII. res ipsa Carolo patrocinium debet. *Pietate plenum est*, inquit Cassiodorus lib. V. Ep. 9. *peregrinam gentem publicis beneficiis obligare, & non tantum patriotas ad substantiae lucra admittere, sed ipsos quoque advenas invitare.* Recte ergo Poëta Anonymus de Vita Caroli lib. V. v. 481.

Nemo peregrinos illo plus fertur amasse:
Nemo pari cura suscipiebat eos.
In quo pene modum pietas excesserat ejus:
Si quid in hoc nimium quisque potest facere.

Nam quod Scriptores Politici peregrinos plerique, cum civitate, tum officiis publicis arcent, ab hospitalitate veterum, &

Rebus-

ram, adeo ut eorum multitudo non ſolum palatio, verum etiam Regno non immerito videretur oneroſa. Ipſe tamen pro magnitudine animi hujuscemodi pondere minime gravabatur, cum etiam ingentia incommoda laude liberalitatis ac bonae famae mercede compenſaret.

CAP. XXII. Corpore fuit amplo atque robuſto, ſtatura eminenti, quae tamen juſtam non excederet, nam ſeptem ſuorum pedum procerita-

Rebuspublicis quibuscunque maximis nimium quantum abit. Neſcio, quid in mentem venerit Juſto Lipſio, cum iſthaec ſcriberet, not. ad lib. III. Polit. cap. 4. p. 260. *Ut in quam domum vespillones veniunt, ſignum eſt funeris: ſic Reipubl. labentis, ad quam fulciendam adhibentur peregrini.* Dure, inquam, nec pro ſolita ſapientia: qua tamen in re ſummos viros Matthiam Berneggerum quaeſt. miſcell. 159. & Henning. Arniſaeum lib. I. Doctrin. Polit. cap. 12. pag. 275. conſentientes habet. Ego vero Carolum rem recte reputaſſe arbitror, exemplo Romanorum, qui durante Republ. ſua à Conditoris Romuli usque aſylo, plerosque populos primum hoſtes, deinde cives habuerunt. Verum hoc quicquid eſt, pridem exhauſere Viri Doctiſſimi, Beſoldus Claſſe II. disput. III. Th. 6. Herman. Kirchnerus Diſputat. Polit. VII. Theſ. 3. Franc. Patritius lib. 3. de Republ. tit. 2. Petrus Gregorius Toloſanus lib. IV. de Republ. cap. 5. n. 22. & qui ſuis in Tacitum notis aeternam nominis famam meruit, Chriſtoph. Forſtnerus ad lib. XI. Annal. Tacit. cap. 23. p. 81. BESSELIUS.

Corpore fuit amplo atque robuſto] Monach. S. Galli lib. II. c. 16. eodem fere modo Imperatorem noſtrum cum Eginhardo depingit, *ſtatura*, ait, *erat optimus, forma decorus, oculis aſtrorum more radiantibus, voce clara & omnino virili.* In vita Caroli domeſtica Eginhardus Suetonium non tam imitatur, quam deſcribit. vide Suet. *Caeſar.* cap. 45. *Aug.* c. 64. 79. 89. *Claud.* c. 30. Neron. c. 51. Tit. c. 3. &c. Eginhardum deinde compilat Radevicus in vita Friderici I. SCHMINCKE.

Statura eminenti, quae tamen juſtam non excederet] Parum eſt, quod mediocrem Carolo ſtaturam aſſignat doctiſſimus Zevecotius Obſervat. Polit. ad Suet. Caeſar. cap. 45. Neque enim mediocritati cum eminenti ſtatura convenit. Et clare Poëtaſter Saxo lib. V. V. 335.

Egregie procerus, & hoc moderamine juſto:
Septem namque ſuis longus erat pedibus.

Quinque alioquin pedes ad juſtam militum ſtaturam requirebant Romani Veteres teſte Vegetio de Re militari lib. I. c. 5. At hanc menſuram Germanos exceſſiſſe, vel *Sidonius* locuples auctor eſt, qui eos non ſemel *ſeptipedes* appellat. Atque hanc Caroli M. fuiſſe ſtaturam, cum *Ferius Helpericus*, poematio, quo Caroli M. cum Leone Pontifice congreſſum deſcribit v. 173. teſtatur, tum ſingulari opuſculo *Marquardus Freherus* ſtaturam Caroli M. ex *baculo* quodam erudite demonſtrat. Meminit ejus virgae *Notkerus Balbulus*, ſive etiam alius quispiam eſt Monachus S. Gallenſis lib. I. c. 19. Inſcriptionem ejus ex Cimeliarcho Palatino eodem *Philoponemate producit Freherus* in hanc formam: KARLUS. IMPR. JUSSIT CUBITUM ISTUM FACERE JUXTA MENSURAM SUAM. Quae ſi vera ſunt, ut eſſe nemo prudens diffitebitur, Morboniam abire jubendus *Turpinus*, qui ſtaturam Caroli in longitudine *octo pedum ſuorum, eorumque longiſſimorum* fuiſſe nugatur, cap. 20. p. 80. Cujus tamen commenta repetit Siffrid. Presbyt. Epit. Chronol. ad an. 801. Bess. DCh. & Boll. ex ſuis MSS. in textum receperunt: *quae tamen juſtum non excederet modum*, ſed vulgatam praefero, non ſolum MSS. meorum & Kranzii fretus auctoritate, ſed etiam Suetonii, quem noſter in omni-

ritatem ejus conſtat habuiſſe menſuram. Apice capitis rotundo, oculis praegrandibus atque vegetis, naſo paululum mediocritatem excedente, canitie pulchra, facie laeta & hilari: unde formae auctoritas ac

mnibus aemulatur, qui in Galb. c. 21. eandem adhibet locutionem, *ſtatura fuit juſta*; nec neceſſe eſt hic vocem *modum* inſerere, cui τὸ *juſtum* reſpondeat, dixerat enim Auctor noſter Carolum fuiſſe *ſtatura eminenti, quae tamen juſtam* (ſtaturam) *non excederet*, ita ut vox *juſtam* reſpiciat τὸ antecedens *ſtatura*. SCHMINCKE.

Nam ſeptem ſuorum pedum proceritatem e. c. h. menſuram] In vulgatis plerumque legitur pro *menſuram*, *figuram*, ſed DCh. Boll. Beſſel. Ann. Metenſ. Kranz. Alb. Stad. omniaque mea MSS. conſtantiſſime proferunt, *menſuram*, qua voce eodem in ſenſu Eginhardus noſter in libris de translat. SS. Martyrum utitur: *Arbitratus ſum*, ait, *eum ſtatura corporis ſui minoris fuiſſe menſurae*. SCHMINCKE.

Oculis praegrandibus ac vegetis] Oculos Leoninos, ſcintillantes, ut carbunculi ſolent, ei tribuit Turpinus l. c. *Statim perterritus*, inquit, *erat, quem ipſe ira commotus, apertis oculis reſpiciebat*. Sed huic homini etiam vera narranti credere merito dubites. Quamquam oculos ejusmodi *Auguſto* attribuant Sueton. c. 79. Plin. lib. 11, c. 37. alii. Caetera, quae ad formam Caroli facere videntur, egregie pauciſſimis verbis complexus eſt idem Poëta, quem toties hactenus laudavimus lib. v. v. 337.

*Ipſe rotundus apex capitis * & obeſa*
Naris plus paulo quam mediocris erat.
Late fulgentes oculi, facies quoque laeta,
Et vox clara ſatis, pulchraque canities.

Ita Cod. MS. & Reineccius; ſed reponendum ex Eginhardo: *cervix & obeſa*. Spiſſa ſunt mendacia, quae de longitudine faciei ac barbae amplitudine vulgo gganniunt, cum conſtet ex virga illa, quam ad ſtatum ſuum fieri juſſit Carolus, quomodo pars ſe habuerit ad totum. *Barbam* autem ne in *vetuſtis* quidem *numismatis* ullam cernere licet, tantum abeſt, ut horrorem prae ſe tulerit aliquem. Meretur legi in hanc rem fragmentum Epiſtolae *Welſeri*, ut arbitror, quod operi ſuo *Freherus* adjecit. BESSELIUS.

Facie laeta & hilari] Turpiſſimus Turpinus Carolo adſcribit *viſum ferum*, quo ſi ſeveritatem innuere velit, admitto, unde ortum putem, quod nonnulli Hiſtorici Carolum vocent *terribilem*. Quaeritur hic an Carolus aluerit barbam nec ne? Sigillum Trevirenſe Caroli vultum imberbem, San. Dionyſiana barba modica, Oſnabrugenſe ſatis prolixa ornatum exhibent. Velſerus in Epiſt. ad Freher. p. 908. Oper. Velſer. negat Carolum prolixam habuiſſe barbam, quod ex Veteri nummo, in quo puro mento viſitur, & Eginhardi ſilentio probat, fieri quidem potuiſſe, ait, ut interdum tonſoris negligentia mentum & labra pili nonnihil inumbrarent, hac enim ſpecie Romae in muſivo opere illius aetatis conſpicitur, ſed prolixam & ſqualidam barbam abominor. Nummi aurei apud Stradam & alios (qui tamen plerumque ſuppoſiticii ſunt) & Statua aurea hujus Imperatoris San-Dionyſiana, quae Regibus Galliae cum inaugurantur loco ſceptri traditur, prolixam ſatis & criſpam exhibent barbam. Erudit. Papebrochius maxime urget Velſeri & Freheri conſenſum, dein Eginhardi ſilentium, & ſigillum Trevirenſe, ex quibus efficit Carolum nullam habuiſſe barbam, facieque fuiſſe propemodum juvenili, atque ita rejicienda eſſe omnia Sigilla S. Dionyſiana & Osnabrugenſe, in quibus Carolus barbatus conſpiciatur. Verum, quis novit numisma Velſeri an fuerit Primi, Calvi vel Craſſi, hi tres enim *Caroli* dicti ſunt. Praeterea ex Eginhardi teſtimonio vix certi quicquam elicitur, nam ille indefeſſus Suetonii imitator id negotii ſolum ſibi datum credidit, ut Carolum ſuum Au-

ac dignitas tam ſtanti, quam ſedenti plurima adquirebatur. Quanquam cervix obeſa & brevior, venterque projectior videretur, tamen haec caeterorum membrorum celabat aequalitas. Inceſſu firmo, totaque corporis habitudine virili. Voce clara quidem, ſed quae minus corporis formae conveniret. Valetudine proſpera, praeter quod, antequam decederet, per quatuor annos crebro febribus corripiebatur, ad extremum uno etiam pede claudicaret. Et tunc quidem plura arbitratu ſuo, quam Medicorum conſilio faciebat, quos pene exoſos habebat, quod ei in cibis aſſa, quibus aſſuetus erat, dimittere, & elixis aſſueſcere ſuadebant. Exercebatur aſſidue equitando ac venando, quod illi gentilitium erat, quia vix ulla in terris natio invenitur, quae in hac

guſto ſimillimum exhiberet. Quoniam igitur Suetonius nullius barbae mentionem facit, Auctor noſter & ſuo Domino barbam tribuere noluit. Si plura de barba Caroli noſſe cupis, adeas Papebrochium, Mabilionem, Tenzelium in dialog. Menſtruis, Thulemarium ad φιλοπόνημα Freheri de Statura Caroli M. & Heineccium de Sigill. Vett. German. part. 1. c. 9. Qui omnes (Doctiſſ. enim Papebrochius ſententiam ſuam poſtea mutavit inſpecto ſigillo Osnabrugenſi) Carolo modicam barbam vindicant, qualis videre eſt in Nummo Carolino Cel. Eggelingii, & Imaginibus Romae opere Moſaico depictis apud Sponium in Miscell. Eruditae antiquit. Sect. VIII. p. 284. Imagines Caroli M. quotquot vidi, maxime inter ſe differunt. Utinam omnes colligerent Celeb. Act. SS. Editores, uti promiſerunt ad Vit. S. Bonifacii V. Jun. p. m. 459. multae enim hinc ſolvi poſſent controverſiae, & magna rei veſtiariae Francorum affunderetur lux, quae hodie ſatis obſcura eſt. SCHMINCKE.

Tam ſtanti, quam ſedenti plurima acquirebatur] In vulgat. plerumque legitur *inerat*, ſed DCh. Boll. Annal. Metenſ. Alb. Stad. MS. Beſſelii, & omnia MSS. mea habent *adquirebatur*, quod etiam Radevicus lib. 2. c. 76. Eginhardum exſcribens agnoſcit. SCHMINCKE.

Equitando ac venando, quod illi gentilitium] Recte Francis ingenitum quaſi venandi ſtudium aſſerit noſter. Sic enim Caeſar de Germanis lib. VI. Bell. Gall. cap. 21. *Vita Germanorum omnis in venationibus atque in ſtudiis rei militaris conſumitur.* Similiter Tacitus de Germ. moribus cap. 15. §. 1. *quoties bella non ineunt*, multum venatibus, plus per otium tranſigunt, ſic enim recte hunc locum *Claverius noſter* ac *Lipſius* conſtituerunt, omiſſa negandi particula. Nec aliter de Veteribus Celtis *Arrianus* quispiam Athenienſis, *Cyneget.* cap. XV. pag. 45. quem utiliſſimum libellum è *Bibliotheca Vaticana*, ante annos *tredecim* primum erutum, debemus *Lucae Holſtenio*, Viro Clariſſimo. Sane non ſine cauſa inter heroica ac regia ſtudia venatio reponi ſolet, cum quod venatione ferarum *ad ſimilitudinem bellicae diſciplinae* exerceamur, juxta Cicer. lib. II. de Nat. Deor. cap. 161. tum quod πρὸς ἐυσωματίαν ἅμα καὶ ἐυψυχίαν apprime conducat. Quo factum eſt, ut Principes Perſici, Graeci, Romani, id operis ſtudioſe affectarint. Et quidem de Perſis copioſus eſt Barnabas Briſſonius, *de regio Perſarum principatu* lib. II. Apud Graecos *Alexander* dies totos in eo conſumſit, teſtibus Plutarcho in ejus vita, & Curtio lib. VIII. cap. 1. De Romanis plenae ſunt omnes Hiſtoriae. Digna memoratu res eſt, quam in *Trajano* idem ſtudium commendarit Plinius *Paneg.* c. 81. *Quae enim remiſſio tibi*, inquit ad Imperatorem, *niſi luſtrare ſaltus? excutere cubilibus feras? ſu-*

pe-

hac arte Francis possit aequari. Delectabatur etiam vaporibus aquarum naturaliter calentium, frequenti natatu corpus exercens, cujus adeo

perare immensa montium juga, & horrentibus scopulis gradum inferre, nullius manu, nullius vestigio adjutum? atque inter haec pia mente adire lucos, & occurrare Numinibus. Olim haec experientia juventutis, haec voluptas erat: his artibus futuri Duces imbuebantur, certare cum fugacibus feris cursu, cum audacibus robore, cum callidis astu: nec mediocre pacis decus habebatur submota campis irruptio ferarum, & obsidione quadam liberatus agrestium labor. Usurpabant gloriam istam illi quoque Principes, qui obire non poterant: usurpabant autem, ut domitas fractisque claustris feras, ac deinde in ipsorum quidem ludibrium emissas, mentita fugacitate colligerent. Huic par capiendi quaerendique sudor, summusque & idem gratissimus labor, invenire. E Germanis *Stiliconem* commendat Claudianus lib. 1. de laud. Stilic. v. 64. *Carolum* nostrum Eginhartus passim, quod venationibus etiam paulo ante obitum operam dederit. Et circumfertur memorabile dictum *Alberti* Imperatoris Germani: *Venationem virile esse exercitium, saltationem muliebre.* Ne plura adjiciam, faciunt summi ac Doctissimi Viri, qui hanc rem data opera persecuti sunt, *Bellisarius Aquivivius* singulari de *venatione* libro. Godeschalcus Stewechius not. ad Veget. lib. 1. cap. 7. & prae caeteris Andreas Tiraquellus de nobilitate cap. 37. BESSELIUS.

Quae in hac arte] Sic legunt Annal. Met. Alb. Stad. Poeta Saxo, Boll. & omnia MSS. mea, cum in vulgatis plerumque reperiatur *in hac re.* Sed priorem lectionem praefero, *arte* enim opus esse ad rite instituendam cum fructu venationem, norunt illi, qui huic studio dediti sunt. SCHMINCKE.

Frequenti natatu corpus exercens] Et hoc inter caetera gentilitium fuisse Carolo, haud frustra suspiceris. Poeta incertus de vita Caroli lib. v. vers. 321.

Praeterea solitus fuit exercere natatum,
Qua tunc arte magis nemo peritus erat,

Sic enim hic lego, jubente & versu & sententia, quamvis in MS. esset *venatum*, ut etiam cum dispendio legis metricae edidit *Reineccius.* Laudantur enim passim Germani, quod natandi fuerint peritissimi. Tacit. lib. v. Hist. cap. 14. eos *proceritate corporum in natando juvari & attolli credidit.* Cujus rei rationem exponit Aristoteles lib. IV. de Coelo cap. 6. text. 45. Unde Pompon. Mela non *patientiam* tantum illis *nandi*, sed *studium* etiam attribuit lib. 3. de Situ Orb. c. 3. Herodian. item lib. VII. cap. 2. nandi scientissimos Germanos dictitat: εἰσί δὲ, inquit, καὶ πρὸς τὸ νήχεσθαι ἐγγεγυμνασμένοι ἀτε μόνῳ λυτρῷ τοῖς ποταμοῖς χρώμενοι. Paria de Francis Sidonius *Panegyrico Soceri*:

——— *Functus tibi vincitur illic*
Cursu Herulus, Chunnus jaculis, Francusque natatu.

Gulielm. Brito lib. VII. Philipp. v. 336. de Gauberto Franco:

Hic Gaubertus erat ita doctus in arte natandi
Quod sub aqua poterat millenis passibus ire.

Scotis suis hanc gloriam vendicat Greg. Buchananus *Epithalamio Francisci Valesii & Mariae Stuartiae*:

Illa pharetratis est propria gloria Scotis,
Cingere venatu saltus, superare natando
Flumina, ferre famem.

Batavam autem juventutem caeteris Germanis hoc nomine praefert Dan. Heinsius in Orationibus. Apud Graecos pariter ac Germanos Principum similiter haec studia fuerunt. *Alexander Macedo* apud Plutarch. *in Vita ejus*: *O deterrimum me*, inquit, *qui nare non didici*, moxque rapto incumbens clypeo tranat. *Jul. Caesarem* nandi egregie peritum fuisse, nemo ignorat: *Qui cum desiliisset in mare, nando per 200. passus evasit ad proximam navem, elata laeva, ne libelli, quos tenebat, madefierent, paludamentum mordicus trahens, ne spolio potiretur*

adeo peritus fuit, ut nullus ei juſte valeat anteferri. Ob hoc etiam Aquisgrani Regiam exſtruxit, ibique extremis vitae annis usque ad obitum perpetim habitavit. Et non ſolum filios ad balneum, verum Optimates & amicos, aliquando etiam ſatellitum ac cuſtodum corporis turbam

retur hoſtis, auctore Suetonio lib. 1. cap. 64. *Auguſtum* quoque ejus rei expertem non fuiſſe, argumento eſt, quod nepotes ſuos *& literas*, *& natare* docuerit, teſte eodem Tranquillo in ejus Vita c. 64. Scio quid Viris Eruditis, & in his eorum Principi *Caſaubono*, ſuper hoc loco viſum fuerit: ſed cum libri antiquiſſimi, *Codexque MS. membranaceus Bibliothecae Electoralis, quae Coloniae ad Spream eſt*, quemque beneficio Ampliſſimi Viri, Johannis Ravii, ad editos libros comparavi, clare eam lectionem praeferant, nihil utique mutandum cenſeo. Verum erit aliquando locus amplius de his diſſerendi in *Animadverſion. ad Vegetii lib. 1. cap. 10.* BESSEL.

Valeat anteferri] Hanc lectionem DCh. Beſſel. MS. Ann. Met. & MSS. mea omnia, excepto Bollando, proferunt. Vulgatae habent: *potuerit praeferri*, ſed perinde erit, quam amplectaris, licet priorem lectionem tot Codd. auctoritate firmatam in textum receperim. SCHMINCKE.

Ob hoc etiam Aquisgrani regiam exſtruxit] Non ſolum Palatium templumque magnifice Aquisgrani exſtruxit Carolus, ſed etiam ſedem Regni Germanici ibi conſtituit. Unde verſus inſcriptus Curiae Aquenſi, referente, poſt Rutgerum Rulandum lib. v. de Commiſſ. part. 1. c. 4. n. 41. Gryphiandro *de Coloſſ. Weichbildicis* cap. 35. §. 14.

Carolus inſignem reddens hanc condidit Urbem,
Quam libertavit poſt Romam, conſtituendo,
Quod ſit trans Alpes hic ſemper regia ſedes
Ut caput Urbs cuncta, colat hanc & Gallia tota.

Et noti ſunt Rythmi ex hymno Eccleſiaſtico D. Carolo ſacro, quos in calce operis collocavit Petrus à Beek. *Urbs Aquenſis, Urbs regalis, Regni ſedes principalis, prima Regum curia.* Aeneas Sylvius in deſcript. Germaniae: *Aquisgranum Germanici Regni ſedes, ubi palatium tota Germania nobiliſſimum, Caeſarum, qui ex Teutonicis petiti ſunt, egregias ex lapide ſtatuas oſtentat: & delubrum inſigne in quo Reges ungantur.* Vid. Petr. de Andlo de Imperio Rom. Germanico lib. 1. cap. 13. & Marquard. Freherus notis ad eundem p. 137. Quam miſere paulo poſt Urbs iſthaec vaſtata ſuerit, & mox inſtaurata, ex hiſtoriis notum eſt. Caeterum de *Thermis Aquenſibus*, earumque ortu, qualitate, differentia, eleganter diſſerit *Franciſc. Fabricius*, peculiari tractatu, ac poſt eundem *Petr. à Beek, Canonicus Aquenſis in Aquisgrano* cap. 12. p. 238. Non poſſum quin *Ferii Helperici*, Poetae ejus aevi non omnino peſſimi, verſiculos aliquot ſubjiciam:

Hic alii Thermas calidas reperire laborant,
Balnea ſponte ſua ferventia mole recludunt,
Marmoreis gradibus ſpecioſa ſedilia pangunt.
Fons nimio bullentis aquae fervore calere
Non ceſſat, partes rivos deducit in omnes
Urbis. BESSELIUS.

Ergo non Regiam exſtruxit Carolus Aquisgrani, quod ibi natus fuerit, ſed propter Thermas calentes, ut recte Auctor noſter hic tradit. Hic Imperator aedificavit Baſilicam magnificam, quam teſte Eginhardo in Annal. *Capellam* vocabant, unde, judice Doct. Mabilione in libro de Palatiis Regum Franciae, orta eſt vulgaris hujus Urbis denominatio *Aix la Chapelle*. SCHMIN.

Satellitum & cuſtodum corporis turbam] Etſi Monachus Sangallens. non exiguum ſatellitum numerum hinc inde commemoret, tamen ſtrenue mentitur Turpinus cap. 20.

bam invitavit, ita ut nonnunquam centum vel eo amplius homines una lavarentur.

CAP. XXIII. Veſtitu patrio, hoc eſt Franciſco utebatur: ad corpus camiſiam lineam, & feminalibus lineis induebatur: deinde tunicam,

20. circa lectum ejus ſingulas noctes *centum viginti fortes orthodoxos* conſtitutos ad cuſtodiendum eum, quorum *quadraginta* primam noctis vigiliam traxerint, *decem* ſcil. *ad caput*, & *decem ad pedes*, & *decem ad dextram*, & *decem ad laevam*, manu dextra, nudam ſpatham, & ſiniſtra, candelam ardentem tenentes. Eodem modo ſecundam vigiliam alios quadraginta, ſimiliter alios quadraginta tertiam vigiliam noctis, usque ad diem, aliis dormientibus obſervaſſe. BESSELIUS.

Veſtitu patrio, hoc eſt Francico, utebatur] Retinentiſſimus antiqui moris Carolus fuit, adeo quidem, ut viſa *braccatorum* turba, indignabundus exclamarit: *En liberos Francos, qui eorum, quos vicere, veſtimenta inauſpicato uſurpant! Quid iſta pittaciola proſunt? totum non operiunt corpus, maxima ex parte nudum relinquunt, neque à pluviis ventisque defendunt.* Edixit ergo ne amplius hujusmodi veſtibus uterentur. Aventin. lib. IV. BESSELIUS. *Franciſco* legunt DCh. MSS. Cajog. Lugd. & antiquiſſima Vindobomienſia citante Lambecio, quorum auctoritate & in meam editionem recepi. Totum Francorum veſtitum nobis deſcribit Monach. S Galli lib. 1. de Vit. Caroli M. c. 36. cujus verba, cum maxime Eginhardum noſtrum illuſtrent, hic deſcribere viſum fuit. *Calciamenta*, inquit, *forinſecus aurata, corrigiis tricubitalibus inſignita, faſciolae crurales vermiculatae, & ſubtus eas tibialia vel coxalia linea, quamvis ex eodem colore, tamen opere pretioſiſſimo variato; ſuper quae & faſciolas, in crucis modum intrinſecus & extrinſecus ante & retro longiſſimae illae corrigiae tendebantur. Deinde camiſia ſilicina* (ſeu *glexina*, prout in margine notarunt Editores) *Poſt haec baltheus ſpathae colligatus, quae ſpata primum vagina, (ſagea alii) ſecundo corio qualicunque, tertio linteamine candidiſſimo cera lucidiſſima corroborato, ita cingebatur, ut per medium cruciculis eminentibus ad peremtionem gentilium duraretur.* (*auraretur* alii) *Ultimum habitus eorum erat pallium, canum vel ſaphirinum, quadrangulum duplex, ſic formatum, ut, cum imponeretur humeris, ante & retro pedes tangeret, de lateribus vero vix genua contegeret.* Egregie Imago Caroli M. operis Moſaici apud Sponium p. 224. Miſcell. Erudit. Antiquit. Veſtitum Francorum illuſtrat & explicat. SCHMINCKE.

Camiſiam lineam] *Subuculam* intelligit, quae cutem proxime attingebat, ut recte interpretatur Elias Vinetus Comment. ad Auſonium n. 84. *Interulam* alii appellant. Papias Gloſſario: *Interula, interior tunica, hoc eſt ſupparus*, (ſic enim hic lego) *quod vulgo dicitur Camiſia.* Nam quod Caſpar Barthius Animadverſ. in Gulielm. Britonem lib. II. Philipp. v. 397. *Superarium* in Papia pro Suparo ſubſtituit, longius petitum eſt. Clare Paul. Diaconus Epitomator Feſti, colum. 457. Edit. Gothofredi: *Supparus veſtimentum puellarum lineum, quod & ſubucula, i. e. Camiſia dicitur.* Brito in Synonimis:

Interulam vel Camiſiam rem dicimus unam,

Additur his alias ſubitura ſubucula veſtes.

Eleganter *Camiſias* deſcribit Hieronymus ad *Fabiolam de Veſtitu* Sacerdotum: *ſolent*, inquit, *militantes habere lineas, quas Camiſias vocant, ſic aptas membris, & adſtrictas corporibus, ut expediti ſint vel ad curſum vel ad praelia.* Frequens eſt eadem vox apud *Guibertum Abbatem, Ekkehardum Juniorem, Vitriacum*, aliosque. Nec minus eleganter adhibetur in Sarca-

cam, quae limbo ſerico ambiebatur, & tibialia: tum faſciolis crura, &

ſticis illis Rythmis, quos de *Regula B. Libertini in variis, de corrupto Eccleſiae ſtatu Poematibus*, edidit *Mathias Flacc. Illyricus:*

Canonici noſtri ſunt raro calceati,
Sed camiſiis & retibus ſunt ſuperpelliciati.

Origo vocis, vel à *camis* h. e. lectis ſeu ſtratis brevibus, juxta Iſidor. Origin. lib. XIX. cap. 22. dependet; vel quod rectius à Germanico *Hämmet*, quod Alamanni, ut variat pronuntiatio in talibus, *Chamit* dixere, unde facilis lapſus in Camiſia; quae & alia enucleate eruit Goldaſtus, not. ad Ekkehardi Caſus cap. X. pag. 124. tom. 1. R. Alam. BESSELIUS.

Feminalibus lineis induebatur] Obſcura res eſt, & periculoſae plenum opus aleae, ſingula veſtimentorum genera Veteribus uſurpata, ſine haeſitatione proponere. Et quidem de femoralibus ingens inter doctos concertatio eſt, an Graeci Romanique uſum eorundem ſciverint, nec ne? Invenias, qui cum legunt in veterum libris feminalia ac tibialia, non alia exiſtiment ab iis fuiſſe, quae nos hodie vocamus; ſed temerarie, ac imperite, judice Iſaaco Caſaubono Commentario in Suetonii Auguſt. c. 82. p. 278. cum tamen Veteres *faſcias* potius intelligant, quibus antiqui pedes, crura & femora involvebant. Equidem reliquias talium, praeſertim autem tibialium in Lithuanis hodienum cerni pene affirmarim. Quae natio cum habitus ſui morumque ſit ſervantiſſima, fieri poteſt, ut ab antiqua usque conſuetudine haec retinuerit. Secus tamen ſe res habuit, ut ego quidem arbitror, cum veſtimentis Francicis. Feminalia enim illa Celtis, Gothis, aliisque populis uſitata, dicta ſunt, quod femora tegerent, & alio nomine *braccae*, non quod ſint *breves*, ut nugatur Iſidorus Orig. lib. XIX. c. 22. ſed quod eſſent circa ventrem & femina, nomine Germanico. Ita enim Heſychius: ἀναξυρίδες, φημινάλια, βράκια βαρβαρικά: indeque à Graecis recentioribus tibialia κουρτζουβάκια appellata ſunt, quemadmodum videre eſt ex Georg. Codino de offic. Conſtant. p. 141. Et feminalia quidem illa noſtris moribus hodiernum uſitata, indigetari, abunde teſtatur cum *Hoſe* vocabulum, etiam Paul. Diacono uſurpatum lib. IV. Hiſt. Longobard. cap. 23. tum lepidiſſima ſeu fabula ſeu Hiſtoria, de Comitibus Caroli apud Sangallenſem Monachum lib. II. p. 404. quam etiam Aventin. lib. IV. refert: ubi Satellites ejus, recens comparatis braccis ſuperbi, mox à Carolo ſub tempeſtate pluvioſa venatum educti, & ad calentem focum poſtmodum evocati, riſum Carolo propter lacerata tantillo intervallo veſtimenta excuſſere: *Cumque*, inquit Sangallenſis Monachus, *ad obſequium Domini cuncti Hoſas ſuas vellent extrahere, ille prohibuit; advocataque regina, oſtendit ocreas diruptas.* Jam olim de Francis ſcripſerat Agathias lib. II. Nuda ſunt pectora ac terga ad lumbos usque. Inde braccis alii lineis, alii coriaceis tecti, crura obtegunt. Vid. Joh. Iſaacius Pontanus lib. VI. cap. 18. Nec multum abit antiquiſſimus Longobardorum habitus, quem deſcribit Paul. Diaconus lib. IV. Hiſt. Longobard. c. 23. unde non pauca de Francorum veterum veſtitu poſſis diſcere: *Veſtimenta*, inquit, *eis erant laxa & maxime linea, qualia Anglo Saxones habere ſolent, ornata inſtitis latioribus, vario colore contextis. Calcei vero eis erant usque ad ſummum pollicem pene aperti, & alternatim laqueis corrigiarum retenti. Poſtea vero coeperunt Hoſis uti, ſuper quas equitantes tuburgos byrreos mittebant. Sed hoc de Romanorum conſuetudine traxerunt.* BESSELIUS. Vide etiam, quae de pictura Caroli Calvi apud Baluzium tom. 2. Capit. Reg. Franc. notavit Du Cange in V. *Armiger*.

Tunicam, quae limbo ſerico ambiebatur] Camiſiam excipiebat tunica, cujus limbus opere phrygio variatus erat, ut videri poteſt

& pedes calceamentis constringebat: & ex pellibus lutrinis thorace confecto,

test in statua aurea S. Dionysiana Caroli M. Imagine Caroli Calvi apud Baluz. l. c. & Mabilion. in Musaeo Italico. In his picturis visitur tunica Imperatoris coerulei coloris, aureis floribus respersa. SCHMINCKE.

Tum fasciolis crura] De his egit Canisius ad *Alcuini Epist.* 38. & Du Cange V. *Fasciola.*

Pedes calceamentis constringebat] Solearum genus fuisse arbitror, quas peculiari nomine *Gallicas* dixere veteres. Sunt autem *Gallicae*, definitore Tiraquello not. ad Alexand. ab Alexandro lib. v. c. 18. *soleae ligneae, aut è subere, quibus foeminae potissimum utebantur*, quas crepidas appellari posse, Gellius lib. XIII. c. 20. affirmat. Benedict. Balduinus de *Calceo antiquo* c. 14. hoc discriminis inter Gallicas, crepidasque fuisse observat, quod Gallicarum soleae è ligno fuerint, crepidarum vero duplici triplicique corio compacto constiterint. Atque harum imaginem hodie adhuc apparere in Capucinorum soleis, illarum in Fulliensium sandaliis exstare. *Ciceronem* aliqui, praeeunte Gellio, Philipp. 2. alibique, Gallicarum mentionem fecisse ajunt, id quod tamen doctissimis Viris, Julio Nigronio *dissert. de Caliga* & Octav. Ferrario *de Re Vestiaria* part. II. lib. 2. c. 1. displicuit, qui *caligas*, etiam contra Gellium, pro *Gallicis* Ciceroni asserunt. Formam calceamentorum facile discas ex ea descriptione, quam ex Paulo Diacono paulo ante proposuimus, nempe quod ad summum prope pollicem aperta fuerint, & alternatim laqueis corrigiarum retenta. Unde inter calceari & vincire parum intererat, ita quidem, ut Latini etiam vincula pro calceamentis usurpent, quemadmodum illud aliquot exemplis probat Claud. Salmasius not. ad Tertullian. de pallio p. 393. Calcei autem Romano more formati, quibus Romae usus est Carolus, quinam tunc temporis fuerint, difficulter expediri potest; nam cum Senatores ὑποδήματα μηνοειδῆ, hoc est Ligulam calceorum ita conformatam gestarent, ut luna dimidiata, quae Centenarii nota erat, repraesentaretur, mansit postmodum etiam Principibus haec consuetudo, quam aetas insecuta variis modis mutavit. Nam Diocletianus primus vestibus calceamentisque gemmas inseri jussit, cum sola purpura retro principes uterentur, testibus Adon. Viennens. Chron. aetat. 6. p. 136. & Philippo Bergomensi Supplement. Chronic. lib. VIII. p. 162. Unde gemmatis quoque calciamentis in solennitatibus usum esse Carolum, refert noster, quae in aula Constantinopolitana tunc temporis maxime frequentabantur τζαγγία nomine teste Curopalata pag. 57. BESSELIUS. Egregius de Calceis Francorum locus exstat in Monument. Basilic. Ambrosian. Joh. Puricelli apud Doctiss. Du Cange in V. *Fasciola*, ubi habitus Bernardi Regis Italiae Caroli M. nepotis describitur. *Superstites adhuc* (inquit) *è corio rubro calcei utrumque pedem contegebant, iidemque ligneam quisque solcam, hinc inde coriaceis insutam, habebant. Tam vero apte presseque ad suum quisque pedem juxta ordinem digitorum congruebant, in acutum versus primorem digitum desinentes, ut calceus dexter, nonnisi dextro pedi, quamdiu integer ille erat, sinisterque sinistro adaptari potuisset. Caeterum quisque calceus, duabus tantum corii partibus invicem consutis, pedem ita contegebat, ut anterior corii pars in suprema versus crura extremitate aliquantulum scissa, in longum esset, illicque pedi ligamine adstringeretur, adeum prorsus modum, quo rustica hodie calceamenta factitari solent.* His adde locum Mochi S. Galli supra descriptum.

Ex pellibus lutrinis thorace confecto] Scriptus liber, quo usus est Reuberus, pellibus *lutrinis vel murinis* legit. At in Florentino optimae notae Codice utrumque epitheton omissum est. Malim tamen scripturam *Reuberiani Codicis* sequi. Nam veteres

fecto, humeros ac pectus hyeme muniebat. Sago Veneto amictus, & gladio semper accinctus, cujus capulus ac baltheus aut aureus aut argenteus erat; aliquoties & gemmato ense utebatur, quod tamen nonnisi in praecipuis festivitatibus, vel si quando exterarum gentium legati adessent, faciebat. Peregrina vero indumenta, quamvis pulcherrima, respuebat, nec unquam eis indui patiebatur, excepto quod Romae semel Adriano Pontifice petente, & iterum Leone successore ejus supplicante, longa tunica & chlamyde amictus, & calceis quoque Romano more formatis, induebatur. In festivitatibus veste auro texta,

res Germani, presertim potentiores, ex pellibus sylvestrium murium, quos *Mardos*, *Zibellinos*, *Sibericos seles*, hodie appellamus, vestimenta gestabant: caeteri *vervecinis* contenti erant. Quanquam *pellicium berbicinum* etiam Carolum habuisse scribat Sangallens. lib. 2. p. 422. Et inde est, quod *pellitos* eos κατ' ἐξοχὴν nuncuparit Rutilius Numatianus Itinerar. lib. II. v. 46. exponente *Josepho Castalione*. Pelliceae autem istae vestes *Rhenones* dictae sunt: quas, cum non intelligeret Hottomannus, lectionem optimam audacter loco movit in Caesare lib. VI. de Bello Gall. p. 34. Id quod longe felicius explicat Vossius Lex. Etymolog. p. 434. Nisi malis à *Rhenonibus*, seu *Cervis jugalibus*, ut vocat Saxo Grammaticus lib. III. Hist. Danor. hoc vestimenti genus nomen traxisse. Scythas, unde Germanos originem trahere plerique hodie autumant, *pellibus felinis ac murinis* usos, scribit Justin. lib. II. 29. sic enim illum locum ex antiquis libris lego. Et ridiculi sunt, qui pelles *fermas* & *murinas* hic substituunt contra omnem antiquitatis consensum, *murinae* enim pelles non Hunis tantum, teste Ammiano Marcellino lib. XXXI. cap. 3. & Jornande lib. de Reb. Geticis cap. 5. sed omnibus adeo populis in pretio habita, ita quidem, ut Romani quoque Principes pellibus pretiosis muris Pontici prodierint in publicum, teste Acrone ad Horat. lib. I. Sat. V. Plura in hanc rem Hieronym. Magius *Miscell. lib. 3. cap. 7. p. 1376. tom. 2. Thesauri Critici.* BESSELIUS. Eandem cum Florentino profert lectionem MS. Bodl. Lipsius vero ad Epist. 90. Senecae ex MS. legit pro *lutrinis*, *murinis*, & putat hic mures Scythicas intelligendas esse. Forte utrumque admitti posset, de quo tamen nil certi affirmem. SCHMINCKE.

Hyeme muniebat] Hic Eginhardus Suetonium suum iterum imitatur, qui vestitum Augusti hyemalem ita describit cap. 82. *Hyeme*, inquit, *quaternis cum pingui toga tunicis & subaculae thorace laneo, & seminalibus, & tibialibus muniebatur.* SCHMIN.

In festivitatibus veste auro texta] Sic DCh. Boll. MS. Besselii & mea unanimi consensu proferunt loco vulgatae *solennitatibus*, prior lectio in hujus Aevi Scriptoribus posteriori frequentior est, licet etiam aliquando occurrat. Hoc factum Patris Ludovicus imitatus est, *qui nunquam aureo resplenduit indumento, nisi tantum in summis festivitationibus, sicut Patres ejus solebant agere. Nihil illis diebus se induit, praeter camisiam & feminalia, nisi cum auro texta, lembo aureo, baltheo praecinctus, & ense auro fulgente, ocreas aureas, & chlamydem auro textam, & coronam auream auro fulgentem in capite gestans, & baculum aureum in manu tenens.* Videatur Theganus in vita ejus cap. 19. Baculus ille loco sceptri forte fuit. Talis enim & Monachus S. Gallensis meminit lib I. *Tunc baculus*, ait, *de arbore malo nodis paribus admirabilis, rigidus & terribilis, cuspide manuali ex auro vel argento cum celaturis insignitus, praefixo, portabatur in dextra.* Cum hunc aliquando

texta, & calceamentis gemmatis, & fibula aurea ſagum aſtringente, diademate quoque ex auro & gemmis ornatus incedebat. Aliis autem diebus habitus ejus parum à communi ac plebejo abhorrebat.

CAP. XXIV. In potu & cibo temperans, ſed in potu temperantior, quippe qui ebrietatem in qualicunque homine, nedum in ſe ac ſuis, plurimum abominabatur. Cibo enim non adeo abſtinere poterat, ut ſaepe quereretur, noxia eſſe ſuo corpori jejunia. Convivabatur rariſſime, & hoc praecipuis tantum feſtivitatibus, & tunc tamen cum magno hominum numero. Coena quotidiana quaternis tantum ferculis praebebatur, praeter aſſam, quam Venatores verubus inferre ſole-

quando Carolo abſente, unus ex Epiſcopis geſtare auderet, Rex id aegerrime tulit, eique ſuperbiam maxime exprobravit. Hujusmodi baculus eſſe videtur, qui in manu ſtatuae aureae S. Dionyſianae Caroli M., & imagine Caroli Calvi apud Baluz. tom. 2. Capitul. R. Franc. conſpicitur. Plura de baculo illo obſervavit Freherus in diſſertatione in fine annexa. SCHMINCKE.

Fibula aurea] De Variis materiis, & figuris fibularum earumque uſu, vide praeter Rei Veſtiariae Scriptores Cluver lib. 1. Germ. Antiq. c. 16. Chiffletium in Anaſtaſi Childerici cap. 16. Salmaſ. ad Tertull. pall. pag. 62. &c. & DuCange V. Fibulatorium.

Qui ebrietatem in qualicunque homine ——— abominabatur] In triviis nota eſt *bibacitas Germanorum*, tot exterarum gentium conviciis nobis objecta, quam vel Maximus Germanorum Princeps ſuo exemplo diluere poſſet. Nam clare Alb. Crantzius lib. 11. Saxon. cap. 8. lege vetuiſſe ait Carolum, *ne quis alium ad bibendum provocaret*, ebriumque in exercitu ſuo aquam impoſterum potare compuliſſe. Laudabile hoc primi Germanorum Imperatoris exemplum ſecutus Carolus V. anno 1530. itemque Rudolphus II. 1577. ſeveriſſimis conſtitutionibus ſanxere, ut graviſſime mulctarentur, aut etiam inedia domarentur bibones luxurioſi. BESSELIUS. Leges varias contra ebrietatem promulgavit Carolus, ſic in Addit. 3. ad Capit. §. 36. Edit. Baluz. *Magnum*, inquit, *malum ebrietatis, unde omnia vitia pullulant, modis omnibus cavere praecipimus. Qui autem hoc vitare noluerit, excommunicandum eſſe decrevimus.* Vide etiam Capitul. 1. ann. 810. §. 6. & Capitul. 3. ann. 789. SCHMINCKE.

Cibo enim non adeo abſtinere poterat] Hinc forte Turpinus anſam fabulandi cepit: *Carolum uno paſtu ediſſe leporem integrum, & duas gallinas vel anſerem.* Praecipua loca Suetonii, quae hoc capite Auctor noſter in animo habuit, ſunt in Aug. c. 73. 76. 77. & 78. &c. SCHMINCKE.

Coena quotidiana quaternis ferculis tantum praebebatur] Sancta vero illorum temporum continentia, prae luxuria noſtrorum. Nam quod polyphagum ex Carolo facit Turpinus cap. 20. & qui ejus verba repetit Siffridus Presbyter Epitom. lib. 1. ad annum 801. p. 687. pro ſolita ſua ſtoliditate delirat. BESSELIUS.

Praeter aſſam, qua ille libentius, quam ullo alio cibo veſcebatur] Et hoc ſimiliter ab antiqua Germanorum conſuetudine traxiſſe Carolum, perquam eſt veroſimile. Veteres enim Germani, ut auctor eſt *Poſidonius* apud Athemeum lib. 1v. Deipnoſoph. cap. 13. κρέα μελανδὸν ὀπτημένα in prandium adferre ſolebant, ſecuti antiquiſſimos Heroas, quos carne raro uſos elixa, eleganter demonſtravit Joh. Wouwerius Polymathiae cap. 10. §. 8. Nam quod Servius ad lib. 1. Aeneid. v. 217. uſum elixarum carnium Heroicis temporibus plane aufert, falſitatis pridem convicere Eruditi. Et ſa-

solebant, qua ille libentius, quam ullo alio cibo vescebatur. Inter coenandum aut aliquod acroama, aut lectorem audiebat. Legebantur ei historiae & antiquorum res gestae. Delectabatur & libris S. Augustini, praecipue iis, qui de civitate Dei praetitulati sunt. Vini & omnis po-

ne subest etiam ratio, cur assae carnes elixis sint gratiores, quam scite exponit vetus Glossa primum ex MSS. à Barthio edita ad lib. 1. Thebaid. Statii v. 522. p. 180. tom. II. Adde Conring. de Habitus Corporum Germanicorum causis p. 77. BESSEL.

Inter coenandum aut aliquod acroama, aut lectorem audiebat] De Anagnoste res Romanis moribus inter coenandum usitatissima. Cornel. Nepos de Pompon. Attico cap. 14. §. 1. *Nemo in convivio ejus aliquod acroama audivit, quam Anagnosten: quod nos quidem jucundissimum arbitramur. Neque unquam, sine aliqua lectione, apud eum coenatum est.* Similiter de Avunculo suo Plinius Junior lib. III. Ep. 5. Et frequentissime apud Aul. Gellium, ut recte ad eundem observavit Jacob. Oiselius lib. XIII. cap. 12. p. 647. Edit. nuperr. De *Acroamate* autem res paulo intricatior est. Nescias enim, utrum *cantica* ipsa & argute dicta, an cantores, mimi, aliique id genus scurrae festivi intelligendi sint? Prius exprimit Isidorus in Glossis: *Acroama auditio lyrarum & tibiarum*, quem procul dubio ante oculos habuit Poeta Saxo lib. v. de Vit. Caroli v. 377.

Coenanti lector recitans non defuit unquam
Perque vices aliquod audiit acroama.

Malim tamen ego acroamata sensu *Suetoniano* apud Nostrum accipere, Suetonius enim acroamata & histriones conjungit Aug. cap. 74. cujus imitatorem & hic se praebuit Eginhartus, observante *Casaubono*. Caeterum de Acroamatis in coena adhibitis, Plinius libro 1. Epist. XV. & libro VI. Epist. XXXI. Qua de re disputat Muretus lib. VI. Variar. Lection. c. 15. BESSELIUS. Per *Acroama* hic intelligitur animi recreatio in conviviis per dicta vel facta ridicula, instrumenta musica &c. uti patet ex Burchardo lib. XIV. c. 7. notante Savarone ad Sidon. lib. 1. Ep. 2. *Removeantur ab Episcopi convivio cuncta turpitudinis argumenta, non ludicra spectacula, non acroamatum vaniloquia* &c. Et per Lectorem homo, qui res serias ex hoc vel illo libro praelegit. Consuetum maxime hoc aevo erat lectores audire inter prandendum vel coenandum, cujus ritus vestigia apud Monachos in usu adhuc esse deprehendi. Minus recte igitur hic explicat Auctorem nostrum Lambecius quando acroama interpretatur per hominem, qui narrationem aliquam vel dissertationem auscultantibus aliis *memoriter* recitat, quo in sensu Suetonius hac voce non utitur, attamen ex eo Eginhardum nostrum explicandum esse, omnes mecum fatentur. SCHMINCKE.

Antiquorum res gestae] In vulgatis legitur, *Regum gesta*, verum Annal. Metens. Alb. Stad. Goldast. DCh. MSS. Cajogonv. Lugd. & Bodl. cum Excerptis Trajectin. proferunt *res gestae*, quae locutio & Suetonio & Eginhardo perquam familaris est. Sic in praefat. Auctor noster: *ex parte non modica res gestas*, & cap. 4. *ita tamen, ut primo res gestas &c.* SCHMINCKE.

Qui de Civitate Dei praetitulati sunt] Posset non nemo dicere hunc locum à Comite Nuenario correctum esse, sed norit ille, me vulgatam observasse in MSS. longe antiquioribus primo hoc Editore. Plurimi tamen Codd. Cajogonv. Lugd. Bodl. Excerpta Trajectina. Alb. Stad. & illi, quos consuluerunt DCh. Bolland. & Besselius, in hanc lectionem: *qui de civitate Dei praetitulati sunt*, conspirant, quae medio aevo frequentissima est. Sic Thegan. Vit. Ludov. Pii. cap. 20. *Librum S. Gregorii, qui praetitulatur pastoralis.* Ut & *intitulare* ibid. cap. 7. *nam 4. Euangelia Christi, quae in-*

titu-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [169] - 114
PUBLIC DOMAIN

potus adeo parcus in bibendo erat, ut super coenam raro plus ter biberet. Aestate post cibum meridianum pomorum aliquid sumens, ac semel bibens, depositis vestibus ac calceamentis, velut nocte solitus erat, duabus aut tribus horis quiescebat. Noctibus sic dormiebat, ut somnum quater aut quinquies non solum expergiscendo, sed etiam surgendo interrumperet. Cum calciaretur aut amiciretur non tantum amicos admittebat, verum etiam, si Comes Palatii litem aliquam esse diceret, quae sine ejus jussu definiri non posset, statim litigantes introducere jussit, & velut pro tribunali sederet, lite cognita, sententiam

titulantur nomine Mathaei &c. SCHMINCKE.

Aestate post cibum meridianum pomorum aliquid sumens] Vestigia Tranquilli in Augusto cap. 77. & 78. iterum legere Eginhartum, in aperto est. Quamquam imitatio obscurior ac confusanea, negligentiam imitatoris aut lectoris potius quadantenus arguat. Velimus ergo, nolimus, *Casauboni* judicium etiam hac in parte probare debemus notis in Suetonii August. cap. 77. p. 270. *Negligenter*, inquit, *legerat verba haec Suetonii, quae cum sequentibus cohaerere credidit. Ita res alienissimas inepta aemulatione hujus Scriptoris, in unam periodum comiscuit.* BESSELIUS.

Si Comes Palatii litem aliquam esse diceret, quae s. e. j. d. n. posset] Intellectus hujus loci dependet ex ea lege Caroli M. quam lib. III. c. 77. recitat Ansegisus: *Neque ullus Comes palatii nostri potentiorum causas sine nostra jussione finire praesumat, sed tantum ad pauperum & minus potentum justitias faciendas sibi sciat esse vacandum.* Summae alioquin dignitatis *Comitem* fuisse *Palatii*, vel inde constat, quod per eum Imperator ad Aulicos suos locutus fuerit, id quod ex Monach. Sangallensis lib. II. c. 9. probat Barhius lib. XXII. Adversc. 6. Officium ejusdem nemo melius describit Hincmaro Rhemensi Archiepiscopo Epist. ad Ludovicum Balbum Regem cap. 21. *Comitis*, inquit, *Palatii inter caetera pene innumerabilia, in hoc maxime sollicitudo erat, ut omnes contentiones legales, quae alibi ortae, propter aequitatis judicium, palatium aggrediebantur, juste & rationabiliter determinaret, seu perverse judicata ad aequitatis tramitem reduceret.* Eadem etiam cap. 19. refert, nisi quod addit, *praevidere Comitem debere, si necessitas sit, ut causa ad Regem deferatur.* Sed haec alii, integris etiam libris pridem occuparunt. BESSELIUS. Summus hic sub Carolingis in Secularibus erat honoris gradus, qui omnes lites, quas Comites singularum provinciarum dirimere non poterant, definiebat, nisi res fuerit gravissima, quae inter potentiores agebatur, uti ex lege supra citata apparet. Quaenam autem sint *causae potentiores*, in seqq. hujus legis explicatur, *Si Episcopi*, ait, *Abbates, Comites, & potentiores quique causam inter se habuerint, ac se pacificare noluerint, ad nostram jubeantur venire praesentiam, neque illorum contentio alicubi finiatur, neque propter hoc pauperum & minus potentium justitiae remaneant.* Praeterea eo inconsulto nemo Regem adire poterat, ut testatur Hincmarus cap. 19. *Comes Palatii*, inquit, *de omnibus secularibus causis vel judiciis suscipiendis curam instanter habebat, ut nec seculares prius Dominum Regem, absque ejus consulto inquietare necesse haberent.* Merovingorum temporibus Majores Domus illud officium majori licet potestate, administrasse videntur, notavimus enim supra ad cap. 1. Pipinum Majorem Domus summa potestate *juri dicundo praesedisse*, & ex vita Leodegarii manifesto id apparet, ubi dicitur, *quod Ebroinus ita cupiditatis face succensus fuerit, —— ut illi coram eo tantum justam causam haberent, qui plus pecuniae dedissent.* SCHM-

tentiam dixit. Nec hoc tantum eo tempore, sed etiam quicquid ea die cujuslibet officii agendum, aut cuiquam Ministrorum injungendum erat, expediebat.

CAP. XXV. Erat eloquentia copiosus & exuberans, poteratque quicquid vellet, apertissime exprimere. Nec patrio tantum sermone contentus, sed etiam peregrinis linguis ediscendis operam impendit, in quibus latinam ita didicit, ut aeque illa ac patria lingua orare sit solitus. Graecam vero melius intelligere, quam pronuntiare poterat. Adeo quidem facundus erat, ut etiam didascalus appareret. Artes liberales studiosissime coluit, earumque Doctores plurimum veneratus, magnis

Introducere jussit] In vulgatis plerumque *introduci* legitur, sed Gold. DCh. Boll. Annal. Met. MSS. Cajogonv. &c. habent *introducere*. Saepissime apud Medii Aevi Scriptores Conjugationes inter se permutantur. Sic Alfrid. Episc. in Vit. S. Luidgeri Episc. Monast. *ut de vita S. Patris Luidgeri aliquid conscribere juberem*. Antiquiss. Chronic. tom. 3. apud DCh. *Carolus Imperator aliquos jussit interficere*, pro *conscribi & interfici*. vid. Goldast ad h. l. SCHMIN.

Erat eloquentia copiosus & exuberans] Nonnulli ex recentioribus se Carolum ad coelum evehere putant, si inaudita quaevis & magna ipsi tribuant; narrant enim, Carolum accurate locutum fuisse *graece*, contra diserta Eginhardi verba, *Latine*, *Hebraice*, *Arabice*, *Scotice*, *Gallice*, *Germanice*, *Belgice*, pluresque alias linguas. Sed has fabulas auctoribus suis relinquo, cum nemo vett. ullam de tot linguis mentionem faciat. Tu potius inspicias loca illa Suetonii, quae Eginhardus hoc in capite sibi imitanda proposuit, videlicet in Augusto cap. 84. 85. 89. &c. SCHMINCKE.

In quibus latinam ita didicit] Sic etiam instruxit filium suum Ludovicum, quiteste Thegano *lingua latina valde eruditus, eam sicut naturalem aequaliter loqui poterat*. SCH.

Ut aeque illa, ac patria lingua, orare sit solitus] Retinuit eadem verba Poëtaster Saxo lib. v. vers. 245.

Sed solitus lingua saepe est orare Latina,
Nec Gracae prorsus nescius exstiterat.

Orare utrobique est *perorare*, seu diutius loqui, & orationem nectere, ut etiam Barthius explicuit lib. XXI. Adversar. c. 6. Et sic plane Tranquillus Tito cap. 3. *Latinae Gracaeque linguae, vel in orando, vel in fingendis poematibus promtus & facilis ad extemporalitatem usque*. BESSELIUS.

Ut etiam didascali munus subisse appareret] Nescio quid hic vitii subesse suspicer. Quaedam enim editiones sic praeferunt: *ut etiam didascalus appareret*, quae verba omnia mera glossemata, eoque exturbanda putat Caspar Barthius l. c. At in Cod. Florentino diserte scribitur: *ut etiam dicaculus appareret*. Dicaculum eo aevo Rhetorem nuncupabant ex vitio vulgari, quod vultures togati caninam vulgo facundiam exercebant, ex orationis severitate in dicacitatem prolapsi. Si tamen vera est haec lectio, emolliendus erit sensus, ut Orator forensis seu Scholasticus intelligi queat. BESSELIUS. DCh. Boll. MSS. Bodl & Cassel. legunt: *ut etiam didascalus appareret*, in margine vero DCh. ex MSS. quibusdam notat *dicaculus*, cui adstipulantur MSS. Cajog. & Lugd. Licet vero utraque lectio MSS. fide nitatur, priorem tamen praefero, quam melius cum contextu & mente Auctoris nostri convenire puto, siquidem ea ratione Carolus cum didascalo propter facundiam suam & variarum linguarum peritiam comparatur. SCHMINCKE.

Artes liberales studiosissime coluit, earumque Doctores plurimum veneratus] Laudibus

magnis afficiebat honoribus. In discenda Grammatica Petrum Pisanum Diaconum senem audivit. In caeteris disciplinis Albinum cognomento Alcuinum item Diaconum, de Britannia Saxonici generis homi-

bus immensis igitur ea de causa Carolum nostrum prosequitur Lupus Abbas Ferrariens. Epist. 1. ad Eginhard. *Vestra*, inquit, *memoria per famosissimum Imperatorem Carolum, cui literae eousque deferre debent, ut aeternitati parent memoriam, studia coepta revocari aliquantulum quidem extulere caput, satisque constitit veritate subnixum praeclarum dictum: Honos alit artes, & accenduntur omnes ad studia gloria.* Idem de Carolo praedicat Leidradus Episc. Lugd. in libro de Sacram. Baptismi apud Mabilion. tom. 3. Analect. & de *Magno*, ac *Calvo*, Herricus Monachus apud Altissiodorum. SCHMINCKE.

Petrum Pisanum] MS. Gladebac. Pisarum vocat. BOLLANDUS.

Albinum cognomento Alcuinum, item Diaconum d. B. S. g. hominem] Mire falluntur, qui disjunctim haec verba accipiunt, quasi *Alcuinus* & *Diaconus de Britannia* diversi forent. Quae res doctiss. *Chiffletium* in errorem inducere potuit, *Lampadis* p. 22. quod adversus eundem observavit David Blondellus, plenior. assert. Genealog. Franc. tom. 11. p. 162. Ante illum Christianus Mathia eadem via aberraverat, *Theatri Historici* lib. 1v. in Carolo M. pag. 813. At conjunctim isthaec accipienda esse, non patria tantum Alcuini, sed Poeta Saxonicus etiam indicant. Sic autem ille lib. v. vers. 235. κατὰ πόδα Eginhartum secutus:

Artis Rhetoricae, seu cui Dialectica nomen,
Sumsit ab Alquini dogmate notitiam,
Hic etiam Levita gradu, multumque peritus,
Ex Anglis veniens Saxo fuit genere.
A quo praecipue studuit totam rationem,
Et legem cursus noscere syderei.

Deliciosum Regis Caroli Anastasius Bibliothecarius Hist. Papalis c. 97. & Sigebert. *ad ann.* 790. nuncupant. Quomodo ad Carolum venerit, exponit Monachus Sangallensis lib. 1. de Vita Caroli cap. 2. hoc addito elogio: quod fuerit in omni latitudine scripturarum supra caeteros sui temporis exercitatus, utpote discipulus Doctissimi Bedae. Et sane non frustra ita sensit Monachus, cum Alcuinus rerum humanarum divinarumque fuerit scientissimus. Testantur ejus libri, qui hodienum supersunt, complures, & inter hos quidem *libri* v. *de Trinitate*, quorum etiam meminit Sigebertus l. c. Nam quod *Calvini* commentaria super eadem materia, pro scriptis Alcuini hodienum circumferri, Antonius de Sotomajor, Doctor Hispanus, *in praefatione Indicis librorum prohibitorum & expurgatorum* censet, ne attendi quidem fas est. Libri insuper 1v. *contra abusum imaginum* sub nomine Caroli M. publicati, scripti sunt ab *Alcuino*, teste Rogero ab Hoveden, Britanno, in Annalibus ad ann. 792. frustra annales elevante Baronio. Editos hodie habemus beneficio *Joh. Tilii*, qui, nescio qua de causa, sub ascititio *Eliphili* nomine delitescere voluit. Eant nunc, & cum *Sotomajore*, *Carlstadii* contra adorationem imaginum hoc opus esse, in vulgus spargant Pontificii! Sunt etiam, quaedam minuta, quae praeter carmina, quorum non exigua messis est, adscribi Albino solent. Exstat disputatio *Pipini & Albini Scholastici* ex MS. Codice Biblioth. Gottorpianae ab *Henrico Lindenbrogio* edita, quam tamen Alcuino adscribere dubito. Nam *dialogos Rhetoricos*, à Petro Pithoeo primum productos, *Grammaticam* item *Institutionem*, in Corpore Veterum Grammaticorum à Putschio editam, nemo facile Albino derogaverit. Caeterum legi & excuti merentur, quae de duobus Alcuinis, altero Scoto, altero Saxone, ex Monacho S. Gallensi, disputat Casp. Barthius lib. XLV. Adversar. c. 11. BESSEL. Varia barbari hujus nominis scriptura de-

hominem, virum undecunque doctissimum praeceptorem habuit, apud quem & Rhetoricae & Dialecticae, praecipue tamen Astronomiae ediscendae plurimum & temporis & laboris impertivit. Discebat & artem computandi, & intentione sagaci siderum cursum curiosissime rimabatur. Tentabat & scribere, tabulasque & codicillos ad hoc in lectulo

prehenditur in scriptis & impressis Codd. *Aliquinus*, *Alquinus*, *Alcuinus*, *Alchuinus*, quod postea mollius & suavius pronuntiabatur *Albinus*, qualis mutatio eo aevo erat frequentissima. Sic nomen barbarum *Winnefritus* mutabatur in *Bonifacius*, *Witta*, in *Albinus* &c. Licet vero barbara haec nomina in molliorem pronuntiationem, & magis latinam immutata fuerint, novis illis denominationibus ad distinctionem forte ab aliis, attamen barbara illa adhuc adhaerebant. sic *Winefridus, qui & Bonifacius*, *Albinus, qui & Alcuinus*, *Rigbodus, qui & Macharius*, *Clemens, qui & Willibrordus* &c. Dictus autem fuit judice Cel. Mabilione tom. v. Act. SS. Ord. Bened. *Flaccus Albinus*, qui l. c. multos enumerat Albinos, inter quos *Witta cognomento Albinus*, Episcopus Buriburgensis in patria probe notandus est, qui in Epitaphio Hersfeldensi, quod Brouwerus in Antiquit. Fuldens. lib. 1. c. 10. profert, cum Albino nostro plerumque confunditur, quasi Albinus ille, cujus ossa ibidem servantur, fuerit noster Flaccus Caroli M. Praeceptor. Mortuus hic Albinus anno 804. in monasterio S. Martini apud Turones, ibique sepultus est. Plura de Vita Albini legi possunt apud Viros Cell. Mabilionem tom. v. Act. SS. Ord. Benedictin. & Editores Act. SS. Antwerpianos ad XIX. Maji, qui ex professo Vitam ejus & gesta prolixe explicarunt. Delectabatur maxime Albinus noster sub fictis nominibus amicos suos & familiares in Epistolis & Carminibus alloqui, secutus in eo morem aevi sui, de quo loquitur Sidonius lib. VIII. Ep. 11. quando ait: *Hic me quondam (ut inter amicos joca) Phoebum vocabat, ipse à nobis Vatis Odrysii nomine accepto. Quod eo congruit ante narrari, ne vocabula figurata subditum carmen obscurent.* Imposuit autem ni fallor, Alcuinus talia nomina ficta suis familiaribus, quae convenientiam aliquam cum iis à quibus mutuata fuerant, prae se ferrent. Qua ratione probe perspecta, nullus dubito, quin solvi queat quaestio à Petavio in syntagmate de Nithardo proposita, an Carolus ante baptismum vel creationem in Regem, vocatus fuerit DAVID. Licet enim praelaudatus Petavius illud nomen ut verum & à Parentibus impositum Carolo nostro vindicet, potius tamen ex more supra ex Sidonio descripto ortum esse putem. Et sane convenientia inter Carolum & Davidem maxima est, quam hic enarrare supervacaneum duco. Instituit jamdum suo tempore talem comparationem Auctor Vitae Caroli, quisque ille sit, quam produxit Canisius ex Monasterio Sangallensi lib. II. cap. 29. & Stephanus V. Papa Ludovicum vocat *secundum Davidem* apud Theganum in vita ejus cap. 16. quia propter merita in Ecclesiam & Rempubl. ut Davidem Deo dilectum Carolum nostrum crederent. Hinc saepissime vim nominis *David* (quod dilectum significat) Albinus per periphrasin explicat, vocando Imperatorem nostrum *Deo placabilem*, *Dilectissimum Regem in Domino Dominorum*, *amatum Deo*. &c. Eodem modo se res habet cum Alcuini *Homero*, qui Angilbertus, *Damoeta*, qui Riculfus, *Macario*, qui Richodus appellari solebant, *Candido*, *Mopso*, *Seneca*, *Alba Petro*, *Thyrse*, *Menalca* &c. quae ficta & ab aliis mutuata nomina esse, quis non videt? Dubium igitur non est, Carolum nunquam vere *Davidem* dictum, sed cognomen illud ex Alcuini cerebro enatum esse. SCHMINCKE.

Tentabat

lectulo sub cervicalibus circumferre solebat, ut cum vacuum tempus esset, manum effingendis literis assuefaceret. Sed parum prospere successit labor praeposterus ac sero inchoatus.

CAP.

Tentabat & scribere] Poëta Westphalus lib. v. v. 253.

Scribere tentabat, nam circumferre solebat,
Secum cum parvis codicibus tabulas.
Ac ponens ipsas ad cervicalia lecti
Regalis, nunquam fecit abesse sibi.

Mox pro *effigiendis literis*, quomodo *Nuenarius* ac *Reuberus* edidere, seu *effingendis*, ut alii inepte curiosi suppossuerunt, veram utique Eginharto scripturam reddidi: *effigiandis literis assueseceret*. Vocis usus frequens Prudentio, adhibitus etiam Ammiano lib. XIV. p. 12. *edit. Vales.* Iso Magister Glosс. in Prudent. Hymn. x. v. 4. *Effigiasti, finxisti.* BESSELIUS.

Tabulasque & Codicillos a. h. i. l. s. c. circumferre solebat] Codicilli erant apud veteres tabulae cera illitae, quibus pro conservanda rei memoria inscribebant illa, quae subito in mentem veniebant, prout hodie fit in pugillaribus. Et hoc nos docet Supplem. ad Vitam Bonifacii v. Junii, in quo de Willibaldo narratur, quod *Vitam & conversationem Viri Dei —— primitus in ceratis tabulis ad probationem Domini Lulli ac Megingaudi, post eorum examinationem in pergamenis rescribendam* conscripserit. Ceratis tabulis & Carolus usus fuit, quarum mentionem Ekkehardus Junior de Casibus Monasterii S. Galli facit, sic enim ille narrat: *Duas tabulas eburneas de iisdem scriniis attulit, quibus alias magnitudine aequiparet rarissime videre est, quasi dentatus Elephans aliorum fuerit Gigas. Erant autem tabulae quondam quidem ad scribendum ceratae, quas latere lecturi soporantem ponere solitum, in vita sua Scriptor* (Eginhartus) *ejus Karolum dixit.* Hanc Caroli consuetudinem, citante Sirmondo ad Capit. Caroli Calvi, etiam memorat Synodus, habita apud S. Macram: *Karolus M. Imperator, sicut quidam nostrum ab illis audivit, qui interfuerunt —— ad Capitium lecti sui tabulas cum graphio habebat, & quae, sive in die, sive in nocte, de utilitate S. Ecclesiae, & de prosectu ac soliditate Regni meditabatur, in iisdem tabulis annotabat, & cum iisdem Consiliariis, quos secum habebat, inde tractabat.* SCHMINCKE.

Ut cum vacuum tempus esset, manum effingendis literis assuefaceret] Varia hujus vocis est scriptura in impressis & MSS. libris, Annal. Metens. Alb. Stad. Kranzius Bolland. & Bessel. legunt *effigiandis*. DCh. *effigiundis*, Lugd. *efficiendis*, antiquissimi Codd. Caesarei teste Lambecio, Variant. lection. Francianae, MSS. Bodl. Cajogon. & Cassell. *effingendis*, Vulg. Editt. *effigiendis*. Verum licet paululum inter se differant Codd. fere tamen variae illae lectiones unum idemque significant, praeprimis illae, *effigiandis* & *effingendis*, utrumque enim notat ad propositi alicujus archetypi imitationem quicquam elaborare. Lambecius putat locum hunc non simpliciter interpretandum esse, quasi Eginhartus de qualibet Scriptura loquatur, sed eum intelligere literas elegantiores majusculas, quae ornatus gratia in librorum initiis pinguntur. Verum haec explicatio non arridet Baudelotio in libro vulgo dicto: *L'Utilité des Voyages* tom. 2. p. 528, quis enim credat, ait, Magnum illum Imperatorem tempus suum terere voluisse, imitando exemplar majuscularum literarum; se potius emendare Eginhardum hoc modo: *tentabat* & pingere; —— *ut cum vacuum tempus esset, manum effigiandis* lineamentis *assuefaceret*, facili enim negotio textum irrepere potuisse τὸ *scribere* propter compendium primarum literarum, & (*g*.) fere convenire cum nostro (*b*) quod ex nummo Gothico probat. Dein & alteram vocem *literis*, ex *lineamentis*, male intellecto literarum compendio, exortam credit, & conjecturam suam ex Plinio probat, qui eodem in sensu voce lineamentis utitur:

CAP. XXVI. Religionem Chriſtianam, qua ab infantia fuerat imbutus, ſanctiſſime & cum ſumma pietate ac veneratione coluit, ac propter hoc mirae pulchritudinis Baſilicam Aquisgrani exſtruxit, auroque & argento & luminaribus atque ex aere ſolido cancellis & januis ornavit. Ad cujus ſtructuram cum columnas & marmora aliunde habere non poſſet, Roma atque Ravenna devehenda curavit. Eccleſiam & mane & veſperi, item nocturnis horis & ſacrificii tempore, quoad

utitur: *Nec qui ſuccederet*, inquit de Venere ab Apelle picta, *operi ad praeſcripta* lineamenta *inventus eſt*, & ex Taciti Germania: *Quaedam loca diligentius illinunt terra, ita pura & ſplendente, ut picturam ac* lineamenta *imitentur*. Praeterea vocem *tabulas*, qua utitur Eginhardus, id ſatis innuere, quae magis *picturae*, quam *ſcripturae* conveniant. Nec dici poſſe, ſi *ſcripturam* intelligat auctor noſter, *parum ſucceſſiſſe laborem praepoſterum ac ſero inchoatum*, ridiculum enim foret ſtatuere, hunc Principem, qui omnibus ſcientis imbutus erat, in ſcribendo nullos progreſſus feciſſe. Sed ut verum fatear, nimis audax haec eſt emendatio, quam invitis omnibus MSS. produxit, quapropter Auctori ſuo relinquo. Aliam horum verborum in medium profert explicationem Franzius in Hiſtoria ſua Caroli M. quae ſic ſe habet: *Tantos autem progreſſus fecit* (in Aſtronomia) *ut in tabulis & codicillis, quos hoc fine ſub lecti cervicalibus circumferebat, motus eorum delineare, coelique imagines exprimere tentaret; ſed otium rei neceſſarium, & aetas Caroli negotiorum multitudine implicata, ac ſenſim ingraveſcens, laudabiles conatus deſtituit.* Verum an ſcribere, & literis effingere, per ſtellarum imagines & coeli motum deſignare, commode explicari queat, non video, ſaltem mihi non ſit veroſimile. Simpliciſſimum & cum mente auctoris noſtri magis conveniens videtur, ſi dicamus Eginhardum hic loqui de calligraphia, Carolum enim ſcribere potuiſſe, apud me extra omnem dubitationis aleam ponitur, id manifeſto ex Auctore noſtro apparet, qui cap. 29. diſerte ait: *barbara & antiquiſſima Carmina* —— ſcripſit *ac memoriae mandavit*, cujus fidem maxime confirmant ea, quae ſupra ex Ekkehardo & Synodo apud S. Macram habita produximus. Licet vero ſcribere potuerit, *tentabat* tamen καλλιγραφίαν, cujus ſcientiae ipſum ſtudioſum fuiſſe exinde apparet, quod Paulo Diacono rebelli, propter calligraphiam vitam conceſſerit. Verum parum ſucceſſit iſte labor, quia nimis ſero ſcripturam ſuam minus elegantem corrigere coepit, haud enim facile illud dediſcimus, cui à longo tempore aſſueti ſumus. SCHMINCKE.

Religionem Chriſtianam, qua ab infantia fuerat imbutus] Repetit haec verba Marianus Scotus ad an. 808. Et facile ardor ejus cognoſci poteſt ex eo, quod non ſolum vulgatam Bibliorum verſionem per *Alcuinum* emendavit, ut Sigebertus ad an. 790. & poſt eum ex Capitularibus probat Caeſar Baronius ad an. 778. ſed etiam quod quatuor Evangeliſtas ante obitum ſuum ipſe cum Graecis & Syris optime correxerit, teſtante Thegano cap. 7. Nam quod per manum *Pauli Diaconi* lectiones feſtivitatum, per circulum anni in Eccleſia legendas, compilarit, Sigebert. an. 807. notavit; quod *Vitas SS. Martyrum* hinc inde collegerit & colligi juſſerit, Chronicon Magnum Piſtorii ex Vincentii Speculo deſcribit, conſentiente Cranzio lib. 11. Saxon. c. 9. Exſtat hodienum *Uſuardi* Monachi Benedictini, Alcuini diſcipuli, *Martyrologium*, Carolo M. inſcriptum, & ejus juſſu editum; quod cum Neotericis annumeravit Georg. Wicelius *praefat. Hagiologii*, induſtriae ſuae non parvam adſperſit maculam. BESSELIUS.

Sa-

quoad eum valetudo permiserat, impigre frequentabat, curabatque magnopere, ut omnia quae in ea gerebantur, cum quam maxima fierent honestate, aedituos creberrime commonens, ne quid indecens aut sordidum aut inferre, aut in ea remanere permitterent. Sacrorum vasorum ex argento & auro, vestimentorumque sacerdotalium tantam in ea copiam procuravit, ut in sacrificiis celebrandis ne janitoribus quidem, qui ultimi Ecclesiastici ordinis sunt, privato habitu ministrare necesse fuisset. Legendi atque psallendi disciplinam diligentissime emendavit, erat enim utriusque admodum eruditus, quanquam ipse nec

Sacrificii tempore] i. e. Missae, quae hoc nomine venit apud Scriptores hujus aevi, uti ad h. l. observat Goldastus noster. Haec bis singulis diebus celebrabatur mane & vesperi, ut ex lib. VII. Capitul. Reg. Franc. §. 278. apparet: *Sacrificia* matutina *missarum sive* vespertina, *ne quis cum armis pertinentibus ad bellorum usum exspectet.* Nocturnis item horis Sacris operam dabant, ut nos docet Eginhartus in libro de translat. SS. Martyrum Marcell. & Petri, quando de multitudine, quae ejus Oratorium frequentabat, ita loquitur: *Ut nobis ad officium in eodem Oratorio celebrandum praeter vespertinas horas atque* nocturnas *haud facilis pateret introitus*, & paulo inferius narrat: *Qui cum secundum consuetudinem* nocturni *ac matutinalis officii solenni more surgeret.* Nocturnis vero non solum, sed & matutinis horis in templis conveniebant, id liquet ex Vita B. Sturmii Abbat. Fuldens. qui de Pipino Caroli Patre narrat, quod summo mane antequam venatum proficisceretur, *ut solitus erat, ad orationem primo diluculo venerit.* De Friderico I. id testatur Radevicus lib. II. c. 76. qui *antelucanos Basilicarum & Sacerdotum suorum coetus, aut solus, aut minimo comitatu* expetebat. Plura dabunt Scriptores, qui ex professo de Sacris hujus aevi cerimoniis commentati sunt. SCHMINCKE.

Ne janitoribus quidem, qui ultimi Ecclesiastici ordinis sunt] Ultimos Ecclesiastici ordinis fuisse *Janitores*, ut etiam nunc sunt *Custodes*, probat Barthius, *Animadvers. ad lib. I. Stat. Sylva* II. v. 35. p. 53. Verba nostri exscripsit Sigebertus ad an. 795. BESSELIUS.

Legendi atque psallendi disciplinam diligentissime emendavit] Quantum veteres sono vocum distincto studuerint, vel illud argumento est, quod *phonasco* sedulam dederint operam, teste etiam de *Augusto* Sueton. cap. 84. Caeterum de *Missaticis Cantionibus & officio Ambrosiano* à Carolo correctis, prolixe Sigebertus ad an. 774. & 790. Gobelin. Person. *aetat.* 6. *Cosmodrom.* cap. 40. p. 193. Guliel. Durandus *lib.* V. *Rational. Divin. offic.* cap. 2. Frid. Lindenbrogius *Glossar. LL. Antiq. fol.* 1369. & Goldast. *in Ekkehardi Junioris casus* pag. 114. *tom.* I. *Rer. Alamannic.* BESSELIUS. Carolus dissonantia cantus inter Romanos & Francos offensus, eum conciliare & emendare omnibus viribus studuit; ideo a Papa Cantores Romanos sibi mitti petiit, qui Francos vera psallendi ratione imbuerent. Horum duos accepit, ex quibus unum Palatio suo praefecit, alterum Metas misit, qui etiam ejus Urbis incolas ita in canendi scientia erudivit, ut sicut Roma inter omnes cantu, sic Meta inter Francos emineret, & Seminarium quasi Cantorum Cisalpinorum esset. Ab hac igitur Urbe cantilena ecclesiastica germanice tunc temporis *Mete* dicebatur, quia hic praecipue cantus excolebatur, cujus denominationis vestigia adhuc hodie in vulgari locutione, *die Früh mette singen*, deprehenduntur. Horrisonus maxime Majorum nostrorum erat

nec publice legeret, nec nisi submisse & in commune cantaret.

CAP. XXVII. Circa pauperes sustentandos, & gratuitam liberalitatem, quam Graeci eleemosynam vocant, devotissimus, ut qui non in patria sua solum & in suo Regno eam facere curaverit, verum etiam trans maria in Syriam & Aegyptum atque Africam, Jerosolymis, Alexandriae atque Carthagini, ubi Christianos in paupertate vivere compererat, penuriae eorum compatiens, pecuniam mittere solebat: ob hoc maxime transmarinorum Regum amicitias expetens, ut Christianis sub eorum dominatu degentibus, refrigerium aliquod ac relevatio proveniret. Colebat prae caeteris sacris & venerabilibus locis apud Romam Ecclesiam B. Petri Apostoli, in cujus donaria magna vis pecuniae tam in auro, quam in argento, nec non & gemmis ab illo conge-

cantus, quem Monach. Egolism. in Vita Karoli M. ita describit: *Tremulas vel vinnulas, seu collisibiles seu secabiles voces in cantu non poterant perfecte exprimere Franci, naturali voce barbarica frangentes in gutture voces potius, quam exprimentes.* Clarius Ekkehard. Minim. in vit. Notkeri cap. 8. *Alpina siquidem corpora*, ait, *vocum suarum tonitruis altisone perstrepentia, susceptae modulationis dulcedinem proprie non resultant, quia bibuli gutturis barbara grossitas, dum inflexionibus & repercussionibus & diaphoniarum diphtongis mitem nititur edere cantilenam, naturali quodam fragore, quasi plaustra per gradus confuse sonantia, rigidas voces jactat, sicque audientium animos, quos mulcere debuerant, tales exasperando magis ac obstrependo conturbant.* Nemo haec opinor, mirabitur, qui fragmenta antiquae Germanorum linguae legit, ex quibus satis aestimari potest, quam difficilis fuerit Teutonicae linguae pronuntiatio, ac proin modulatio. SCHMINCKE.

Gratuitam liberalitatem, quam Graeci eleemosynam vocant] Elegantissime graecam vocem expressit, quae tamen tam frequens Christianis in Latio fuit, ut aliqui etiam originem graecam ignorarint. Poetaster Saxo, sedulus Nostri Paraphrastes, etiam cum versus detrimento, *gratuitae largitionis opus* vocat, lib. v. v. 492. BESSELIUS.

Jerosolymis, Alexandriae atque Carthagini] Sic legunt DCh. Boll. Excerpta Trajectina, & omnia MSS. mea, excepto Cassell. quod cum vulgatis Editt. has voces in accusandi casu profert. Ad harum eleemosynarum collectionem eo magis perficiendam anno 810. Capitulare dederat Carolus, de mittenda eleemosyna ad Jerusalem propter Ecclesias Dei instaurandas. vid. Baluz. tom. 1. Capitul. Reg. Franc. SCHMINCKE.

Ob hoc maxime transmarinorum Regum amicitiam expetens] Eadem fere Monachus Gemblacensis Chronograph. ad ann. 790. *Circa pauperes etiam sollicitus non solus* (lege solum) *in regno suo, verum etiam trans maria in Aegypto, in Syria, in Africa, praecipue in Hierosolymis, liberalitate eleemosynarum Christianis pauperibus solatiabatur, transmarinorum Regum amicitias ob hoc expetens maxime, ut Christianis sub eis degentibus esset relevatio.* Secundariam causam alii hanc addunt, ut *mercatura* tutius exerceri posset. Itaque Alcuinus in Epistola quadam apud *Wilhelm. Malmesburtensem* quaeritur, quod exorto inter Carolum & Offam Regem Merciorum dissidio, navigatio utrinque interdicta negotiantibus esset. BESS.

Apud Romam B. Petri Apostoli] MS. Goldast. & Cajogonvill. addunt: *& Pauli*, sed in aliis, nec impressis nec MSS. Codd. id reperitur. vid. Gold. ad h. l. SCHMINCKE.

Nes-

gesta est: multa & innumera Pontificibus munera missa. Nec ille toto regni sui tempore quicquam duxit antiquius, quam ut Urbs Roma sua opera, suoque labore veteri polleret auctoritate, & Ecclesia S. Petri Apostoli per illum non solum tuta ac defensa, sed etiam suis opibus prae omnibus Ecclesiis esset ornata ac ditata. Quam cum tanti penderet, tamen intra XLVII. annorum, quibus regnaverat spatium, quater tantum illo votorum solvendorum ac supplicandi causa profectus est.

CAP.

Nec ille toto Regni sui tempore q. d. a. q. u. U. R. s. o. s. l. veteri polleret auctoritate] Aemulatus est hoc factum Caroli Fredericus I. *qui toto Regni sui tempore nil unquam duxit melius, nihil jocundius, quam ut imperium Urbis Romae sua opera, suoque labore pristina polleret & vigeret auctoritate.* Vide plura apud Radevicum Compilatorem, seu mavis, aemulum Eginhardi lib. II. c. 76. SCHMINCKE.

Tamen intra 47. annorum, quibus regnaverat spatium] Kranzius, Alb. Stad. Otto Frising. haec Auctoris nostri verba exscribentes habent 46. verum DCh. Boll. Bessel. omniaque mea MSS. constanter 47. proferunt, quapropter hic quicquam mutare nefas duxi. Non vero Carolus 47. annis integris regno praefuit, sed tantum 45. annis, 3. mensibus, & 19. diebus, ita ut hic 47. annorum numerus de inchoatis tantum intelligendus sit. SCHMINCKE.

Quater tantum illo votorum solvendorum ac supplicandi causa profectus est] Primum Romam pervenit Sabbatho Sanctae Paschae, ut loquitur Marianus Scotus ad an. 774. lib. III. aet 6. post devictum Desiderium Longobardorum Regem. Et sic clare Adelmus ad an. dict. *At Rex dimisso ad obsidionem atque expugnationem Ticini exercitu, orandi gratia Romam proficiscitur.* Deinde anno 782. cum filius ejus Carolomannus ab Adriano baptizatus esset, ut iterum Marianus: vel anno 781. ut supra ostendimus. Sic enim Sigebertus ad an. 781. *Carolus Rex orationis causa Romam vadit, ibique filii ejus unguntur in Reges.* Tertio, anno 786. cum Beneventum aggredi statuisset. Sic enim Adelmus ad an. 787. *Rex adoratis Sanctorum Apostolorum liminibus, votisque solutis, Apostolica benedictione percepta, in Franciam reversus est.* Quae sic exponit Regino lib. II. ad eund. annum. *Rex oratione ad limina Apostolorum completa, & benedictione percepta, in Franciam gressum dirigit.* Denique quarta vice ad cognoscendam Leonis Pontificis causam anno 800. BESSELIUS. Male igitur sine ullo dubio Blondus in Historia ab Inclinatione Imperii, lib. I. Decad. 2. p. m. 159. Carolum quater Romae fuisse negat, quod Bibliothecarius in Vita Hadriani ejus rei nullam mentionem faciat, & secundum ejus adventum in Italiam ad tempora Leonis refert. Praeterea etiam ex hoc loco tot vetustissimorum Annalium consensu confirmato, refutandi sunt ii, qui recentiorum quorundam auctoritate quinquies Carolum Romae fuisse putant, & quidem secunda vice anno 774. cum Papiam cepisset, quo tempore illum jus eligendi Papam & Archiepiscopos constituendi accepisse volunt. Majores nostri in periculo constituti, vel desiderio alicujus rei flagrantes Romae has vel illas Sanctorum Ecclesias adire vovebant, cujus superstitionis exempla ubivis obvia sunt. Sic Noster cap. 2. *Sed cum ex Francia multi Nobilium ob vota solvenda Romam solenniter commearent* &c. imo ipse Carolus id fecit, ut hoc loco testatur Eginhardus, qui clarius id docet in libro de translat. SS. Marcell. & Petri init. *Notarium meum nomine Ratleicum, quia & ipse oran-*

CAP. XXVIII. Ultimi adventus sui non solum hae fuere causae, verum etiam quod Romani Leonem Pontificem multis affectum injuriis,

di causa Romam eundi votum habebat, cum eo pergere jussi. SCHMINCKE.

Quod Romani Leonem Pontificem. m. à. i. erutis videlicet oculis, linguaque amputata] Hic vero plenis manibus fabulas nobis admetiuntur Veteres Historici. Regino Prumiensis lib. II. Chron. ad an. 799. *Romani Leonem Papam Litania majore captum, excaecaverunt, ac linguam ejus radicitus abstiderunt.* Iisdem verbis utuntur Marianus Scotus & Ado Viennensis ad eundem ann. qui omnes procul dubio *Annales Monachi Egolismensis* p. 260. exscripsere. Similiter Herman. Contract. ad an. 798. & Lambert. Schaffnabrug. ad an. 799. *oculos erutos ac linguam truncatam* referunt. Nimium quantum exaggerat facinus Sigebert. ad ann. 799. *Leonem*, inquit, *Papam, celebritatem Litaniae majoris agentem, Romani capiunt, linguam ei oculosque evellunt: cui voce & visu reddito divinitus, iterum oculos & linguam eruunt radicitus, qui de manu eorum erutus, ad Carolum fugit.* Haec ille. Sequuntur fere Sigebertum Collector Chronici Belgici fol. 49. & Auctor compilationis Chronologicae ad an. 801. uterque *Pistorio* primum evulgatus; a quibus non longe abit Poëta Saxonicus lib. III. v. 478.

Qui miserante Deo transacto tempore pauco,
Amissum recipit visum, pariterque loquelam.
Seu quia festinans tortor trepidansque nefandis,
Dum concurrentes metuit non talia turbas
Passuras, sed velle suum defendere Papam,
Non quantum voluit crudelia facta peregit:
Seu quod credendum magis est, antiqua Redemptor
Per meritum magni renovans miracula Petri,
Januari successorem donaverat ejus.

Et hic quidem, qui tam presse alias Adelmi sui vestigia sequi solet, non pauca de suo adjicit. Dubitanter enim scripserat Adelmus ad an. 799. *Papam erutis oculis, ut aliquibus visum est, lingua quoque amputata nudum ac semivivum in platea relictum esse.* Fabulae seriem recentiores primum pandere ausi sunt, quod cognati Hadriani Praedecessoris ejus, excitata vulgi mobilis turba, Leonis VII. Kalend. Maji in supplicatione capti, genas novacula inciderint, & Papam in Erasmi monasterium conjecerint, referente Aventino lib. IV. Annal. pag. 200. Zonaras tom. III. laesos tantum leviter oculos Leonis memorat, commiseratione eorum, quibus demandatum erat supplicium. *Dicunt quidam*, inquit Alb. Stad. ad an. 799. fol. 84. *quod Romani unum ei oculum eruerint, alii quod neutrum, sed rasorio per medios oculos inciderint, nec visum abstulerint.* Quae (ut alia pleraque) leviter immutata, communia cum Alberto habet Conradus Abbas Urspergens. Chron. p. 136. Scilicet hi sunt funes ex arena nexi, quibus complicatum est miraculosum illud commentum, quo genere credulitatem hominum superioris aevi plus nimio fascinarunt Monachi. BESSELIUS. Non ita recentes sunt Scriptores, qui hujus conspirationis auctores faciunt Cognatos Hadriani, prout vult Besselius, Theophanes enim, Scriptor aequalis, in Chronographia sua diserte id memorat, & ex eo Auctor Historiae Miscellae lib. XXIII. alique plures. De nefando hoc facinore non idem omnes sentiunt, quidam enim Historici solius oculorum effossionis, non linguae amputationis, mentionem faciunt, ut Chronic. Episcopor. Hildeshem. & Theophanes in Chronographia &c. Alii & oculos effossos, & linguam radicitus abscisam memorant, ut praeter Scriptores supra citatos, Chronic. Moisiac. Annal. Lambec. Metens. & Anastas. Bibliothecarius.

Qui,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [179] - 124
PUBLIC DOMAIN

riis, erutis videlicet oculis, linguaque amputata, fidem Regis implorare

Quidam laesos tantum oculos volunt, ut Kranzius lib. 11. Sax. c. 18. quem locum supra Cl. Besselius ex Alberto Stadensi protulit, siquidem utriusque Scriptoris verba exacte inter se conveniunt. Cum quo etiam facit Monach. S. Galli lib. 1. de Vit. Karoli M. cap. 28. *Unde contigit, ut quidam —— eum caecare fuissent aggressi. Sed divino nutu conterriti sunt, & retracti, ut nequaquam oculos ejus eruerent, sed rasoriis per medios incederent.* Et ibid. Hinc *in signum virtutis illius pulcherrima cicatrix in modum fili tenuissimi turturinas acies niveo candore decorabat.* Imo Alcuinus Scriptor coaevus Epist. 13. ad Carolum M. diserte narrat: quod *Deus compescuerit manus impias à pravo voluntatis effectu, volentes caecatis mentibus lumen suum* i. e. Leonis *exstinguere.* Ergo nefandum excaecationis facinus in Leone executioni datum non fuit. Hanc igitur sententiam verosimillimam puto, in qua me maxime confirmat explicatio Otton. Frising. & Platinae, qui volunt Papam fustibus ita exceptum ac vulneratum fuisse, ut lingua & oculis privatus putaretur. Inspiciamus ipsa Auctorum verba. Frising. ille lib. v. c. 30. ait: *Leo Papa —— à Romanis flagitiosissime, ita ut oculi ejus eruti viderentur, tractatur*; & alibi: *Leo Pontifex fraudibus Paschalis Primicerii & Campuli Presbyteri ex litania abreptus est, adeoque caesus, ut oculis & lingua captus putaretur.* Idem Platina in vita Leonis testatur. Et facili negotio hoc fieri tanto in tumultu potuit, cum enim Papa verberibus excruciatus, imo vulneratus à sceleftis Romanis prae nimio dolore nec loqueretur, nec oculos aperiret, putabant statim homines superstitioni & miraculorum studio dediti, membra illa eruta & abscissa esse, imo eorum usum divinitus restitutum, quum Leonem videntem & loquentem cernerent. De quo miraculo nihil habet Theophanes ejusdem aetatis Scriptor, nec Ado Viennens. nec Monach. S. Galli, aliique. Et recte quidam id eo ipso tempore in dubium vocarunt, prout nos docet Theodulfus lib. 3. Carm. 3. licet ipse superstitiose hoc miraculum credidisse videatur. Sic enim ille:

Quem furibunda manus spoliavit lumine lingua
Vestibus & sacris, ordinibusque pii.
Reddidit haec Petrus, quae Judas abstulit ater,
Hic qui confessor, proditor ille Dei est.
Seditiosa cohors Judam est hac parte secuta,
Ille necem Domini, Praesulis ista volens.
Reddita namque negat, negat haec ablata fuisse.
Haec aufferre tamen se voluisse canit.
Reddita sunt, mirum est: mirum est, aufferre nequisse.
Est tamen in dubio, hinc mirer, an inde magis.

Sunt tamen nonnulli, qui ex nescio quo amore fingendi miracula, & oculos huic Papae erutos, & linguam amputatam fuisse velint, quod ut probent, in medium proferunt verba Eginhardi, Scriptoris coaevi in Annal. ad an. 799. qui hoc factum narrans ait: *Papam erutis oculis*, ut aliquibus visum est, *lingua quoque amputata, nudum & semivivum in platea relictum esse*; quod sic explicant, aliquos nempe vidisse Papae effossos oculos & abscissam linguam fuisse. Verum, si quid video, Eginhardus hic ex aliis Scriptoribus explicandus erit, qui de usu utriusque membri vi ablato, ut re dubia loquuntur. Ado Viennens. ait: *ut fertur*, Herman. Contract. Canisian. & Urstisian. *ut fama est*, Chron. Episc. Hildesheim: *qui dicitur excaecatus.* Otto Frising. lib. v. c. 30. *ut oculi ejus eruti viderentur.* Platina, *ut oculis & lingua captus putaretur.* &c. Quid igitur vetat horum ductu verba Eginhardi explicare, *ut aliqui putarunt*, planiorem enim haec interpretatio sensum efficit, quam & ipsa contextus ratio hic postulare videtur. Sed haec sufficiant.

rare compulerunt. Idcirco Romam veniens propter reparandum, qui nimis conturbatus erat, Ecclesiae statum, ibi totum hyemis tempus

pergamus nunc ad alia. Leo Papa his injuriis affectus se confert ad Carolum, qui tunc Paderbornae commorabatur, ejusque implorat auxilium; quapropter Carolus sequenti anno Romam tendit, ibique ad VIII. Kal. Decembr. advenit, coram quo Pontifex jurejurando se à crimine sibi falso imputato purgat. Rex igitur re probe examinata, tumultus hujus auctores perpetuo damnat exilio, quos graviori quidem cogitabat afficere poena, sed Papa intercedente, eam mitigavit. SCHMINCKE.

Propter reparandum, qui nimis conturbatus erat, Ecclesiae statum] Omnis ergo potestas Caroli erat in Ecclesiasticis rebus. Et certe constat jam inde à primordiis Germanici Imperii dispositionem rerum Ecclesiasticarum Imperatorum fuisse, quin & Patriciorum Pipini ac Carolomanni, qui consilio Sacerdotum & optimatum ordinarunt per civitates Episcopos, resque Ecclesiasticas summo studio procurarunt. Movit id quidem bilem Pontificiis Scriptoribus Baronio, Gretsero, aliis, qui ut Sigeberti Anastasiique testimonia, quae supra ad cap. VI. produximus, elevent, omnibus modis nituntur. Sed satis à falsi crimine utrumque defendit Marcus Antonius de Dominis lib. V. de Republ. Ecclesiastica cap. 7. Et *Gregorius* VI. haud obscure eandem rem apud Wilhelm. Malmesburiens. de gest. Anglorum lib. II. c. 13. confirmat. Quibus addendus Mathaeus Westmonasterienſis in floribus Temporum ad an. 773. Unde jam constare potest, tanquam legitimum judicem in causa Pontificis praesedisse Carolum. Nam quod Monachorum plerique, & ab his decepti Nauclerus & Huldericus Mutius, judicare noluisse Carolum in hac causa, scribunt, sed judicium Leoni reliquisse, praeter omnem veterum auctoritatem asseritur. Ea autem formula jurisjurandi Pontificii, quam producit Baronius tom. IX. Annal. Ecclesiast. ad an 800. supposititia sine dubio est, judice acutissimo Boeclero in Carolo M. p. 13. BESSELIUS. Agitata fuit à multis retro Seculis quaestio inter Historicos, an Roma Imperatorum agnoverit dominium, quod male quidam Pontificiorum negant, modi enim loquendi, quibus hujus aevi Historici hanc rem enarrantes exprimunt, id satis clare innuere videntur. Ipsa modo inspiciamus Veterum Scriptorum verba. Annal. Loiseliani ad an. 801. postquam narrassent res gestas Caroli in causa Leonis, subjungunt: *Ordinatis deinde* ROMANAE URBIS, & APOSTOLICI, *totiusque* ITALIAE, *non tantum* PUBLICIS, *sed etiam* ECCLESIASTICIS, *& privatis rebus, nam tota hyeme non aliud fecit Imperator.* &c. Si ergo res Urbis Romae, publicas, Ecclesiasticas & privatas ordinavit, fuit Romae Dominus, quis enim credat, Carolum jus in alius peregisse ditione? In Chron. Moissiacensi dicitur: *Quia ipsam* Romam *matrem Imperii obtinebat, ubi semper Caesares & Imperatores sedere soliti fuerant, seu reliquas sedes, quas ipse in Italia & Gallia, nec non & Germania tenebat, quia Deus omnipotens* HAS OMNES SEDES *in potestatem ejus concessit.* Ast fuit supremus sine dubio Dominus sedium in Gallia, Italia & Germania, ergo etiam in Urbe Roma, omnes enim sedes, in Roma aeque ac in Gallia &c. ipsi dedit Deus. Paul. Diaconus in Epistola dedicatoria Festo praefixa ad Carolum M. Romam vocat: CIVITATEM VESTRAM ROMULEAM. Ex his paucis, plura enim harum annotationum ratio addere vetat, efficio Romam Imperatorum, saltem quorundam, agnovisse dominium, quod etiam plurimi Virorum Eruditorum inter Pontificios in Gallia asserere non dubitarunt. Blancus de hoc argumento elegantissimam conscripsit dissertationem, qui ex nummis Romae ab Imperatoribus cusis id probare aggressus est, &

pus protraxit. Quo tempore Imperatoris & Auguſti nomen accepit, quod

& licet Doctiſſimus Vignolius eum in diſſertatione *de Denariis Pontificum* refutet, quod ſtatuerit Denarios illos Romae ab Imperatoribus cuſos, cum id Papas feciſſe certiſſimum ſit, nihil tamen hinc argumentis ipſius derogatur, quae judice Ill. CUPERO maximum accipiunt robur ex antiquiſſima Caroli M. ſtatua aurea, in cujus ſolii Regii baſi primariae Provinciae inſcriptae leguntur, quae Imperio Caroli ſubjectae fuerunt, ut *Italia*, ROMA, *Gallia*, *Germania*. Eadem igitur ratione Roma Imperatoris hujus dominium agnovit, qua Italia, Gallia & Germania, ſimilium enim ſimilis eſt ratio. SCHMINCKE.

Quo tempore Imperatoris & Auguſti nomen ſuſcepit] Nomen ſcil. ſolum, cum rem ipſam jam antea teneret. Quod enim Hadrianus IV. Pontifex Epiſtol. ad Archiepiſcopos Germaniae apud Aventin. lib. IV. p. 203. gloriatur, ideo imperium à Regno Graecorum translatum eſſe in Alemannos, *ut Rex Teutonicorum non, antequam à Pontifice conſecraretur, Imperator vocaretur & eſſet Auguſtus*: rem omnem intra verba conſumit, cum conſtet, coronationem, inunctionem, conſecrationem, magis honoris & moris, quam neceſſitatis cauſa fieri. Voluerat nimirum Carolo gratiam referre Papa pro abſolutione, itaque percepta procul dubio Romanorum omnium ſententia, Carolum non fecit, ſed renuntiavit Imperatorem. Conſecrationis ritum & acclamationes à populo factas, adorationemque ac ſubmiſſionem Pontificis, prolixe deſcribunt Adelm. ad an. 801. Poeta Saxon. lib. IV. init. Monach. Egoliſmenſis p. 262. Ado Viennenſ. p. 218. caeteraque paſſim ad annum dictum. Eleganter Conſtantinus Manaſſes Chronica Synopſi ad Irenem, cujus fragmentum exhibet Pithoeus pag. 290. niſi quod judicium alicubi ſuum temere interponit:

Ἐντεῦθεν ἀμειβόμενος τὸν Κάρολλον ὁ Λέων,
Ἀναγορεύει κράτορα τῆς παλαιτέρας Ῥώμης,
Καὶ σέβας περιτίθησιν, ὡς οἱ Ῥωμαίων νόμοι.
Οὐ μὲν ἀλλὰ χρησάμενος καὶ νόμοις Ἰουδαίων,
Κἀκκεφαλῆς μέχρι ποδῶν ἐλαίῳ τοῦτον χρίει,
Οὐκ οἶδα τισὶ λογισμοῖς, ἢ ποίαις ἐπινοίαις.

Apparet ex his unctionem quoque à Pontifice adhibitam, quam tamen primo omnium Regum & Imperatorum poſt Chriſti nativitatem Carolo factam, Auctor fragm. Hiſtorici ab Urſtiſio producti ridicule affirmat. BESSELIUS.

Quod primo tantum averſatus eſt] Eant nunc, & *precario* Imperium Carolo à Pontifice conceſſum clamitent Pontificii adulatores! Clarius etiam Paraphraſtes Noſtri, Poeta Saxo lib. v. vers. 529.

Quod tamen invitus, Papa cogente, recepit,
Et multis Populi Romulei precibus.
Qui ſi conſilium praeſciſſet Praeſulis ante,
Tunc ſe ſubſtraheret prorſus ab Eccleſia.
Denique ſic multis coram juraverat ipſe,
Quamvis illa dies valde foret celebris,
Videris hoc illi tantum cur diſplicuiſſet,
Quod mos eſt aliis Regibus appetere.

Quae verba eo libentius appoſui, quoniam juramenti alicujus à Carolo profecti mentionem injiciunt, quod tantopere hic urgent Gretſerus, Bellarminus, Baronius ad ann. 800. Enim vero nihil adeo abſurdum eſt, quod hi homines ad praeſcriptionem cauſae ſuae non advocent. Quo factum, ut rem ante Hildebrandina tempora prorſus ignotam, Carolino aevo adſerere non dubitarint. Certe in Poetaſtro illo ſubſidium apparet nullum. Nam quod Eginhartus dixerat, *affirmaſſe* Carolum, ſe eo die Eccleſiam intraturum non fuiſſe, hic per *juramentum* extulit, quaſi jurejurando hoc affirmarit idem. Prolixus eſt in figmento hoc refellendo πολυμαθέστατος Goldaſtus *Replic. pro Imperio cap.* XVI. Illud tamen potius crediderim, profeſſionem pro defenſione Eccleſiae ſub Hadriano factam anno 794. cum in *Patriciatu* confir-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [182] - 127
PUBLIC DOMAIN

quod primo tantum aversatus est, ut affirmaret, se eo die, quamvis praecipua festivitas esset, Ecclesiam non intraturum fuisse, si Pontificis consilium praescire potuisset. Invidiam tamen suscepti nominis, Constantinopolitanis Imperatoribus super hoc indignantibus, magna tulit patientia, vicitque eorum contumaciam magnanimitate, qua eis procul dubio longe praestantior erat, mittendo ad eos crebras legationes, & in Epistolis fratres eos appellando.

CAP.

firmaretur Carolus; & quod scribit *Siffridus Presbyter*, inter se Pontificem & Principes Teutoniae convenisse, quo devictis Longobardis, imperium ad Teutonicos transferretur. Ex eo tamen neque translatio imperii, neque investitura Papae transcribenda. Sed & hanc rem pridem disceptarunt doctissimi Viri, Reinckingius lib. 1. Reg. Sec. & Eccles. class. 2. c. 4. Conringius de *Imperio Germanorum Romano*, alii. BESSELIUS. Nimiae adulationis hic accusat Auctorem nostrum Sigonius, quod dicat, Carolum affirmasse, se eo die Ecclesiam non intraturum fuisse, si consilium Pontificis praescire potuisset. Et probat hoc ex innumeris donis, quae teste Anastasio his & illis Ecclesiis in Urbe Roma obtulerit, haec enim Carolum secum attulisse ut probe conscium consilii Leonis, eo animo, ut Imperator factus, in rei memoriam his vel illis Sanctis & Martyribus consecraret. Fateor, haud verosimile mihi videri Carolum ignarum fuisse decretorum Leonis, nolo tamen Eginhardum erroris arguere veterum auctoritate destitutus. Hoc novimus ex Monacho S. Gallensi de vita Caroli lib. 1. c. 28. *quod, cum ille non potuisset abnuere, quia divinitus sic procuratum crederet, non tamen gratanter suscepit, quod putaret Graecos majori successos invidia, aliquid incommodi Regno Francorum machinaturos.* Non possum non hic emendare Chronographum Saxonem, qui ad an. 801. hanc historiam narrans ait. *Dum ante confessionem B. Petri ab oratione surgeret, nihilominus sperantı, Leo Papa coronam imposuit*, ubi sine ullo dubio disjunctis vocibus deleta litera (*o*) legendum est: *nihil minus sperantı*, & sic cum Eginharto nostro convenit. SCHMIN.

Invidiam tamen suscepti nominis] Male haec verba omittuntur in Editt. Duchesniana, Bollandiana, Lipsiensi, & ex ea expressa Heinecciana, & MS. Lugd. Vulgatam vero agnoscunt lectionem caeterae Editt. Kranzius MSS. Cajogonvil. Bodl. & Cassell. quam & contextus ratio postulat, qualis enim sensus in verbis illis: *Constant. Imp. sup. h. indign. m. t. patientia*, nisi accedat: *Invidiam suscepti nominis*, illam enim magna tulit patientia. SCHMINCKE.

In Epistolis fratres eos appellando] Naturale quasi quoddam ex aequalitate Imperii inter Magnates consanguinitatis vinculum est. Unde *fratrum* appellatio orta, Principibus viris omni aevo usitatissima. Sapor Rex Persarum literas suas ad Constantium Imperatorem sic orditur: *Rex Regum Sapor, particeps siderum, frater solis & lunae, Constantio Caesari fratri meo, salutem plurimam dico*: teste Ammiano lib. XVII. p. 94. Similiter Chosroës ad Justinianum, apud Menandrum Protectorem lib. 1. Histor. Θεῖος, ἀγαθὸς, εἰρηνοπάτρι@, ἀρχαῖ@ χοσρόης, βασιλεὺς βασιλέων, εὐτυχὴς εὐσεβὴς, ἀγαθοποιὸς, γίγας γιγάντων, ὃς ἐκ θεῶν χαρακτηρίζεται, Ἰουστινιανῷ ἀδελφῷ ἡμετέρῳ. In Epistola quoque Constantini M. quam refert Eusebius in ejus Vita lib. IV. Sapor Rex Persarum frater appellatur. Heliodorus in *Aethiopicis* etiam tale quid expressit lib. IX. extrem. ubi Rex Aethiopum Hydaspes fratrem se Persarum Regis vocat. Plura adscriberem, nisi me ab instituto revocaret Eruditissimus *Valesius*, qui & ista fere praecepit Annotat. ad Marcellin. l. c. p. 139. BESSELIUS. In Epistola

CAP. XXIX. Post susceptum imperiale nomen, cum adverteret multa legibus populi sui deesse (nam Franci duas habent leges, plurimis in locis valde diversas) cogitavit quae deerant addere, & discrepantia unire, prava quoque ac perperam prolata corrigere. Sed in his nil aliud ab eo factum est, quam quod paucula capitula & ea imperfecta,

la, quam scripsit Carolus noster ad Nicephorum, imperator ait: *Legatos nostros praeparavimus ad tuam amabilem* fraternitatem *dirigendos* &c. vide Baronium ad an. 810. SCHMINCKE.

Nam Franci duas habent leges] Insignis difficultas est, quasnam leges intellexerit Eginhartus. Nam Viri Maximi Jacobus Cujacius libro. 1. de feud. tit. 1. & Francisc. Hottomannus Franco-Gallia cap. x. duas distinctas, Orientalium & Occidentalium Francorum leges commemorant, quarum altera *Salica*, quae ad Salios, altera *Francica καὶ ἐξοχὴν* sic dicta fuerit. At cum non explicent, quaenam sit lex ista Francica, jam redit in Orbem quaestio. Itaque alii Gallicis ac Germanicis populis legem Salicam communem fuisse arbitrantur, Francicam ab hac diversam non agnoscunt. Ne autem Eginharto contrarii videantur, eum non nisi *de duabus diversisque unius Salicae Legis Editionibus* loqui ajunt. Sententiae suae subsidium in eo quaerunt, quod dicat Eginhartus, Carolum voluisse *discrepantia unire*, *pauca tamen legibus addidisse*. At cum non parum diversae hodienum deprehendantur Editiones *Heroldinae* ac *Pithoeanae*, neque alia additamenta, nisi *solius legis Salicae* superent, concludunt inde, duas unius ejusdemque Salicae legis editiones pro duabus legibus apud Eginhartum accipiendas esse. Fateor novellae huic expositioni suam non deesse gratiam, sed si omnia accuratius excutiamus, neque Eginharto, neque rei ipsi convenit. Etenim quantum est discrimen inter eam Editionem legis Salicae, quam Basilius Johannes Heroldus, in *Germanarum Antiquitatum libris*, è Bibliotheca Fuldensi prodidit, & alteram illam, quam Lindenbrogius Pithoeum secutus, Codici Legum Antiquarum inseruit? Non certe ea diversitas est in legibus ipsis, aut titulis earundem, quam procul dubio intelligit Eginhartus, sed in voculis & periodis, ut plurimum mutatis aut transpositis. Quid quod recentior illa est editio, & interpolata, quam procuravit Lindenbrogius, utpote in qua *Capitula Ludovici Pii* inserta comparent, ut sic ad eandem non detur provocatio. Tum inusitatum & illud est, à duabus editionibus ejusdem legis, & à qualicunque discrimine, diversas derivare leges. Quamobrem *Salicam* potius, ac *Ripuariam*, de duabus istis Francorum legibus interpretor. Ripuarii enim, ut constat, Cis-Rhenani olim populi dicebantur, qui inter Rhenum, Mosam & Mosellam habitabant, Francicae & ipsi originis. Hae enim leges paulo majorem admittunt differentiam, & quanquam Ripuariis aliqua à Carolo specialiter addita esse ignoremus, perquam tamen verisimile est, leges illas Ripuarias ad normam legis Salicae ab eodem correctas. BESSELIUS. Conringius cap. 7. de Orig. Jur. Germ. etiam diversas legis Salicae Editiones putat esse duas leges Francorum, quas Eginhartus memorat. Sed Pithoeus in Glossar. ad leg. Salicam & Goldastus ad h. l. cum Besselio faciunt, quae meo quidem judicio omnium optima est sententia. SCHMINCKE.

Pauca capitula, & ea imperfecta legibus addidit] Meminit Sigebertus ad ann. 802. Additamenta autem illa legi Salicae hodie subjecta reperiuntur, quae tantae auctoritatis voluit esse Carolus, ut pro lege Salica ipsa tenerentur. Quemadmodum videre est ex Codicis Longobardici lib.

fecta, legibus addidit. Omnium tamen nationum, quae ſub ejus dominatu erant jura, quae ſcripta non erant, deſcribere ac literis mandari fecit. Item barbara & antiquiſſima carmina, quibus veterum Re-

III. tit. 31. BESSELIUS. Anno 802. Carolus XXIII. & ſequenti XXIX. capitula inſtituiſſe legitur apud Sigebertum. Baluzius in Capitul. Reg. Franc. profert Capitulare datum anno 803. quod ſic inſcriptum eſt: *Capitula addita ad legem Salicam. Incipiunt Capitula, quae in lege Salica Dominus Auguſtus Karolus anno ab Incarnatione Domini* 803. *Imperii vero ſui anno tertio praeponendo addere juſſit.* vid. praelaudatum Baluzium tom. I. Capit. p. m. 357. & 394. Sigonius lib. IV. de Regno Italiae narrat Carolum etiam legi Longobardorum quaedam capitula addidiſſe. SCHMINCKE.

Omnium nationum jura, quae ſcripta non erant, deſcribere fecit] Hinc leges *Friſiorum* & *Saxonum*, *Angliorum* ac *Werinorum*, fortaſſis ortae, praeter additamenta ad leges *Bajoaricas*, *Longobardicas*, aliaque id genus, quae junctim *Heroldus* ac *Lindenbrogius* edidere. Scripta autem iſthaec omnia, ut moris tum erat, *lingua Romana*. Nam quod Felix Faber, Monachus Ulmenſis, Hiſtoriae Suevorum lib. I. Germanicas Caroli M. leges commemorat, fortean *leges Salicas* in maternam linguam longo poſt Carolum intervallo, traductas, aut plane *Saxonicas* illas ab *Eccardo Repkavv* primum latine compilatas, & poſt Germanice verſas, intelligit. Sed haec & alia latius proſequitur Conringius, elaboratiſſimo opere de Orig. Jur. Germanici cap. 13. Alia quae à Carolo ſancita ſunt, hinc inde collecta Anſegiſus Abbas Lobienſis in libro III. Legum Francicarum contulit, lib. IV. eas leges adjungens, quas minus perfectas edidit Carolus. BESSELIUS. Barthius lib. XXII. Adverſ. c. 6. legendum conjicit, invitis tamen MSS. *deſcribi aere & literis mandari fecit.*

Barbara & antiquiſſima carmina] Hi erant Annales veterum, qui per manus quaſi ad poſteros traditi, apud Germanos canebantur. Cantores talium à veteribus Gallis ſeu Celtis *Bardi* dicebantur. Heſychius Βάρδοι ἀοιδοὶ παρὰ Γαλάταις. Sic enim recte conſtituere hunc locum Gyraldus *Dial. I. Hiſt. Poet.* & Voſſius *Art. Poet. Conſtit. cap.* 3. §. 12. *p.* 17. cum vulgo legeretur αἱ ὁδοὶ περὶ Γαλάταις. Clarius Athenaeus lib. VI. p. 246. ex Poſſidonio de Celtis: τὰ δὲ ἀκούσματα αὐτῶν εἰσὶν οἱ καλούμενοι βάρδοι ποιηταὶ δὲ ὄντοι τυγχάνουσι μεθ' ᾠδῆς ἐπαίνους λέγοντες. Similiter Ammianus lib. XV. *Bardi*, inquit, *fortia virorum Illuſtrium facta heroicis compoſita verſibus, cum dulcibus lyrae modulis cantitarunt.* Bardi hi ab aliis *Druides*, ab aliis *Wittodii* vocantur. Henr. Valeſius annotat. ad Ammiani l. c. p. 93. nihil aliud fuiſſe, quam paraſitos ſeu ſcurras arbitratur, quod mihi quidem plane ſecus videtur. Nam *Bardi* ſeu *Druidae* Gallorum ejus dignitatis erant, quae ſcurrili ſubjectioni non conveniret. Tum digniſſimi quique haec carmina componebant & memoriae mandabant, id quod de Carolo noſtro etiam prodidit Chronic. Mindenſe p. 101. Atque horum cantiones, aut ad ſimilitudinem potius earundem fictae, etiamnum aliquae exſtant, *die Meiſter geſänge*, ſed recentiores pleraeque, nec vel quingentos annos excedentes. Equidem non aſſentior Viris doctis, qui ante ſeculum XIII. nihil quicquam Germanica lingua editum memorant, cum exſtent *Symbola Eccleſiae antiquiſſima*, quanquam Latinis characteribus ſcripta, *Lexica* etiam, (quale eſt *Keronis* illud à Goldaſto inter Scriptores Alemannicos editum) aliaque non pauca venerandae antiquitatis monumenta. Sane Ludovici Pii cura memoratur circa Sacras literas in linguam *Theudiscam* poetice transferendas, id quod ex praefatione in librum antiquum lingua Saxonica ſcriptum, apud Andream DuCheſnium tom. II. colligi poteſt. Quare & carmina barbara i. e. Teutonica. Paſchaſius in Vita Adalhardi c. 77 illuſtrat hunc locum, dum ſcribit: Sive vero illam barbara, quam Teutiſcam dicunt, linguam loquerentur.

Regum actus & bella canebantur, scripsit, memoriaeque mandavit. Inchoavit & Grammaticam patrii sermonis. Mensibus etiam juxta patriam

carmina illa jam tum scripta apparet. Adi de Bardis Cluverium lib. 1. Germ. Antiq. c. 24. BESSELIUS.

Inchoavit & Grammaticam patrii sermonis] Patrio sermone, i. e. *Germanico*, Grammaticam scripsisse, Sigebertus ait ad an. 794. & post eum aperte Auctor Chron. Mindensis p. 101. Illud controverti tamen video apud Eruditos, an tempore Caroli M. *characteres* jam suos habuerit lingua nostra? Sane *Gregorius Turonensis* tale quid de Chilperico doctissimo Francorum Rege commemorare videtur. *Addidit*, inquit, *& literas literis nostris, i. e. ω. sicut Graeci habent ae, the, vuui; quarum characteres subscripsimus, hi sunt* O. Ψ. Z. Π. *& misit Epistolas in universas Civitates Regni sui, ut sic pueri docerentur, & libri antiquitus scripti, planati pumice rescriberentur.* Haec ille lib. v. cap. 45. p. 270. Quae si de lingua Germanica, ut verisimile est, accipi debent, jam multis retro seculis characteres linguae suae agnovit Germania. Caeterum quam peritus artium fuerit Carolus, cum elogia passim illi tributa, tum diplomata, libri, Epistolae, carmina ab eo edita, luculentissime testantur. *Alcuinus*, sive is potius *Ferius Helpericus* est, ipsum Imperatorem Grammaticum non veretur dicere, alludens procul dubio ad Grammaticam à Carolo inchoatam. Sic enim ait in ejus laudibus:

Grammaticae Doctor constat praelucidus artis.

Opera autem ac monumenta Caroli praeter libros de *Imaginibus*, quos ab Alcuino scriptos scimus, ac sub Caroli nomine tantum editos, passim celebrantur *Capitula* & *Diplomata*, Epistolaeque complures, & inter eas eruditissima illa ad Albinum *de ritibus nonnullis Ecclesiasticis*, quam *Wolfgangus* primum *Lazius* ante seculum & quod excurrit, luci dedit publicae, quaeque in *Bibliotheca Academiae Juliae MSta* asservatur. Ut desinant tandem Eruditi genuinam illam Caroli epistolam in dubium vocare. *Carmina* quoque non pauca attribui ab aliquibus Carolo videmus. *Rolandi Epitaphium*, quod passim circumfertur, Carolo adscribi solet; sed est merum commentum *Turpini*, turpissimi fabulatoris, qui & istos versus Carolo supposuit cap. xxv. Majorem fidem mereri illud videtur, quo Adriani mortem deflevit, cujus aliquam ex Onuphrio partem ad Cap. xix. proposuimus. Ajunt *Philippum Melanchtonem* vehementer delectatum fuisse isthoc Caroli versiculo, de puella pensum trahente, cantuque taedium solante:

Nentis fila Deus mentem conjungit Olympo.

Sed omnia, quae hactenus produxi, dubia fortassis sunt, praesertim cum *Epitaphium Adriani* inter Opera Alcuini compareat; illud autem, quod ad *Paulum Diaconum* scripsisse fertur, cujusque fragmentum tandem inveni apud Leonem Marsicanum, Episcopum Hostiensem, Chronici Cassinens. lib. 1. cap. 17. prorsus genuinum esse reor. Est autem hoc:

Hinc celer egrediens, facili mea charta volatu,
Per sylvas, colles, valles quoque praepete cursu,
Alma Deo cari Benedicti tecta require.
Est nam certa quies sessis venientibus illuc.
Hic olus Hospitibus, piscis, hic panis abundat,
Laetus amor, cultus Christi, simul omnibus horis:
Pax pia, mens humilis, pulchra & concordia fratrum.
Dic Patri & sociis cunctis, salvete, valete,
Colla mei Pauli gaudendo amplecte benigne:
Dicito multotiens: salve, Pater optime, salve. BESSELIUS.

Lingua Germanica hucusque inculta erat, ut testatur Otfrid. Monach. in praefat. Version. Theotiscae IV. Euangeliorum, *Linguae*

triam linguam nomina impoſuit, cum ante id tempus apud Francos partim latinis, partim barbaris nominibus appellarentur. Item ventos XII. appellationibus propriis inſignivit, cum prius non amplius quam vix IV. ventorum vocabula inveniri poſſent. Et de menſibus quidem Januarium appellavit *Wintarmanoth*, Februarium, *Hornung*, Martium,

gua haec, ait, *veluti agreſtis habetur, dum à propriis nec ſcriptura, nec arte aliqua ullis temporibus expolita eſt.* Putares Othfridum reſpexiſſe noſtri temporis Germanos, qui nil minus quam propriam linguam excolere ſtudent. Carolus, teſte Othfrido, primus fuit, qui eam regulis explicare & in grammatica ſua planiorem facere inſtituit, ex qua dein Othfridus, teſte Trithemio, edoctus, multa & miranda lingua materna ſecundum easdem regulas compoſuit SCHMIN.

Barbaris nominibus appellarentur] Barbara illa nomina ſunt mere *Germanica*, quo ſenſu ſe ipſum *Barbarum hominem* appellarat ſupra in *praefat.* Eginhartus noſter. Pariter Poeta Anonymus de Heriſtallio, quod nomen mere Germanicum eſt, lib. I. 317.

——— *Tempus tranſegit in aula,*
Nomen Heriſtalli dederat cui barbara lingua.

Et ſane Alamanni κατ' ἐξοχὴν *Barbari* dicti. Atque ita Walafridus Strabo *de vita Galli* cap. VI. Barbaricam locutionem pro lingua Alamannica accipit. Idem de reb. Eccleſ. cap. VII. *Dicam ſecundum noſtram barbariem, quae eſt Theotiſca.* *Kero* etiam Monachus Sangallenſis, ſcripſit *Interpretationem vocabulorum Barbaricorum*, i. e. *Alamannicorum*, quae hodienum ſuperat. Plura de hac re Savaro *notis ad Sidonium Apollinarem* lib. IV. Epiſt. 16. Nomina autem illa ventorum ac menſium Germanica, pleraque ex *Cod. Florentino*, venerandam illam antiquitatem ſpirantia, reduxi, rejectis quae ex recentiori idiomate Nuenarius ac Reuberus inſeruerant. BESSELIUS.

Et de Menſibus quidem Januarium appellavit Wintharmanoth] In MS. Paderbornenſi haec menſium nomina voce *monath* terminantur, in aliis *monet*, in plerisque *manot*. Belgae nunc menſem *Maend* vel *Maent*, Germani *monát* dicunt, utrique à luna, quae noſtratibus *maene*, Germanis *mon*, Anglis *mone* varia linguae Teutonicae dialecto dicitur. Sic Graeci à μήνη luna, μήνης menſis deflectunt. Menſes porro ita Belgae nunc appellamus, *Lauwmaent*, *Sprockel*, *Meert*, *April*, *Wedemaent*, *Hoymaent*, *Oogſtmaent*, *Herſtmaent*, *Wynmaent*, *Slachtmaent*, *Wintermaent*. Germani plerique, ut ex Caniſii Martyrologio patet, *Jenner*, *Hornung*, *Mertz*, *April*, *May*, *Brachmonat*, *Heumonat*, *Augſtmonat*, *Herbſtmonat*, *Weinmonat*, *Wintermonat*, *Chriſtmonat*. BOLL. Hic menſis Anglis veteribus dicitur *Giuli* teſte Beda, à converſione Solis, quia hoc menſe Sol noſtro Hemisphaerio magis appropinquat & ad nos ſe convertit, quo nomine & in Suecia hunc menſem appellari, nuper à Doctiſſimo quodam Sueco audivi. SCHMINCKE.

Februarium Hornung] DCh. legit *Hormunc*, & in margine *Ormingh*, ſed Boll. Beſſel. & MSS. mea vulgatam proferunt. Hunc menſem Aventinus lib. IV. à *ceſſando* dictum vult: Loccenius vero in Antiquit. Sueo-Gothicis à germanica voce *Horn*, quia cervi hoc menſe cornua ſua deponant ac mutent, unde etiam Graecis dictus fuerit ἐλαφηβολιών. Anglis antiquis vocabatur *Solmonath* i. e. menſis placentarum, quas tunc temporis Diis ſuis offerebant. SCHMINCKE.

Martium Lenzinmanoth] Raban. Maurus in Gloſſario ſuo Lat. Barbaro legit *Lengizumanoth*, verum DCh. Boll. Beſſel. & MSS. mea conſtanter habent *Lenzmanoth*, *Lenzinmanoth* vel *Lentinmanoth*. Hic menſis à Vere denominatur, qui Germanis *Lenz* vel *Lent* pro varia cujusvis gentis dialecto vocatur. Angli teſte Beda hunc menſen *Rebelmonath* vel *Redmonath* dixerunt, à Dea ſua *Rheda*, cui in hoc praeprimis menſe

Martium, *Lenzinmanoth*, Aprilem, *Oſtarmanoth*, Majum, *Wunnemanoth*, Junium, *Brachmanoth*, Julium, *Heuvemanoth*, Auguſtum, *Aranmanoth*, Septembrem, *Herbiſtmanoth*, Octobrem, *Weinmanoth*, Novembrem, *Windmanoth*, Decembrem, *Heilagmanoth*. Ventis vero hoc modo nomen impoſuit, ut Subſolanum vocaret, *Oſtroniwind*, Eurum, *Oſtſundroni*, Euroauſtrum, *Sundoſtroni*, Auſtrum, *Sundroni*, Auſtroafricum, *Sundweſtroni*, Africum, *Weſtſundroni*, Zephyrum, *Weſtroni*, Corum, *Weſtnordroni*, Circium, *Nordweſtroni*, Septemtrionem, *Nordroni*, Aquilonem, *Nordoſtroni*, Vulturnum, *Oſtnordroni*.

CAP.

ſe ſacrificabant. SCHMINCKE.

Aprilem Oſtarmanoth] Vide Beſſelium ad cap. VII.

Majum Wunnemanoth] Aliis *Winnemanoth*. Unde hic menſis dictus ſit, non conſtat, forte *Wunnemanoth* à germanico *Wonne* vel *Wunne* oritur, quod notat jubilationem, quia eo in menſe amoeniſſimum anni tempus eſt. Seu malis *Winnemanoth* à voce *Winnen* lucrari, derivare, quaſi lucri menſis, quod agricolae capiunt ex pecoribus novas herbas commedentibus. Hanc conjecturam confirmare videtur illa Anglorum hujus menſis denominatio *Trimilchi*, qui ideo ſic dicitur, quoniam pecora propter copiam cibi ter mulgeri poſſunt. SCHMIN.

Junium Brachmanoth] Hic & Julius ab Anglis dicitur *Lida* i. e. blandus *blide Frôlich*, & navigabilis, quia in utroque menſe ſerena eſt tempeſtas, & aequora tuto ingredi queunt. SCHMINCKE.

Auguſtum Aranmanoth] Anglis *Weidmanoth* vel *Wendemanoth*, id eſt menſis Zizaniorum, quod ea tempeſtate abundat. Vox *Weiden* pro exſtirpare, Belgis adhuc uſitata eſt. SCHMINCKE.

Septembrem Herbſtmanoth] MS. Florent. teſte Beſſelio, legit *Wartumanoth*. Male hic in vulgatis plerisque Editt. & MSS. nonnullis cum Novembri confunditur, Septembrem enim *Windmanoth* & Novembrem *Herbſtmanoth* vocant, cum tamen certum ſit autumnum in Septembri exoriri. Anglis nomine *Halegmanoth*, vel *Heligmanoth* inſignitur. Loccenius l. c. *Herbſt* devivat ab *Herbe*, aſper, acerbus, quia bruma in hoc menſe eſt aſpera. SCHMINCKE.

Octobrem Weinmanoth] DCh. & MS. Cacogonv. & Bodl. *Windumanoth*, in margine vero DCh. & MS. Lugd. proferunt *Windumemanoth*. Beſſelius ex Codice Florentino *Windrumanoth*. Bolland. & reliquae Editt. vulgatae legunt *Weinmanoth*, quo nomine & hodie venit apud Germanos. Cognominatus vero hic menſis ab *uvis*, quae tunc temporis colliguntur. Anglis dictus eſt *Winterfyllith* i. e. hyeme plenus. SCHMINCKE.

Novembrem Wyndmanoth] Supra monuimus hunc menſem male *Herbſtmanoth* vocari, quae denominatio Septembri propria eſt. In MS. Caſſell. legitur *Regenmanoth*, quia eo tempore pluvia frequens eſt, & venti vehementes inſurgunt. Angli *Blothmanoth* i. e. menſis immolationum, ſiquidem hoc menſe caedebantur pecora, quae ſalienda erant. Ea de cauſa & à Germanis *Sclachtmonaht* vocatur. SCHMINCKE.

Decembrem Heilagmanoth] DCh. legit *Helmanoth*, ſed vulgatam praefero, quam & Beſſelius MSS. Cajogonv. Lugd. Bodl. & Caſſell. agnoſcunt. Sacer ſine dubio hic menſis dictus, propter Salvatoris Mundi natalem, qui in eum incidit. SCHMINCKE.

Oſtroniwind] Et haec quoque ventorum nomina Teutonica, à IV. mundi partibus dicta. *Noord* ſive *North*, Septemtrione; *Suyd*, meridie, *Ooſt*, oriente; *Weſt*, occidente. BOLLANDUS. DCh. Gloſſar. Rabani Mauri

CAP. XXX. Extremo vitae tempore, cum jam & morbo & ſenectute premeretur, evocatum ad ſe Ludovicum filium Aquitaniae Regem, qui ſolus filiorum Hildegardis ſupererat, congregatis ſolenniter de toto Regno Francorum primoribus, cunctorum conſilio conſortem ſibi totius Regni & Imperialis nominis haeredem conſtituit: impoſitoque capiti ejus diademate, Imperatorem & Auguſtum juſſit appellari. Susceptum eſt hoc conſilium ejus ab omnibus qui aderant, magno cum favore, nam divinitus ei propter Regni utilitatem videbatur inſpiratum. Auxitque majeſtatem ejus hoc factum, & exteris nationibus non minimum terroris incuſſit. Dimiſſo deinde in Aquitaniam filio, ipſe more ſolito, quanquam ſenectute confectus, non longe à Regia Aquenſi venatum proficiſcitur, exactoque in hujuſcemodi negotio quod reliquum erat autumni, circa Kal. Novembr. Aquasgrani revertitur. Cumque ibi hyemaret, menſe Januario febre valida correptus decubuit, qui ſtatim, ut in febribus ſolebat, cibi ſibi abſtinentiam indixit, arbitratus hac continentia morbum poſſe depelli, vel

Beſſel. & omnia fere MSS. mea, has ventorum denominationes terminant in *oni*, ut *Oſtroniwind*, *Oſtſundroni* &c. Vulgatae Editiones habent *Oſtrenwind*, *Oſtſundren* &c. ſed terminatio illa in *oni* majorem mihi videtur ſpirare antiquitatem. SCHMINCKE.

Congregatis ſolenniter de toto Regno Francorum primoribus —— Imperialis nominis haeredem conſtituit] Imperium Germanorum qui nunquam haereditarium fuiſſe dictitant, vel ex hoc loco refutantur. Certe ex his Eginharti verbis non aliud jam olim collegerat Leopoldus, Bambergenſis Epiſcopus, lib. de jure Regis & Imperii Romanorum cap. 11. in his: *Sciendum itaque eſt, quod idem Carolus M. dum morbo & ſenectute gravaretur, congregatis ſolenniter Aquisgrani Proceribus, de toto Regno Francorum, Ludovicum filium ſuum Aquitaniae Regem, cunctorum conſilio conſortem ſibi totius Regni & Imperialis nominis haeredem ſub anno 813. conſtituit: impoſitoque capiti ejus diademate, Imperatorem & Auguſtum appellari juſſit.* Quae eadem repetit cap. 16. demonſtraturus, *unctionem & coronationem non eſſe neceſſariam ad Imperium conſequendum.* Fruſtra igitur ſunt, qui Caroli Regnum non ſucceſſione & haereditate, ſed electione ſola ad poſteros ejus propagatum contendunt. Etenim Regino lib. 11. Chron. & Adel. ad an. 806. partitionem Regni inter filios commemorantes, teſtamentum Caroli ab optimatibus Francorum *jurejurando* confirmatum aſſerunt. BESSELIUS.

Nam divinitus ei propter Regni utilitatem videbatur inſpiratum] Anno 813. Carolus Ludovicum in Regni conſortium adſcivit. Regibus Francorum ſolemne erat ante obitum ſuum Regni inſtituere haeredes, quod conſilium ipſis divinitus inſpiratum putabatur. Sic de Dagoberto 1. in geſtis ejus legitur: *quod filios ſuos Sigebertum & Ludovicum Reges deſignaverit conſilio divinitus inſpirato, convocatis filiis, omnibusque totius Regni primatibus.* Carolus Martellus & dein ejus filius Pipinus ante mortem ſuam etiam de Regno inter filios diſpoſuerunt. Theganus hanc Ludovici inaugurationem narrans; ait: *quod Carolus omnes Optimates interrogaverit, an placeret illis filius Ludovicus, illi omnes reſponderunt, Dei eſſe admonitionem illius rei.* SCHMINCKE.

Arbitratus

vel certe mitigari. Sed accedente ad febrem lateris dolore, quem Graeci pleuresim vocant, illoque adhuc inediam retinente, neque corpus aliter quam rarissimo potu sustentante, septimo postquam decubuit die, sacra communione percepta decessit, anno aetatis suae LXXII. & ex quo regnare coeperat XLVII. v. KAL. FEBR. hora diei tertia.

CAP.

Arbitratus hac continentia morbum posse depelli] Scitum est illud *Hippocratis*, ex cujus doctrina experimentum hausisse Carolum verisimile est: *Inedia atque abstinentia multos & magnos curari morbos.* BESSEL.

Quem Graeci pleuresin vocant] Imo πλευρῖτις, Graece dicitur πλευρὰ latus. BOLLAND.

Sacra communione percepta] Grande nefas habebatur apud Majores nostros, si quisquam sine communione sacrae coenae ex hoc mundo decederet, ideo diligenter curabant, ut aegroti in agone versantes corpore Christi contra omne periculum munirentur. Hinc & Coenam sacram *viaticum* vocabant, ut apparet ex lege quam Carolus anno 803. dedit, qua mandat Sacerdotibus, ut probe caverent, *ne quisquam de seculo sine VIATICO recedat.* SCHMINCKE.

Decessit anno aetatis suae LXXII.] Alb. Stadens. anno 814. *Carolus Imperator, dum Aquisgrani hyemaret, febre & pleuresi tactus V. Kal. Februarii hora tertia obiit, anno aetatis* 71. *Regni* 46. *subactae Italiae* 43. *subactae Saxoniae ann.* 13. *Imperii vero anno* 14. Superant versiculi non tam sciti, quam curiosi super tempore mortis Caroli, apud Auctorem Chron. Mindensis p. 101. Edit. Meibom.

Inter & athletas, quos Mundi protulit aetas,
Tu Carolum reputes hominum transcendere metas
Orbem perstringens Rex Carolus imperat ingens.
Post Christum CCC. D. jungas & super adde
Decem cum quatuor Carolus Rex moriebatur. BESSELIUS.

De annis aetatis Caroli nostri non idem omnes sentiunt. Quidam mortuum volunt anno aetatis 68. illi scilicet, qui anno 747. natum putant Carolum. Alii anno 76. ut videre licet ex versibus tom. III. apud Duchesne:

Qui decies quater per sex feliciter annos
Sceptra tenens Regni, & Regno Rex Regna rejungens.
Febro migravit quinto arii ex orbe Kalendas.
Septuaginta sex vitae, qui terminat annos.

Sed errare utriusque sententiae patronos inde patet, quia natus est Carolus anno 742. testibus Lamb. Schaffnabrug. Siffrido Presbytero, Compilatione Chronologica, Vita Godehardi Episcopi Hildeshem. &c. Quorum auctoritate Annales Petavianos erroris arguere non vereor, licet Historia translationis S. Germani Episcopi Parisiensis iis patrocinari videatur, dicendo anno 754. cum corpus illud transferretur Carolum *septennem* fuisse; huic enim opponono testimonium Helinandi Scriptoris minime contemnendi, qui sua plerumque ex vetustissimis Chronicis descripsit, & citatus ab Alberico Monacho ad an. 753. testatur, Carolum, cum Stephanus Papa in Franciam veniret, *duodecim* annos natum fuisse, quod cum anno 742. non 747. convenit. Vide quae contra Annal. Petavianos & Historiam translationis S. Germani in Critica sua monet Doctiss. Pagius. Si nunc ab anno 814. subducatur annus nativitatis Caroli, patebit eum 72. annos natum obiisse, quem numerum Eginhardus in Annal. Monach. Egolism. Chron. Mindens. & Kranzius unitate minuunt, sed MSS. Du-

Chesniana.

CAP. XXXI. Corpus more ſolenni lotum & curatum, & maximo totius populi luctu Eccleſiae illatum atque humatum eſt. Dubitatum eſt primo, ubi reponi deberet, eo quod ipſe vivus de hoc nihil praecepiſſet. Tandem omnium animis ſedit, nusquam eum honeſtius tumulari poſſe, quam in ea baſilica, quam ipſe propter amorem Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti, & ob honorem ſanctae & aeternae Virginis genitricis ejus proprio ſumtu in eodem vico conſtruxit. In hac ſepultus eſt eadem, qua defunctus die, arcusque ſuper tumulum deauratus

Cheſniana, Bollandiana, Goldaſtiana, Beſſeliana, omnesque editiones vulgatae cum MSS. meis conſtantiſſime proferunt LXXII. quod tamen de inchoatis, non integris intelligendum eſt. SCHMINCKE.

V. Kal. Februarii] Sic optimi Codd. impreſſi & MSS. Errent igitur neceſſe eſt Auctor Fundat. Eccleſiarum in Saxonia, qui *Kal. Februarii*, Chron. Moiſſiac. Monachus Egolismenſis in vita Karoli M. Gervaſius Tilberienſis in otiis Imperalibus, qui XV. *Kalend. Februarii* Carolum mortuum eſſe volunt. Qui Scriptores ſine dubio ex Eginhardo emendandi ſunt. SCHMINCKE.

Corpus more ſolenni lotum & curatum] Jam pridem funerum ritus omnes *Onuphrius Panvinius*, *Jacobus Gutherius*, *Johannes Meurſius*, *Franciscus Peruccius*, & qui primo loco nominandus erat *Johannes Kirchmannus*, occuparunt; et in his de ablutione & unctura cadaverum, quae duo omnibus fere gentibus in uſu fuiſſe patet. In primitiva etiam Eccleſia ritum hunc à Chriſtianis retentum ex Actor IX. 37. conſtare poteſt. Tertullianus *Apologetico c. 42. Lavor honeſta hora, & ſalubri, quae mihi & colorem & ſanguinem ſervet. Rigere & pallere poſt lavacrum mortuus poſſum.* BESSELIUS. Ablutionis mortuorum apud Francos ſaepiſſime in eorum Hiſtoricis mentio fit. Sic apud Gregor. Turonenſ. lib. II. c. 5. Servatius mortuus dicitur *ablutus à fidelibus*, & juxta aggerem ſepultus. Dein cadavera abluta pretioſiſſimis ſaepe induebantur veſtibus, ut idem Gregorius lib. VI. c. 46. nos docet, quando de Malulfo Epiſcopo Sylvanectenſi narrat, quod ille *Chilpericum mortuum laverit & veſtimentis melioribus induerit.* & lib. IV. c. 15. de Theodeberto Chilperici filio refert: *Tunc ab Aunulfo quodam collectus, ablutus, ac dignis veſtibus eſt indutus, & ad Ecolismenſem civitatem ſepultus.* Linea aliquando haec mortuorum veſtimenta fuiſſe, ex eodem Gregorio lib. VI. cap. 28. diſcimus, ubi de Diſciola puella mortua narratur: quod *corpus aquis ablutum, ita candore niveo reſulgeſceret, ut nullum linteum Abbatiſſa reperire potuiſſet in promtu, quod corpore candidius cerneretur. Induta tamen linteis mundis, ſepulturae mandata eſt.* De hoc ſepeliendi & veſtiendi cadavera ritu, plura obſervavit Lindenbrogius ad Ammian. Marcell. lib. XVI. cap. 8. SCHMINCKE.

In hac ſepultus eadem, qua defunctus, die] In hoc à veteri Romanorum more diſceſſere Francorum Proceres. Illi enim cadaver lotum unctumque *ſeptem diebus* domi aſervabant, viſentibus ad luctum quotidie amicis, ſi vera ſunt, quae ſcribit Joh. Roſinus lib. V. Antiq. Rom. cap. 39. Et vix fieri potuiſſe arbitror, ut eodem die ſepultus ſit Carolus, ſi is ornatus funeri adhibitus eſt, quem Monachus Egolismenſis pag. 222. deſcribit. *Corpus ejus* inquit, *aromatizatum eſt, & in ſede aurea ſedens poſitum eſt, in curvatura ſepulchri enſe aureo accinctus, Evangelium aureum tenens in manibus & genibus, reclinatis humeris in cathedra, & capite honeſte erecto ligato aurea catena ad diadema, & in diademate lignum S. crucis poſitum eſt. Et repleverunt ſepulchrum ejus aro-*

ma-

ratus cum imagine & titulo exſtructus, & titulus hoc modo ſcriptus eſt: SUB HOC CONDITORIO SITUM EST CORPUS CAROLI M. ATQUE ORTHODOXI IMPERATORIS, QUI REGNUM FRANCORUM NOBILITER AMPLIAVIT, ET PER ANNOS XLVII. FELICITER REXIT. DECESSIT SEPTUAGENARIUS ANNO DOMINI DCCCXIV. INDICT. VII. V. KAL. FEBRUARII.

CAP. XXXII. Appropinquantis finis complura fuere praeſagia, ut non ſolum alii, ſed & ipſe hoc minitari ſentiret. Per tres continuos vitaeque termino proximos annos & Solis & Lunae creberrima defe-

matibus, pigmentis & balſamo, & muſco & theſauris multis in auro. Veſtitum eſt corpus ejus veſtimentis Imperialibus, & ſudario ſub diademate facies ejus operta eſt. Cilicium ad carnem ejus poſitum eſt, quod ſecreto ſemper induebatur, & ſuper veſtimentis Imperialibus pera peregrinalis aurea poſita eſt, quam Romam portare ſolitus erat. Sceptrum aureum & ſcutum aureum, quod Leo Papa conſecraverat, ante eum poſita ſunt dependentia; Et clauſum & ſigillatum eſt ſepulchrum ejus. Sanctis poſt mortem annumeratus eſt, & in canonem relatus à Zacharia Papa, praeſente Friderico I. Imperatore, Anno 1166. Indict. 14. teſtibus Wernero. Rolevinckio de *laud. Weſtphalorum* libro. 2. cap. 10. pag. 103. Itemque Aventin. libro. IV. p. 221. BESSELIUS. Non Zacharias, ſed Paſchalis III. Anti-Papa Carolum in numerum Divorum recepit, de quo latius Doct. Bollandus in Actis SS. ad XXVIII. Januarii. Sepulchrum Caroli apertum dicitur ab Ottone III. qui, teſte Chronico Novalicienſi & Vita S. Adalberti Epiſcopi, in ornatu ſupra ex Monacho Egoliſm. deſcripto, eum fere illaeſum invenit. SCHM.

Solis & lunae creberrima defectio] Fuerat haec quondam & eſt apud non paucos Mathematicorum ſuperſtitio, crebras luminarium eclipſes mortem alicujus Principis portendere. Potiſſimae autem ſolis ac lunae defectiones, quas indicat noſter, neque continuae ſunt, neque vitae termino omnes proximae. Nam *Adelmus* ac *Reginone*, quorum alter Matheſeos inſigniter peritus fuit, etiam minuta quaeque, quae in ſole tum obſervata ſunt, annotarunt. Itaque anno 807. obſervat Adelmus, ter lunam obſcuratam eſſe, & ſolem ſemel, ſiquidem computatio inſtituatur ab anni proxime praecedentis Septembri ad anni dicti Septembrem. Mox anno 810. *Sol & Luna bis defecerunt*, notante etiam Reginone lib. II. & iterum anno 812. Solis defectio ab Adelmo & Reginone animadverſa. Sed qui haec in praeſagia trahi poſſunt? Praeſertim ab iis, qui ſaepius talia in coelo fieri obſervarunt. Quare aut praeternaturalis quaedam ſolis fuerit oportet conſtitutio, ab aliis non annotata, aut Vulgi ſententiam ſecutus eſt Noſter. Nam quod Sigebertus & Alb. Stadenſis uterque ad ann. 798. Solem *per dies ſeptendecim* eclipſatum ſcribunt, ita ut naves in pelago oberrarent, fabuloſum prorſus eſt, & nullius veteris Scriptoris teſtimonio comprobatum. Repetit tamen eadem *Elimandus* apud Auctorem Chronici Belgici fol. 42. Impudentius etiam mendacium commiſit Werner. Rolvinck. Faſc. tempor. aetat. 6. ad an. 794. Solem ſtetiſſe ſpatio trium dierum, ut Carolus vinceret. Quod ipſum ex imperitia procul dubio profectum, cum legerent ſolem hoc aut illo tempore ſtetiſſe in certo ſigno, ipſi non curſus ſpatia, ſed quietis determinari crederent, ut exquiſite monet Cl. Boeclerus *in Carolo* p. 48. BESSEL. Prodigiorum obſervationibus maxime olim

defectio, ac in Sole macula quaedam atri coloris ſeptem dierum ſpatio viſa. Porticus, quam inter Baſilicam & Regiam operoſa mole conſtruxerat, die Aſcenſionis Domini ſubita ruina usque ad fundamenta collapſa. Item pons Rheni apud Moguntiacum, quem ipſe per decem annos ingenti labore & opere, mirabili de ligno ita conſtruxit, ut perenniter durare poſſe videretur, ita tribus horis fortuito incendio conflagravit, ut praeter quod aqua tegebatur, ne una quidem haſtula ex eo remaneret. Ipſe quoque, cum ultimam in Saxoniam expeditio-

Franci dediti erant, cujus ſuperſtitionis exempla pene multa nobis ſuppeditat Gregor. Turonenſ. lib. IX. c. 5. aliique, qui enarratis miraculis & praeſagiis, ex tot inſuetorum ſignorum apparitione tandem concludit: *illa vel Regis obitum, vel Regionis excidium annuntiare.* Anonym. de Vita Ludovici Pii praeſagia mortis Ludovici deſcribens inquit: *Quo in tempore deliquium ſolis contigit —— inſolito modo, in tantum enim lucis receſſu tenebrae praevaluerunt, ut nil à noctis veritate diſſerre videretur; ſtellarum namque ratus ordo ita cernebatur, ut nullum ſidus lucis ſolis hebetudinem pateretur. —— Quod prodigium, licet naturae adſcribatur, tamen lamentabili exitu conſummatum eſt, portendebatur enim per illud, maximum illud lumen mortalium, —— piiſſimae recordationis Imperatorem dico, maturrime rebus humanis ſubtrahendum, mundumque ejus deceſſu in tenebris tribulationum relinquendum.* Vide etiam Eginhardi noſtri Epiſtol. 56. in qua diſſerit, quod inſueta ſidera triſtia fere ſemper ſignificent fata, quae mortalibus immineant. SCHMIN.

In ſole macula quaedam atri coloris ſeptem dierum ſpatio viſa] *Maculam* vocat, quem *Mercurium* fuiſſe conſtat ſub ſole viſum. Αὐτόπτης ejus rei Auctor Annalium Francicorum Ademarus, ſeu Adelmus potius, neque Eginhartus eſt, vir Aſtronomiae peritiſſimus ad an. 807. *Stella Mercurii XVI. Kal. April viſa eſt in ſole, quaſi parva macula nigra, paululum ſuperius medio centro ejusdem ſideris: quae à nobis octo dies conſpecta eſt, ſed quando primum intravit vel receſſit, nubibus impedientibus minime notare potuimus.* Haec ille, quae verba paulum inflexa, procul dubio hinc exſcripſit Monachus Egolismenſis p. 269. Fabulae enim ſunt, quas Turpinus cap. 32. proponit, Solem & Lunam ſex dierum ſpatio atro colore ante ejus mortem immutatos eſſe: quae malitioſa verborum Eginharti interpretatio eſt. Rectius Anonymus Poëta lib. V. *v.* 605.

Septenis ater color eſt in ſole diebus
Viſus, lucigenam commaculans faciem.

Ad exemplum fortaſſis hujus prodigii, quod tum videbatur, excogitatum eſt alterum illud, quod iisdem verbis Monach. Egolismenſ. p. 259. & Ado Viennenſ. aetat. 6. p. 216. memorant: Stellam, quae Martis dicitur, eo anno in menſe Julio, uſque ad alium menſem Julium videri non potuiſſe. Caeterum de *Mercurio ſub ſole viſo*, eleganter diſputat Schickhardus, aliquod etiam exemplis productis Keplerus *de Marte captivo*. BES.

Porticus, quam inter Baſilicam & regiam] Turpinus, ſeu qui alius eſt Rhapſodus, imitatur haec verba medias inter fabulas cap. 32. *Porticus*, inquit, *quae inter baſilicam & Regiam erat, die Aſcenſionis Dominicae ſunditus per ſemet ipſam cecidit.* Similis ruina refertur ab Adelmo ad an. 817. quae Imperatorem Ludovicum tantum non oppreſſit. Sed prior porticus lapidea, altera illa è fragili duntaxat ac lignea materia conſtructa fuit. BESSELIUS.

Ne una quidem haſtula ex eo remaneret] *Aſſulam* emendat Barthius lib. VI. Adverſ. c. 7. quae minutiſſima pars ligni eſt. Sic Plinius Valerianus lib. I. cap. XXXVI. *taedas*

pi-

peditionem contra Godefridum Regem Danorum ageret, quadam die, cum ante exortum Solis castra egressus, iter agere coepisset, vidit repente coelitus delapsam cum ingenti lumine facem à dextra in sinistram per serenum aëra transcurrere, cunctisque hoc signum, quid portenderet, admirantibus, subito equus, cui insidebat, capite deorsum merso, decidit, eumque tam graviter ad terram elisit, ut fibula sagi rupta, baltheoque gladii dissipato, à festinantibus qui aderant ministris, exarmatus sine amiculo levaretur. Jaculum quoque, quod tunc

pingues in assulas concides, & in aceto decoques, id acetum ore continebis. Et clarius Paulinus Natali, VII.

——— *nos ligno exstinximus ignem*
Quamque aqua non poterat, vicit brevis assula flammam.

At vero cum assu ae minutiora illa ligni segmenta, quae Graecis σχίδια dicuntur, verisimile non est tantilla fragmenta à Nostro indigetari. Malim ergo vulgatam retinere Scripturam, quae etiam apud Sigebertum ad ann. 811. & Mar. Scotum lib. III. aetat. 6. ad ann. 814. jacet. Quid quod Codex Florentinus *astulam* clare praefert, quemadmodum & Poeta Saxo, (ut quidem in MS. legitur) lib. v. vers. 611.

Nam nisi quae labens fluvius subtraxerat igni,
Astula nec saltem parva superfuerat.

Et sic Radulfus Glaber lib. I. Hist. c. 4. *Alius quoque Saracenorum eorundem cultro deplanans ligni hastulam, posuit incunctanter pedem super viri Dei codicem.* Erit itaque hastula tenuis quaedam ligni festuca: nam & primitivum ejus, lignum aliquod acuminatum initio significasse videtur. BESSELIUS. Goldastus ad h. l. cum Barthio legendum putat *assula*, & sic Festus V. Fomites, & Glossaria. Verum DCh. Boll. Bessel. omnesque Edit. vulgatae, cum MSS. meis, Excerptis Trajectinis, & Variant. Lectionibus, quas margini adscripsit Franzius, unanimi consensu legunt *astulam*, seu cum aspiratione, *hastulam*, quae lectio priorem ni fallor, longe antecellit, propria enim haec vox est, qua id commode exprimitur, quod Eginhardus in animo habuit, consumsisse nempe ignem totum pontem, ut nihil quicquam, ne tenuissima quidem particula ejus remaneret. Eadem fere locutio est illa apud Germanos: *das weder stumpf noch stiel übrig blieb*, vel potius haec, *das nicht ein splitter übrig blieb.* Hastulam vero exiguam ligni partem, quam nos *einen splitter* vocamus, notare, patet ex Passione S. Seraphiae apud Baluz. tom. II. Miscell. *Et cum caederetur*, Seraphia, *subito terrae motus factus est. & quasi ASTULA de fustibus, unde caedebatur Dei virgo, attigit tertium* (forte *dextrum*) *oculum Praesidis, & post triduum amisit*, ut & Vita S. Felicis Presbyteri Nolani. *Ubi postquam oratum est, rediit domum Episcopus, sumtamque de ligno Dominicae crucis non grandem ASTULAM misit in medium incendii furentis.* SCHMINCKE.

Exanimatus sine adminiculo levaretur] Idem Doctissimus Adversar. Scriptor *loco laudato* excidisse voculam belle suspicatur, & scripsisse Eginhartum: *sine sui adminiculo.* Tam enim atrox erat, inquit, casus, ut consternatus animi & corpore, velut veterno tacto, non valeret sibi ipsi Imperator adesse. Quanquam & vulgatum extra additamentum illud eundem sensum exprimere videatur. Est enim adminiculum proprie pedamentum, quo aliquid sustinemus, & quasi minamus, hoc est ducimus. BESSELIUS. Verum hujus loci sensum non perceperunt Barthius, Besselius pluresque alii, quem primum detexit Goldastus, cum enim in vulgatis legeretur *ad-*

tunc forte manu tenebat, ita elapsum est, ut viginti vel eo amplius pedum spatio procul jaceret. Accessit ad hoc creber Aquensis palatii tremor, & in domibus, ubi conversabatur, assiduus laquearium crepitus. Tacta etiam de coelo, in qua postea sepultus est, Basilica, malumque aureum, quo tecti culmen erat ornatum, ictu fulminis dissipatum, & supra domum Pontificis, quae Basilicae contigua erat, pro-

miniculo, hic in MS. suo optimae notae invenit *amiculo*, cui MSS. Cajogon. & Lugd. recte adstipulantur. Scribe igitur cum Goldasto & citatis MSS. *sine amiculo levaretur*, i. e. sine sago seu exteriori vestimento. Et hanc genuinam Auctoris nostri lectionem esse, sine dubio mecum confiteberis. Eginhardus enim ipse sibi eam vindicat, qui cum narrasset atroci illo casu fibulam sagi ruptam, qua exterius vestimentum astringebatur, & baltheum gladii esse dissipatum, nunc addit Carolum à Ministris suis & exarmatum (baltheo gladii disrupto) & sago seu amiculo privatum (fibula enim sagi disrupta, deciderat exterius vestimentum) erectum fuisse *sine amiculo*. Quid certius hac lectione? Amiculum vero notare exterius vestimentum, quod corpori circumjiciebatur, ex Festo patet, qui in voce illa testatur: *Amiculum genus vestimenti est, à circumjectu dictum.* Graecis venit nomine περιβολαίς, a περιβάλλω circumjicio circumdo, amicio, cooperio, quod Glossae vertunt per *Opertorium*, *Coopertorium*, quia amiculo se operiebant, ut ex Petronio cap. XI. patet: *opertum me amiculo evolvit.* Orta vero vulgata lectio videtur ex male intellecta scribendi ratione, cum enim scriptum observarent *amiculo*, non percepe-runt statim sensum Auctoris, hinc putarunt legendum, *amminiculo* (sic enim veteres Franci pro *adminiculo*, scribebant) quasi τὸ *amiculo*, vel ex amminiculo contractum, vel per compendium scriptum fuerit. Cum igitur haec lectio luce meridiana clarior sit, eam in textum recipere minime dubitavi. SCHMINCKE.

Tacta etiam de Coelo Basilica] Aedificia, publica fulgore tacta apud gentes maximum portendebant malum, quae superstitio & in Christianos derivata est. Hinc in Codice Theodosiano lib. XVI. t. 10. lex à Constantino M. data reperitur de usu Haruspicinae circa fulgurum interpretationem, quae sic se habet: *Si quid de Palatio nostro aut caeteris operibus publicis degustatum fulgore esse constiterit, retento more veteris observantiae, quid portendat, ab Haruspicibus requiratur.* Ubi vide, quae JC. Doctissimus Gothofredus notat, quod nempe creditum fuerit, si Palatium, aut aliud aedificium publicum fulgore tangeretur, Principi vel Reipubl. fatum imminere, quod ex loco Marcellini lib. XXX. c. 5. probat, ubi inter praesagia mortis Valentiniani recensetur, *fulmen incendisse Palatii, Curiae & Fori partem*, &c. SCHMINCKE.

Supra domum Pontificis] Hildebaldi arbitror Episcopi, quem familiarissimum Caroli Pontificem Theganus cap. 7. scribit. Nihil familiarius est Ecclesiasticis Scriptoribus, quam Episcopos *Pontifices* appellare. Poeta Anonymus de Vita Caroli lib. III. v. 199.

——— *Synodum celebrare vocatos*
Undique Pontifices jam dictam fecit ad aulam.

Widekindus Monachus Hildebertum Archiepiscopum *summum Pontificem* appellat. lib. II. Annal. init. p. 15. Edit. Meibom. Exstat & *Curiae* Epithaphium Valentiniano Episcopo à Nepote positum, quod producit Bartholomaeus Schobingerus *addit. ad Farag. Vadiani* p. 93.

Hoc jacet in tomolo, quem flevit Rhaetica Tellus,
Maxima summorum gloria Pontificum.

BESSELIUS, Lepida hoc de nomine exstat historia,

projectum est. Erat in eadem Basilica in margine coronae, quae inter superiores & inferiores arcus interiorem aedis partem ambiebat, epigramma Synopide scriptum, continens quis Auctor esset ejusdem templi, cujus in extremo versu legebatur CAROLUS PRINCEPS. Notatum est à quibusdam eodem, quo decessit anno, paucis ante mortem mensibus, eas, quae Princeps exprimebant literas, ita esse deletas, ut penitus non apparerent. Sed superiora omnia sic aut dissimulavit, aut sprevit, ac si nihil horum ad res suas quolibet modo pertineret.

CAP. XXXIII. Testamenta facere instituit, quibus filias, & ex concubinis liberos ex aliqua parte sibi haeredes faceret: sed tarde inchoata perfici non poterant. Divisionem tamen thesaurorum, & pecuniae ac vestium, aliaeque supellectilis coram amicis & ministris suis, annis tribus antequam decederet, fecit, contestatus eos, ut post obitum suum à se facta distributio per illorum suffragium rata permaneret. Quicquid ex his, quae diviserat, fieri vellet, breviario comprehendit, cujus ratio ac textus talis est:

IN NOMINE DOMINI DEI OMNIPOTENTIS PATRIS FILII ET SPIRITUS SANCTI. Incipit descriptio atque divisio, quae facta est à glorioſissimo atque piissimo Domino CAROLO Imperatore Augusto, anno ab Incarnatione DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI DCCCXI. anno

storia, quam Goldastus narrat apud laudatum Schobingerum ad Vadian. Sarrag. d. l. de Ravennate J. C. qui aliquamdiu vixit in Germania, & filium habuit Canonicum Bremensem. Hic in dictis suis notabilibus scriptum reliquit: *Semel reprehensus fui à quodam, qui se tenebat sapientem & doctum in Jure, quod appellassem Episcopum, Summum Pontificem. Ira invasit me, & dixi: Ego etiam sum Jurista, habemus jura, in quibus Episcopi appellantur Summi Pontifices, in c.* si officiac. qui Ecclesiasticis, 59. *dist. c.* si Episcopus, 18. *dist. Fuit necesse, quod deveniremus ad libros. Volebat tamen pertinaciter suum errorem defendere, nec potuit.* Plura Goldast. ad h. l. SCHMINCKE.

Sinopide scriptum] Sinopis est terra rubra, dicta à *Sinopi* Ponti Urbe. BOLLAND.

Eas, quae Princeps exprimebant, literas, ita esse deletas, ut p. n. apparent] Idem de suo Augusto narrat Suetonius cap. 97. *Sub idem tempus ictu fulminis ex Inscriptione statuae ejus prima nominis litera effluxit. Responsum est centum solos dies post hac victurum, quem numerum litera C. notaret, futurumque, ut inter Deos referretur, quod Caesar, i. e. reliqua pars è Caesaris nomine Etrusca lingua Deus vocaretur.* Idem accidit Kal. Septembr. Berolini anno 1688. ubi in porta Lipsiensi haec Verba: FRIDERIC. WILHELMUS ELECTOR BRANDENBURG. FELIX, fulmine, sed post mortem ejus, deleta narrantur. SCHMINCKE.

Testamenta instituit] In universum *quatuor testamenta* à Carolo constituta, Goldastus opinabatur. *Duo* tamen extra dubium vere Carolina sunt: alterum quod refert Auctor, alterum quo de divisione Regni in tres partes facienda egerat; quod ipsum ad Leonem Papam, ut sua manu

anno vero Regni ejus in Francia XLIII. *& in Italia* XXXVI. *Imperii autem* XI. *Indictione* IV. *quam pia & prudenti consideratione facere decrevit, & Domino annuente perfecit, de thesauris suis atque pecunia, quae in illa die in camera ejus inventa est. In qua illud praecipue praecavere voluit, ut non solum eleemosynarum largitio, quae solenniter apud Christianos de possessionibus eorum agitur, pro se quoque de sua pecunia ordine atque ratione perficeretur, sed etiam, ut haeredes sui omni ambiguitate remota, quid ad se pertinere deberet, liquido cognoscerent, & sine lite atque contentione sua inter se competenti partitione dividere potuissent. Hac igitur intentione atque proposito omnem substantiam atque suppellectilem suam, quae in auro & argento, gemmisque & ornatu regio, in illa ut dictum est die, in camera ejus inveniri poterat, primo quidem trina divisione partitus est: deinde easdem partes subdividendo de duabus partibus* XXI. *partes fecit, & tertiam integram reservavit. Et duarum quidem partium in* XXI. *partes facta divisio, tali ratione consistit, ut quia in Regno ipsius Metropolitanae civitates* XXI. *esse noscuntur, unaquaeque illarum partium ad unamquamque Metropolim per manus haeredum & amicorum suorum eleemosynae nomine perveniret, & Archiepiscopus, qui tunc illius Ecclesiae Rector exstiterit, partem, quae ad suam Ecclesiam data est, suscipiens cum suis suffraganeis partiatur, eo scilicet modo, ut pars tertia suae Ecclesiae sit, duae vero partes inter suffraganeos dividantur. Harum divisionum, quae ex duabus primis partibus factae sunt, & juxta Metropoliticarum civitatum numerum* XXI. *esse noscuntur, unaquaeque ab altera sequestrata, semotim in suo repositorio cum superscriptione civitatis, ad quam perferenda erat, recondita jacet. Nomina vero Metropoliticarum Civitatum,*

subscriberet, à Carolo per Eginhartum missum est, testibus Adelmo ad an. 806. & Monacho Egolism. p. 268. qui postremus testamentum illud nobis servavit in vita ejus pag. 283. BESSELIUS. Hoc testamentum uspiam in Westphalia Graece exstare, de Gamansio nostro didicimus, latine indubie scriptum fuit, & forte etiam Teutonice. BOLLANDUS. vid. Sueton. in Aug. cap. 101.

Ut non solum Eleemosynarum largitio] Majores nostri in agone versantes fere semper huic vel illi Monasterio eleemosynas legabant, sine quibus optata in coelis requie se frui non posse sibi persuadebant. Hinc illam eleemosynarum largitionem vocabant *dare pro anima sua, tradere pro animae suae & suorum salute, dare pro mercede animae, remedio animae, aeterna retributione.* Imo veniam peccatorum sua largitione sperabant à Deo, hinc in chart. 50. apud Goldast. legimus: *ut veniam pro peccatis meis in futurum adipisci merear, & in die tremendi judicii ante tribunal Christi securus adsistam.* Ad hoc superstitiosa turba quotidie praedicationibus Monachorum incitabatur, uti de se testatur Gerhartus quidam Chart. 63. apud Goldast. *Ego Gerhart praedicationibus sacris frequenter admonitus, pro animae meae remedio trado* &c. Tantum relligio potuit suadere malorum. SCHMINCK.

Nomina vero Metropoliticarum Civitatum]

vitatum, ad quas eadem eleemosyna vel largitio data est, haec sunt: Roma, Ravenna, Mediolanum, Forum Julii, Gradus, Colonia, Moguntiacum, Juvanum, quae & Salzburgum, Treveri, Senones, Vesontium, Lugdunum, Rothomagus, Remis, Arelas, Vienna, Tarantasia, Ebrodunum, Burdigala, Turones, Bituriges. Unius autem partis, quam integram reservari voluit, talis est ratio, ut illis duabus in supradictas divisiones distributis, & sub sigillo reconditis, haec tertia in usu quotidiano servaretur, velut res, quam nulla voti obligatione à dominio possidentis alienatam esse constaret; & hoc tamdiu, quod ad usque vel ipse superstes esset, vel usum ejus sibi necessarium judicaret: post obitum vero suum, aut voluntariam rerum secularium abdicationem eadem pars quatuor subdivisionibus secaretur, & una quidem earum supradictis XXI. *partibus adderetur, altera à filiis ac filiabus suis, filiisque ac filiabus filiorum suorum assumta, & justa ac rationabili inter eos partitione divideretur, tertia vero consueto Christianitatis more, in usum pauperum erogaretur: quarta simili modo nomine eleemosynae in servorum & ancillarum usibus Palatii famulantium sustentationem distributa veniret. Ad hanc tertiam totius summae portionem, quae similiter ut caeterae ex auro & argento constat, adjungi voluit omnia ex aere & ferro, aliisque metallis, vasa atque utensilia, cum armis & vestibus, aliaque pretiosa aut vilia ad varios usus facta suppellectilia, ut sunt cortinae, stragula, tapetes, filtra, coria, sagmata, & quicquid in camera-*

rum] Scriptus Codex *Metropolecrum* corrupte legit, quo pro reponendum Metropolewn. Nomina autem Civitatum Archiepiscopalium ex Eginharto describit Marianus Scotus lib. III. Annal. Anno 811. & accuratius, *Albericus* apud Collectorem Chronici Belgici fol. 46. in hunc modum: *Roma, Ravenna, Mediolanum, Forum Julii (quae & Aquilegia dicitur) Gradus in Venetiis, Moguntia, Juvanium in Bavaria (quae & Salzburg) Colonia, Treviris, Remis, Senonis, Vienna, Lugdunum, Bisantium, Rothomagus, Arelate, Tharentesia, Ebredunum, Burgdegala, Thuronum, Bithurium.* BESSELIUS.

Juvanum] In Editt. vulgatis male expressum est *Vivanum*, in MSS. enim, quae consuluerunt DCh. Bollandus & Baluzius, ut & meis constantissime reperitur: *Juvanum* vel *Juvavum*, quam verum hujus loci denominationem esse probat Cluverius in Vindel. & Norico cap. 5. Nescio quid in mentem venerit Goldasto, cum ad h. l. de Juvavo scriberet: *Puto eam esse, quae aliquoties in Annal. à Pithoeo editis vocatur Salz villa regia, à Sala fluvio praeterfluente.* Sala enim est fluvius Franconiae, ad quam exstructa arx illa Salz, quae pace Saxonica memorabilis. Juvavum vero situm est in Bavaria, & hodie Salzburg, teste Cluverio, Bertio, Cellario aliisque vocatur. SCHMINCKE.

Aut voluntariam rerum secularium abdicationem] Ergo meditabatur, quod 740. annos post Successorum ejus glorioſissimus Carolus V. Austriacus perfecit. BOLLAND.

Cortinae & stragulae] Horum verborum, ut & sequentium explicationem illustrem adjicit Ulpianus lib. XLIV. ad Sabinum l. 25. D. de aur. & arg. Paulo post è Cod.

Flo-

ra ac vestiario ejus eo die fuisset inventum, ut ex hoc majores illius partis divisiones fierent, & erogatio eleemosynae ad plures pervenire posset. Capellam i. e. Ecclesiasticum ministerium, tam id, quod ipse fecit atque congregavit, quam quod ad eum ex paterna haereditate pervenit, ut integrum esset, neque ulla divisione scinderetur, ordinavit. Si qua autem inveniren-tur vasa, aut libri, aut alia ornamenta, quae liquido constaret eidem capellae ab eo collata non fuisse, haec qui habere vellet, dato justae aestimationis pretio emeret & haberet. Similiter & de libris, quorum magnam in Bibliotheca sua copiam congregavit, statuit, ut ab his qui eos habere vellent, justo pretio redimerentur, pretiumque in pauperes erogaretur. Inter caeteros thesauros atque pecuniam tres mensas argenteas & auream unam praedictis, quendam optimum dictatorem & scriptorem in capellam suam assumsit. Unde & *Capellani*, Scribae Secretariique dicti sunt, & Eginhartus noster in Chronico Swartzahensi, *Archi Capellanus* dicitur, hoc est Cancellarius vel Princeps Scribarum. Nunc minutius aliquod fanum, seu *Oratorium* templo grandi adjungi solitum designat, id quod videre est ex Johan. Sarisberiens. Epist. 4. Hincmarus Clero & Plebi Tornacensi *de Capellis antiquitus subjectis Ecclesiis, non aequalem, sicut de principalibus Ecclesiis collationem exigat.* Quanquam templa etiam majora hoc nomine indifferenter veniant. Et quod magis est, splendida illa Basilica Aquisgranensis, *Capella* appellatur ab Adelmo Annal. Franc. ad an. 828. De nomine erudite disputant Casp. Barthius Adversar. lib. XIV. cap. 11. & Petrus à Beck *in Aquisgrano.* BESSELIUS.

Florent. reponendum: *tapetia, filtra.* Potius enim hoc malim, quam vel vulgatum *fulcra* vel *phrygia*, quae vocant acupicta tapetia, quod placuit Barthio lib. VI. Adversar. cap. 7. Filtrum est stragulum quoddam, seu tapes, qui proprie equis insternitur. Leges Bojor. tit. 2. cap. 6. §. 1. *Capistrum, frenum, filtrum.* Deinde pro quolibet tapetio, ex filis vel pilis animalium confecto, accipitur. Haithonus Armenus, Hist. Oriental. cap. 16. *Extendentes quoddam filtrum nigerrimum super terram, desuper sedere fecerunt Changium.* BESSELIUS. Lectio Codicis Florentini auctoritate Baluzii, Bollandi, MSS. Lugd. & Bodl. magis confirmatur, usurpatur autem haec vox saepissime apud Medii Aevi Scriptores, & notat pannum rudem, villosas vestes, quae aliquando in lectis substernuntur. In hac significatione occurit in Vita S. Galterii VIII. April. Act. SS. *ibi*, in cella, *lectus ejus filtrum erat*, & in vita Meginradi Eremitae cap. 14. *postea vero nudaverunt eum veste, qua erat indutus, & portantes posuerunt in lectum, quo Vir Dei quiescere solebat. Nudo supposuerunt filtrum.* SCHMINCKE.

Capellam] Recte Auctor per *ministerium Ecclesiasticum* exponit, quemadmodum & Ekkehardus Junior in Casibus c. 1. aliquoties usurpat. Diversa caeteroquin vocis est significatio. Nunc enim domicilium Scribarum notat, ut apud Monachum San. Gallensem lib. 1. c. 4. *De pauperibus supra-*

Similiter & de libris, quorum magnam in Bibliotheca sua copiam congregavit] Celeberrima tum temporis fuit Bibliotheca illa Carolina, optimis libris citra dubium referta, qua de Guilhelmus Paradinus Hist. Lugdun. Gallice scriptae & editae Lugduni 1573. lib. II. c. 106. scribit, in Abbatia Insulae Barbarae fuisse Bibliothecam Caroli M. eamque instructissimam, ex qua *poemata Ausonii*, nunquam antea visa producta ab Antonio Alboino Archiepiscopo Lugdunensi, & Abbate illius Monasterii. Illius Bibliothecae Praefectos fuisse, primo

Ago-

praecipuae magnitudinis & ponderis esse constat, de quibus statuit atque decrevit, ut una ex his, quae forma quadrangula descriptionem Urbis Constantinopolitanae continet, inter caetera donaria, quae ad hoc deputata sunt, Romam ad Basilicam B. Petri Apostoli deferatur, & altera quae forma rotunda Romanae urbis effigie insignita est, Episcopo Ravennatis Ecclesiae conferatur: tertiam, quae caeteris & operis pulchritudine, & ponderis gravitate multum excellit, quae ex tribus orbibus connexa totius mundi descriptionem subtili ac minuta figuratione complectitur, & auream illam, quae quarta esse dicta est, in tertiae illius, & inter haeredes suos, atque in eleemosynam dividendae partis augmentum esse constituit.

CAP. XXXIV. Hanc constitutionem atque ordinationem coram Episcopis, Abbatibus, Comitibusque, qui tunc praesentes esse potuerunt, quorumque hic nomina scripta sunt, fecit atque constituit. Episcopi: Hildebaldus, Richulfus, Arn, Wolfarius, Bernoinus, Laiagobardum, deinde Leydradum. Prodiisse etiam ex illa Bibliotheca *Pontium Diaconum* de vita Cypriani. Haec ille; cujus indicium mihi fecit *Henricus Meibomius*, vir Eruditissimus. BESSELIUS.

Tertiam, quae caeteris & operis pulchritudine &c.] Hanc Ludovicus sibi servavit, prout nos docet Theganus cap. 8. *Nihil sibi reservavit, praeter unam mensam argenteam, quae triformis est, in medio quasi tres clypei in unum conjuncti, ipsam sibi retinuit ob amorem Patris, & tamen eam alio pretio redemit, quod pro Patre tradidit.* SCHMIN.

Hildeboldus] Non tangam hic, quae summis Viris Mallinckrotio *de Archi-Cancellariis* pag. 9. & Gonringio ad Epist. IX. Leonis p. 79. notata sunt, illa saltem, quae praeter ea legere memini, additurus. Sic autem de eo ex Chronicis Pontificum Colonienſium Auctor Chronici Belgici Pistoriani fol. 50. *Venerabilis Pater Hildeboldus, decimus nonus Archiepiscopus Colonienſis Ecclesiae, sedit sub Carolo M. & ejus filio Ludovico Pio Imperatoribus. Qui eundem Ludovicum unxit in Regem Romanorum, & sedit annis* 34. Hadeboldum appellant capitula Caroli M. & Ludovici Pii lib. II. c. 25. itemque Rembertus in *vita S. Anscharii* cap. 7. p. 180. cujus tamen Paraphrastes *Gualdo Monachus Corbejenſis*, primum à Lambecio è situ erutus cap. 20. v. 13. p. 262. verum nomen cum Eginharto retinuit. *Sacri Palatii Capellanus* vocatur in subscriptione Diplomatis super fundatione Ecclesiae Bremensis apud Alb. Stadens. ad ann. 788. p. 84. BESSELIUS.

Richolfus] Archi-Episcopus Moguntinus, Lulli successor, cujus praeter Lambertum Schaffnabrugensem meminere Annal. Fuldens. ad ann. 786. & Marianus Scotus an. 787. BESSELIUS.

Arn] Salisburgensis hic fuit Episcopus, quem Thassilo Dux Bajoariorum ad Adrianum Papam legatum misit, *obnixe rogitans, idem mediator ut esset inter se & Carolum, pacis fideique sequester*; quae verba sunt Poetae Saxonici lib. II. v. 280. nisi quod in MS. *Amus* facili lapsu ἀντὶ τοῦ *Arnus* scriptum sit. Retinuit autem is, ut fere solet, verba Adelmi ad an. 787. Idem hic est, qui tempore Caroli M. *indicem* conscripsit eorum, *quae ad Ecclesiam Salisburgensem per Duces Bavariae accessere.* Extat hodie *Indiculus* è MS. editus ab Henrico Canisio tom. II. Antiquar. Lect. BESSELIUS. Alii *Arnulfum* vocant, obiit teste Bollando anno 821. 24. Junii. Sub Carolo hic primus Archiepiscopus creatus est, ut testantur versus

Laidradus, Johannes, Theodulfus, Jeſſe, Hetto, Waltgaudus. Abbates: Fridogiſus, Adalungus, Angelbertus, Irmino. Comites: Wa-

ſus apud Mabilion. tom. 4. Analect.

Quem Carolus Princeps Regni ſuperauxit honore.

Archi-Sacerdotis, dignior ut fieret. SCH.

Wolfarius] Hic ſucceſſit *Tilpino* auctoritate Caroli M. juxta Frodoardum lib. II. cap. 18. Alius fortaſſis eſt Epiſcopus Viennenſis, cujus meminit Ado aetat. 6. pag. 215. BESSELIUS. Fuit Archi-Epiſcopus Rhemenſis, celebravitque concilium Rhemenſe anno 813. & Noviomenſe anno 814. Poſtea Ludovici Pii Cancellarius fuit. BOLL.

Bernoinus] Alii Bernarius & Bernuinus. Fuit Veſontionenſis Archiepiſcopus. Recenſetur inter Miſſos Domini Ludovici Pii in Capitul. II. num. 25. an. 823. BOLL.

Laidradus] Epiſcopus Lugdunenſis, qui & *Ledradus* dicitur, cujus elegans extat *Epiſtola ad Carolum M.* in qua ſe ab eodem in Epiſcopatu conſtitutum profitetur. Edidit primum cum Agobardo ejus ſucceſſore, Papirius Maſſonus 1605. Hominem ſeculari dignitati intentiſſimum, & honori Reipublicae utilem, vocat Ado Viennenſis aetat. 6. p. 215. BESSELIUS.

Johannes] Archiepiſcopus Arelatenſis, praefuit concilio Arelatenſi anno 813. BOLL.

Theodulfus] Epiſcopus Aurelianenſis, cujus carmina de *Carolo, liberis, & aulicis ejus* valde memorabilia, Andreas DuChesne in *tomum* II. *Rer. Francic.* retulit. *Annales* etiam *Caroli M. & Ludovici Pii* inter alia ſcripſiſſe ait Arnoldus Wion in Lign. vitae, de quo tamen dubitat Voſſius de Hiſtor. Latinis lib. III. c. 5. Deprehenſum in conjunctione contra Ludovicum Imperatorem, depoſitum ac carceri mancipatum, Theganus cap. 22. refert, & meminit Adelmus ad an. 817. Miſſionem tamen ex carcere ab eodem Imperatore obtinuit, verſiculis elegantibus, qui hodienum in Eccleſia celebrantur. Mentionem ejus rei inter alios facit Sigebertus ad annum 843. BESS. Hic obviam miſſus à Ludovico Stephano V. Papae anno 816. BOLLANDUS.

Jeſſe] Epiſcopus Ambianenſis, Caroli quondam ad Irenem Imperatricem legatus, ut eſt apud Auctores annalium Nuenarii ac Pithoei ad an. 802. Extat quoque mentio in Epiſtola V. Leonis Papae. BESS.

Hetto] Reuberus in MS. reperit *Heito*. Excerpta Cod. Florentini *Hierto*. Alii *Haitonem* vel *Haidonem* appellant. Fuit autem Episcopus Baſilienſis, cujus opera in legatione ad Nicephorum Imperatorem, eodem anno, quo teſtamentum hoc conditum, uſus eſt Carolus, teſtibus Monacho Egolism. pag. 277. Reginone & Annal. Fuldenſib. ad an. 811. Occaſione legationis ſuae *Itinerarium* contexuit, quo iter à ſe Conſtantinopolim ſuſceptum expoſuit. Tradidiſſe quoque creditur viſiones *S. Wettini Monachi*, quas *Walafridus Strabus* carmine reddidit, teſte Goldaſto tom. 2. Rer. Alam. part. 1. p. 9. Tandem aetate gravis, vitam privatam Epiſcopatui antepoſuit, ad monaſterium Augiae Majoris reverſus. Obiit anno 836. ut notavit Joh. Stumphius lib. XII. c. 23. & ex eo Voſſius de Hiſtor. Latin. lib. II. c. 31. BESSELIUS. Hettonem, qui hic Caroli teſtamento ſubſcripſit, cenſet Cl. Robertus in Gallia Chriſtiana, & Sirmondus in Indice tom. II. Conciliorum Galliae Archi-Epiſcopum Trevirenſem fuiſſe; ſed tum Archi-Epiſcopus Trevirenſis erat *Amalarius*, cui alter *Hetto*, ex Abbate Epternacenſi diu poſt ſucceſſit. BOLLANDUS.

Waltgaudus] Epiſcopus Leodienſis, creatus anno 809. Corpus S. Huberti anno 824. transtulit teſte Sigeberto. BOLLANDUS.

Fridogiſus] Fortaſſis eſt Abbas ille, qui cum acriter ſuper quibusdam Eccleſiae dogmatibus diſputat Agobardus, in ea Epiſtola, quae exſtat Operum ejus pag. 157. Archi-Capellanum Ludovici Imperat. fuiſſe, probat Bernhard. à Mallinckrot. de *Cancellar.* p. 13. BESSELIUS, MS. Paderborn.

Fri-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [201] - 146
PUBLIC DOMAIN

Walach, Meginherus, Othulfus, Stephanus, Unrochus, Burchartus, Meginhartus, Hatto, Richwinus, Eddo, Erchangarius, Gerholtus, Bero, Hildegern, Roculfus. Haec omnia filius ejus Ludovicus, qui divina ei jussione successit, inspecto eodem breviario, quam celerrime poterat, post ejus obitum summa devotione adimplere curavit.

EXPLICIT.

Fridegisus. Fuit Abbas Sithiensis, seu S. Bertini. BOLLANDUS.

Adalungus] Erat Abbas S. Vedasti apud Atrebates BOLLANDUS. Alii Laurishamensem Abbatem fuisse putant, vide Donation. Eginhardi Coenobio Lauresham. factam.

Engelbertus] *Dilectum Carolo Abbatem* vocat Egolism. p. 257. per quem magna pars thesauri Avarici ad limina Apostolorum missa est. Etiam generum Caroli facit Nithardus lib. IV. Abbatem fuisse *Monasterii in Centulo* ex *Alcuini Epist.* 51. quam ad eum direxit, apparet. BESSELIUS. Vide quae de eo notarunt Paulus Petavius in Syntagmate ad Nithardi Historiam, Bollandus & Mabilio ad vitam ejus, Sirmondus ad lib. 3. Theodulfi Carm. 3. Bertham, quam supra cap. 18. memorat Eginhartus, ejus uxorem fuisse volunt plurimi, quo de matrimonio ea consulas, quae ad cap. 19. Auctoris nostri notata sunt.

Irmino] Abbas S. Germani fuit. Baluzius in Editione hujus Testamenti inter Capitularia Reg. Francorum, addit adhuc quatuor Ablates, Georgium nempe, Theodbaldum Adalelmum & Landfredum. Verum nulla MSS. quae inspexerunt DCh. Boll. Bessélius aliique, nec mea hos IV. agnoscunt, quapropter Auctori eorum relinquo. SCHM.

Walach] Inter Proceres Francorum memoratur à Reginone anno 811. filium *Bernhardi* facit Adelmus eodem anno. *Meginharii* Comitis mentio habetur apud eundem Adelmum ad ann. 817. *Burchardus* item foederi Danico interfuisse fertur, Auctoribus iisdem Annalibus ad an. 811. Caeteros quamvis praecipue nobilitatis, fama recondit obscura. BESSELIUS. Hic fuit Abbas Corbejensis post S. Adalhardum Germanum suum. BOLLANDUS.

Burchardus] Comes Stabuli, anno 807. Corsicam contra Mauros defendit, eosque satis idonea clade affecit. BOLLANDUS.

Richwinus] Alii *Richwingus* à Ludovico anno 814. ad Leonem Armenum missus. BOLLANDUS.

Haec omnia Filius ejus Ludovicus] Idem testatur de Ludovico ejus vitae Scriptor Anonymus, quando ait: *Recitato paterno testamento, nihil relictum est paternorum bonorum, quin secundum ejus partirentur praeceptionem, nihil enim ab eo intestatum est relictum. Sed quod Ecclesiis distribuendum censuit, Metropolitanorum subdivisit superscriptione nominum, quarum partes fuere viginti & una. —— Statuit etiam quid secundum morem Christianorum filiis, filiorumque filiis & filiabus, nec non & servis ancillisque regalibus, sed & in commune, quod omnibus distribueretur pauperibus. Quae cuncta Dominus Imperator Ludovicus ut scriptum relegit, executione operis complevit.* Haec sunt quae ad Eginhardum meum notanda habui. SCHMINCKE.

B. L.

Egregia ſunt, quae Doctiſſimus Du CHESNE in calce Editionis ſuae ex MSS. de *Alcuino* notat, quod nempe & ille *Vitam Caroli* conſcripſerit, quapropter hanc obſervationem, cum haec pagina fuerit vacua, tecum commmunicare viſum fuit. Ea autem ſic ſe habet:

In uno Bibliothecae Thuanae Cod. adduntur ſequentia, quae tamen Eginardi non ſunt. Sed ex iis liquet, Alchuuinum etiam Caroli M. vitam ſeu ſoluta, ſeu ſtricta oratione compoſuiſſe, quae tamen adhuc incognita latet, vel ſaeculorum injuria deperiit.

Reliqua Actuum ejus geſta, ſeu & quae in carminibus vulgo canuntur de eo, non hic pleniter deſcripta, ſed require in Vita, quam Alchuvinus de eo ſcribit.

Subjiciuntur etiam ſequentes verſus in Cod. Monaſterii Moiſſiacenſis, qui anno 1127. *deſcriptus eſt:*

Hos tibi verſiculos ad laudem, maxime Princeps,
Edidit, aeternam memoriamque tuam
Geruuardus ſupplex famulus, qui mente benigna
Egregium extollit nomen ad aſtra tuum.
Hanc prudens Geſtam noris tu ſcribere Lector,
EINARDUM Magni magnificum CAROLI.

FINIS.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [203] - -
PUBLIC DOMAIN

MELCHIORIS HAMENVELTONIS
GOLDASTI

ANIMADVERSIONES

IN

EINHARDUM

DE

VITA ET GESTIS

CAROLI MAGNI.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [204] - -
PUBLIC DOMAIN

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [205] - -
PUBLIC DOMAIN

Nobiliſſimis & Splendiſſimis Juvenibus

FRATRIBUS

GEORGIO HENRICO, ET ARNOLDO

A

TIEPENBROICH Eqq. WESTFALIS.

MELCHIOR HAMENVELTO GOLDASTUS.

S. P. D.

Rempublicam, Deus ille Philoſophorum duum temporum facit, quae Principem ſuo ſibi conſilio & auxilio par ſit gubernare, *Pacis* alterum, alterum *Belli*: proinde ac geminum Principis munus, ſcientiam civilis facultatis & rei militaris diſciplinam Divus Juſtinianus Imperator in Proem. Inſtit. concinnat. Etenim Pacis tempus, ſcientia civilis, quam Graeci non minus prudenter quam ordine Πολιτικὴν adpellitant, gubernare ac moderari videtur; Et belli vero tempora, militaris diſciplina, quam iidem illi Graeci στρατηγικὴν vocant, regit & adminiſtrat. Ita autem utrumque ſeparatim & per ſe utibile eſt, ut alterum tamen alterius auxilio egeat, & hoc ſine illo eſſe fere nequeat. Siquidem verum eſt, ut eſt veriſſimum, quod in monumentis noſtris traditur, fieri perſaepe, ut pace ad Judicum ſententiae exſecutionem de jure & legibus, ut par eſt, latae, armis manuque militari opus ſit. Scilicet huc attinere Prudentum viſuntur interpretationes, quae ab Ulpiano dictae ſunt *in l. qui reſtituere 68. D. de Rei vindic.* & *lib. 3. ff. Ne vis fiat ei, qui in poſſeſſ. miſſus erit*, & à Martiano Auguſto *in l. ult. C. de his qui latron. vel aliis crimin. reos occultaverint*, ubi militare auxilium & amminiculum indigitatur. Erat hoc in ampliſſimo illo Romanorum Regno, quod non alia ulla re ex tam paullis principiis ad tantum perveniſſe molis faſtigium, praeterquam horum utriusque non tam fulcione, quam ipſa fultura & ſubſtructione ſuſceptum, Annales

P. R.

P. R. & monumenta vetuſtatis loquuntur. Et prae caeteris nihilo magis eleganter, quam vere Romana Sapho, Poetria undiquaque doctiſſima, in Satyra, quam ſuper Domitiani aevo, qui Urbe Philoſophos exegiſſet, conſcripſit:

——— *Duo* (inſit) *ſunt, quibus extulit ingens*
Roma caput, virtus belli & ſapientia pacis.

A qua ductus pariter & edoctus Sext. Aurel. Victor, idoneus ſic ſatis & locuples Hiſtoricus, pari verborum geminitudine (ut Pacuvii more loquar) Principes in Trajano conformans ſcribit: *Duo ſunt quae ab egregiis Principibus exſpectentur, ſanctitas Domi, in armis fortitudo, utrobique prudentia.* At vero quibus adjumentis atque remediis utraque facultas indipiſcatur, non eſt hujus loci ediſſertare; nec etiam multis rerum argumentis ea de re putare magnopere videtur neceſſum, quum Hiſtoria pars Philoſophiae Practicae tanquam prima, ei rei non rationes facere, ſed & exempla dare centuriatim poſſit; exempla, inquam, bonorum Principum, quorum vita, ut Plinius noſter in Panegyrico notat, cenſura eſt, eaque perpetua, ad quam dirigimur, ad quam convertimur. Quae quidem vel eo nomine commendatior eſſe debet, quod non à minorum gentium Viris, ſed vero Inluſtriſſimis quibusque ac potentiſſimis Principibus tradita, ad poſteritatemque propagata ſit. Namque, ut paucos è multis commemorem, ad hanc ſcribendam Periclem Anaxagorae Philoſophi diſcipulum; Thucydidem, Sophoclem, Pauſaniam Athenienſium Duces, Xenophontem, ſub Cyro Perſarum Rege Principem, Pompejum, Caeſarem, Auguſtum, Adrianum, Antoninum, Imperatores, & denique Zyzimum Turcarum Regis fratrem, animum adpuliſſe conſtat. De Suein Rege Danorum ſic ſcribit Adam. Brem. *qui omnes barbarorum res geſtas, ac ſi ſcriptae eſſent in memoria tenuit.* p. 59. Alii prudentiſſimos aevi ſui doctiſſimosque Viros itinerum ſocios comitesque habere ſtuduerunt, qui non ſolum res ab ſe geſtas memoriae proderent, & aeternitati conſecrarent, ſed in deliberatione conſiliatum quoque advenirent. Talis Alexandro M. Caliſthenes: Scipioni Majori, Ennius: Minori, Polybius: Syllae, Siſenna: Caeſari, Hirtius: Neroni, Seneca: Trajano, Plutarchus: alii aliis fuere Nec vivorum modo ſed & mortuorum uſi digna familiaritate. Numnam latere potuit Homerus & Eunapius de Vitis Philoſophorum, Xenophon ſub pulvino Magni Alexandri, Abenroes in Papilione Solymanni Turcarum Principis, & ne longius abeam, Thucydides in Caroli V. manibus? Nonnulli haud belli magis atque domi libris adhaeſere, nunquam minus fuit otioſus Scipio, quam cum eſſet otioſus, Caeſar inter vehendum libros ſcriptitavit, Theodoſius per diem exercitabatur armis, nocte libros evolvebat. Sciebant Principes ſapientiſſimi felicem fore Rempubl. ſi eam ſtudioſi ſapientiae regerent. Mahometes Saracenus, Turcici Imperii & Legis auctor, Theodoricus Gothus, Attila Hunus, Saladinus Aegyptius, Tamerlanes Tartarus, Scanderbegus Epirenſis, Hunniades Ungarus, non armis, ut vulgus hominum adopinatur, ſed vel maxime prudentia hac civili

——— *Con-*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [207] - -
PUBLIC DOMAIN

DEDICATIO.

—— Conſtantis dejecit lumina faſtus
Et caput impoſitis preſſit pedibus.

ut ait ille. Ferdinandus Caſtiliae Rex Caroli V. avus cuncta Indiarum ſubacturus nunquam fuiſſet absque hac ſcientia. Nec Trajanus, Conſtantinus Magnus, Theodoſius Magnus, Juſtinianus I. Carolus Magnus, (ejusque nepos Rulandus) Ludovicus Pius, Henricus II. Imperatores: Ludovicus IX. Galliarum, Eduardus I. Angliae, Reges, ob inſignia & miraculoſa corporis magis virtute ac robore, quam ſapientia animi patrata facinora à multis ut coelitum uni coluntur & celebrantur. Inter quos velut lumen quoddam elucet atque eminet Caroli virtus, qui ob magnitudinem & multitudinem rerum ab ſe geſtarum *Magni* cognomen eſt ſortitus. Fuit is Princeps ab Alexandro M. & Julio Caeſare, quantum mea fert opinio, omnium doctiſſimus ſimul & ſtrenuiſſimus, qui neminem ex omnibus, qui ſunt, quique fuere, rerum melius praeclariusque geſtarum nomen, unquam habere ſinet, quamvis licet Antoninum Philoſophum, Ael. Adrianum, Julianum Apoſtatam virtute literarum longe praenituiſſe res veritatis vociferetur; videlicet aevo id, in quod inciderat, non ingenio Principis ὑψιστάτῳ accenſendum eſſe. In promtu eſt lucerna ejus, quae opinatui noſtro ſubſequitur, ad quam multa praeclara ac dia varii generis reperta per vigiles lucubravit noſter, quorum vero perpauca ad noſtram memoriam pervenerunt, ex queis ceu Leo ex ungue, quod autumavimus, cognoſcetur, ſicut Dialogus *de Rhetorica*, quem ab ſe pertextum & concinnatum Albino Magiſtro, ut ferunt, corrigendum & emendandum tradidit. Item *variarum rerum libri*, & liber *de Cultu Imaginum* contra Graecam Synodum, & *aliquot legum Capitula*, quorum maximam poſt obitum ejus partem poſteri collegere. Epiſtolas ad diverſos in unum librum traxit ipſe & conduxit, quas vero praeter unam, quam ex utero S. Galli Monaſterii nunc primum in dias auras luminis producimus, fati nobis iniquitas invidit. *Ex Glossis* nomina tantum Menſium & Ventorum ſuperant, reliqua tabuerunt, & ad ſcopulum ivere. *Grammaticam quoque linguae Germanicae*, & librum *Carminum* qua *Latinorum*, qua *Germanicorum*, quae funditus peritarunt, compoſuiſſe fertur. Lectionem ſacram & Pſalmodiam non ipſus eſt qui compilavit, verum in illa quidem operam Pauli Diaconi, in hac Albini Magiſtri, vel ut nonnemo mavult Petri, qui Diaconus Gregorii Romani Pontificis fuit, uſitavit. Atque haec de literata Principis induſtria. Militiae bellique geſta quam plurimi perſcripſere, quos inter vel praecipuus Einhardus noſter eſt, homo Germanus, & ipſius Imperatoris à puero Alumnus, in meliore aetate Cancellarius, Vir graeca latinaque examuſſim doctus, cujus mellitis verborum globulis, quaſi ſeſamo & papavere ſparſis (utor Petronii verbis) inſane valde delinitus, cum eum primitus tangerem, mel merum Suetonianum lingere videbar. Indignari autem mecum egomet coepi, qui cernerem tam elegantem Scriptorem popularibus ſuis ita ſperni & invideri, ut vix nomen quidem inaudiverint. Et ſi qui pulchrius ingeniati reperti ſunt, qui ejus deſiderio tenerentur, con-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [208] - -
PUBLIC DOMAIN

queſti mecum ſunt de illius imparabilitate, quod nonniſi quadrata mole bene multa, atque adeo hodie ne ea quidem forma in bibliopoliis, cum ſtudioſiſſime inquiſiviſſent, proſtaret. Itaque ut debui & illorum rogatui, & ipſi quoque Auctori dedi lubens, ut λειψανα ejus cum vetuſto exemplari, quod V. N. Bartholomaeus Schobinger J. C. (cui Viro quantum praeterea debeam, cottidiano ſermone intelligitis) ex Archivo ſuo ſumminiſtravit, contenderem, manca & debilia loca reſtituerem, turpata etiam emundarem. Eſt deploranda, me Chriſtus, & miſeranda noſtra Germanorum ſors, qui optima tanti civis parte viduati careamus, quam plurimas enim & divinas & humanas, quum reperit ipſe novas, tum vetuſtas illuſtravit; quae omnia vel Majores noſtri injuria & negligentia ſua nobis confricarunt, vel barbarus hoſtis lignis Vulcani infelicibus uſtulandos obtulit. Quorum jacturam, licet hac Ferii cujusdam Hilperici Hiſtoria, multum quidem imparili, Germana tamen conſolemini, quam & ipſam ex Armario ejusdem, quod minus dudum dixi, permiſſu atque conceſſu ipſius Principis Abbatis primi nunc efferimus. Et utrique horum & caeteris rerum Francicarum Scriptoribus Animadverſiones quas adjeci, faculam aliquam allucere, fors eſt ut poſſint. Veſtro vero Nomini, Nobiliſſimi & amiciſſimi Juvenes, cur haec potiſſimum darem & conſecrarem, cauſas habui compluſculas, quas nimium quantum cumulo ſuo adauxere, cum hiſtoriarum, noſtratium maxime, emancipatum ſtudium, tum mei veſter inſignis amor. Alterutrum ſatis eſſe poterat, nedum quod Animadverſiones, ut ut ſint, in veſtris quaſi Muſaeis, veſtro ſub adſidio effectae & impetratae ſunt. Valete & Germani Principis, Germanum Scriptorem, Germani Nobiles ſuſcipite, legite, actionesque veſtras aemulando effingite. Gebennae a. d. IV. Eid. Sextilis. A. N. D. cIↃ IↃcI.

PRAE-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [209] - -
PUBLIC DOMAIN

PRAEFATIO.

L. B. S.

Bartholomaeus Schobinger J. C. claritudine generis & eruditionis praestantia, omniumque doctrinarum praecellentissimus, membraneum venerandae antiquitatis Codicem è sua mihi bibliotica tramisit, in quo praeter alia, Vita quoque Caroli M. ab Einhardo ejus Cancellario descripta continebatur. Hanc, simul ac librum aspexi, animo meo collibuit cum codice formis impresso conferre atque contendere, qua in re desudans, animadverti scriptam illam membranam non tantum castigatiorem, sed plurimis item partibus pleniorem & auctiorem esse illis in Typographeio cusis. Itaque ejus edendae complures mihi Auctores exstitere, hi quam maxime, qui ut studiosissime inquisiverunt, nulla exemplaria usquam exstare amplius adjurarunt, nisi apud eos, quibus antiquos Auctores pluteis advincire ludus, ergastulis concludere, jocus est. Horum votis, ut jam pridem libenter obsecundassem, ita otium in diversa negotia distractum nullum suppeditavit. Nunc nuper gravissimo dolore percussus, cum aliis rebus agendis impar librum collatum repeterem, in eo perlegendo nonnulla notavi, quae minime jam mihi insuper habenda, neque contemnenda, verum idonea, quae cum aliis communicarentur, videbantur. Et quo absolutior prodiret editio, non piguit conferre Conradi quoque Urspergensis Abbatis, qui omnem pene vitam in sua transcripsit Chronica, & vetustum item exemplar à Joh. Sotero annis abhinc octoginta Coloniae vulgatum, cujus mihi Simon Goulartius Silvanectensis de festivo suo armario liberaliter, ut aliarum rerum, copiam fecit. Restitutionum, quae numero amplius quadraginta, vel Emendationum, quarum cumulus ingentissimus, rationes reddere, quod vulgus amat facere, hominis esse arbitror intemperanter abutentis & otio & literis.

FINIS.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [210] - -
PUBLIC DOMAIN

MELCHIORIS HAMENVELTONIS GOLDASTI
ANIMADVERSIONES
IN
EINHARDI.
PRAEFATIONEM.

Einhardi] Hanc nominis iſtius orthographiam è ſcripto notae perbonae libro, Lupo pariter Ferrarienſi, Fuldenſis Monachi Annalibus, Innominati Vita Caroli M. excerpta ex Annal. Egolism. Monachi, Paderbornenſis Monachi geſtis Caroli M. Adamo Bremenſi ejusque Scholiaſte, Alberto Stadenſi, aliis non paucis liberali cauſa adſerui manu, quam in *Embartus* alii, nonnemo *Eunardus*, quidam *Eynardus*, nonnulli *Eginartus* an *Eguinarthus*, pars in *Eginhardus*, magna ſcripturae inconſtantia depravarunt. In calamo exaratis quoque Reginonis & Lamberti Schaffnabrugenſis Chronicis recte atque ἐτύμως ſcribitur *Einhardus Epiſcopus Spirenſis*, nec ut in aliis *Einart*, quae vero ſcriptio, ni perverſe video, orta ex barbarie videtur & vernacula fandi conſuetudine, quam Poetae quam maxime retentarunt. Auctor Geſtorum *S. Vicilini* primi Bremenſium Epiſcopi ſuper Einhardo Megapolitano Epiſcopo mentionem faciens:

Tertius eſt dictus Einhard. Magnopolitanus.

Niſi cauſa metri nomen decurtarit, quod ubi Vir politiſſimus Erpoldus Lindenbruch, ipſus ille, qui hunc Auctorem evulgavit, & quem dicta mea probaſſe certus ſum, dicere mihi poſtulat, opera eſt auribus. Nam ad Spirenſem Epiſcopum redeo, quem eundem eſſe autumo, qui pejori nimirum exemplo *Beinhartus Epiſcopus Wangionum* in Annalib. Monachi Fuldenſ. haut ſcio an librarii, an auctoris opera nominatur. Spira enim apud Nemetes, Wormatia apud Wangiones. Diverſus eſt is in Dodechini Append. ad Marian. Scotum, ubi ſimiliter reſcribendum eſt: *Einhardus Virceburgenſis Epiſcopus* &c. In Chron. MS. Cicardi Abbatis ſine adſpiratione *Einardus Epiſcopus caecatur*, ad quam faciem & noſter *Einhardus* in MSS. Sigeberti effigiatur. Quem vero qui volunt attinere, quod Abbo Floriac. ſcribit de Obſid. Lutetiae Pariſ. lib. 1.

* *Adrardus parıterque Einardus Gozſuinusque*

eos hercle veros eſſe pernego, quin jam in communem locum hinc abiiſſe, quamvis inſipiens, ex ratione temporum argutare poteſt. Idem autem vitii, quod in aliis, heic haeſiſſe, quivis facile intelliget, qui ſanum ſapit, pretereaque emendandum:

—— *Einhardus Gozevinuſque*, ut verſus conſtet, qui dactylicus eſſe debet, non ſpondaicus. Quod ſuperat Scriptorum, ut omnes mendarum inanes fierent, in praemiſſis caſtigati ſunt.

V. C.] Hunc dignitatis titulum, item ut orthographiam è libro ſcripto vindicavi, ſcilicet ex conſiliariis fuiſſe Imperatoris, imo Summatem eorum, qui *Clariſſimi* dicuntur. Ita enim vero notas illas Probus Valerius, Mango, & Petrus Diaconus interpretantur. Quo coepto honore, abdicato jam magiſtratu, impertitum fuiſſe argumento eſt inſcriptio Epiſtolae apud Lupum Ferrarienſem, quam ſic eſſe concipiendam, CLARISSIMO EINHARDO LUPUS S. evincunt

* Apud DCh. ſic legitur hic verſus: *Andradus, pariterque Eimardus Gozſuinusque*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [211] - -
PUBLIC DOMAIN

cunt illae *rationabiles causae*, quas in prima statim Epistola facit. Nil officit enim dignitati, quod sacro tum in ordine vitam tractarit, veluti jure constitutum est. EUTROPIUS V. C. adpellatur, quem vero *Presbyterum* fuisse Hieronymus, Gennadius, Ptolomaeus Lucensis & Platina contestantur. EUNODIUS quoque V. C. in MSS. audit, quem *Ticinensem Episcopum* exstitisse tradunt. Et SIDONIUS denique APOLLINARIS magnus ille *Avernorum Episcopus*. Sunt id genus pluscula exempla, quae si adducerem omnia, nimis longus sermo sit.

De vita & gestis] Genuina lectio, quam cuculi quidam abstraxerunt. Ipsum Einhardum Auctorem do, qui librum suum ita auspicatur: *Vitam & conversationem & ex parte non modica res gestas &c.* quam auctoritatem testimoniis vincam magis necessariis. Vetus exemplar MS. *Vita & gesta Karoli cognomenti M.* Lupus Ep. 1. ad Einhardum: *Venit in manus meas opus vestrum, quo memorati Imperatoris clarissima* GESTA *clarissime literis allegastis.* In gestis coronationis Caroli Calvi perorans Johannes Papa de Carolo M. infit: *Qui cum omnes Ecclesias sublimasset, semper hoc ei erat in voto, semper in desiderio, sicut in* GESTIS, *quae de eo scripta sunt, legitur* &c. Monachus Paderborn. Annal. Caroli M. libro. IV.

De Vita scriptum CAROLI *legat ipse libellum*
Quem —— EINHARDUS *nomine scripsit.*

Adam. Brem. Hist. Eccles. lib. III. c. 9. *De cujus freti natura breviter in* GESTIS *Caroli Einhardus meminit.* Scholiastes ejus ad p. 5. n. 1. *Einhardus ex Capellanis Caroli Imperatoris* VITAM *ejus descripsit.* Marian. Scot. lib. II. Chron. *Nisi quod Einhardus Cancellarius Magni Caroli Imperatoris atque alii,* GESTA *temporum conscripserunt.* Sigeb. Gemblac. *Cujus* VITAM *Eginhardus descripsit.* Nunc quoniam Auctor Annalium, quem Reinerus Reineccius publicavit, omnem Einhardum modo non verbatim libavit, conceptis verbis jus jurandum dabo, libros suos ad istum nec secus proscripsisse modum: DE VITA ET GESTIS CAROLI M. IMPERATORIS, Libri. V. Nam & caeterum Scriptorum turba sturnatim (ut ita loquar) convolarunt, ii vel maxime, qui B. Martyrum & Confessorum dicta factaque memoriae posterorum tradidere, tanquam apud Surium videre est, Lipomannum & Molanum. Vetustiores etiam ACTUS dixere vel ACTA, aemulati opinor Lucam. Sic. B. Anscharius historicam S. Willehadi inscripsit: LIBRUM ACTUUM, VITAEQUE B. WILLEHADI, & Innominatus in gestis Ludovici Pii: ACTUS VITAMQUE *Deo amabilis atque Orthodoxi Imperatoris Ludovici Pii.* Utraque locutio proba & à Graecis accepta, quorum libri memorantur περὶ τῶν βίων καὶ τῶν πράξεων, quo alludit Plutarchus in Pericle: Ἡ τῶν πράξεων καὶ τῶν βίων ἡλικιῶτις ἱστορία.

Caroli Magni] Tres fuere Caroli Imperatores, ut Carolum Simplicem intermittamus. Primus *Pipini Filius*, in quem Francorum primum omnium, neglectis Orientis Principibus, Imperii Romani honos ac dignitas à Romanis per Pontificem collata est. Secundus cognomine *Calvus* Ludovici Pii filius. Tertius *Grossus* sive *Crassus*, gnatus Ludovici Senioris. Et tam *Calvum*, quam *Crassum*, *Magni* sibi cognomentum vindicasse, animadversum est. Errant enim perverse, qui non satis expensa temporum ratione, animum extemplo ad Carolum, nobile illud Pipini germen adjiciunt, cum publicis in Tabulis, Diplomatisve *Magni* cognomen legunt. De *Calvo* quidem minus haesitari video, quin se *Magnum* appellarit, itaque nil opus nota noscere. Unum vero aut alterum exemplum, quod anceps error creperum atque dubium reddidit, faciam illustrius fiat, quam Sol est, quando lucet. Bertramus Presbyter scripsit librum *de Veritate Corporis & sanguinis Domini nostri J. C. ad Carolum M.* Imperatorem* quem

* Vide etiam, quae Doct. Mabilio tom. 1. Anal. p. m. 427. observavit de *Magni* cognomine.

Calvi jussu atque mandato anno Dom. DCCCXL. compositum fuisse, rerum gestarum monumenta loquuntur. In decreto Gratiani distinct. 19. citatur sententia *ex Concilio Caroli M*, ubi is conqueritur, vel ejus Concilium, imponi Regno Galliarum à Papa vix ferendum jugum, quod rescriptum *Calvi* esse contra Canonistarum fabulas Luitpertus Moguntinus Archi-Episcopus te docebit in Epistola ad Ludovicum Regem fratrem Calvi, qua cum graviter peccare, aut etiam errare Papam indicasset, ipsumque Regem ut eum castigaret, monuisset, subjecit: *Quapropter necessarium videtur mihi & utile, ut religiosus Princeps Carolus frater vester Legatis atque literis à vobis destinatis super hoc negotio mature conveniatur, ut tam ipse quam Sacerdotes Regni ejus, qui hactenus ab hujusmodi sordibus mundi sunt, vobis & vestris Episcopis adjungatur* &c. Inde enim cognoscas licet edictum illud à Calvo in Episcoporum Conciliis propositum. Reliquus est Sugerii locus in vita Ludovici Grossi, ubi scriptum est: *Occupato loco Caroli* Magni Francorum Regis, quia nec fas nec consuetudo permittit Reges exhospitari, quod proposueramus, fieri non potuit.* Fuit iste Sugerius Abbas S. Dionysii, à quo Ludovicus Rex petierat, ut *inter Sacratissima Sanctae, Trinitatis & SS. Martyrum altaria sepeliri mereretur*, id quod ob bustum corporis *Caroli Magni* potuisse fieri, nisi per miraculum post ibi ostensum, negat hic Sugerius. Atque *Caroli M.* corpus Aquis funeratum est, *Crassi* autem in Coenobio Augiae Majoris, est ergo *Calvi*, quem *ex Basilica Beati Eusebii Martyris in Civitate Vercellensi, ubi requievit annis* VII. *per visionem delatum esse in Franciam & honorifice sepultum in basilica B. Dionysii Martyris apud Parhysios*, scribit Aimoini Continuator lib. V. c. 35. In sigillis suis, quae libro sequenti profero, constantissime KAROLUS MANNUS idem ipse vocitatur. Haec de Calvo. *Crassi* Diploma exstat S. Galli, in cujus signo plumbeo ipse Imperator laureatus cernitur cum hac inscriptione KAROLUS M. AUGUSTUS, & in altera sigilli parte haec verba laureo itidem fertulo inclusa visuntur: RENOVATIO REGNI FRANC. In calce vero Diplomatis scriptum est: *Data Non. Octobribus, Anno Incarnationis Domini* DCCCLXXXIII. *indictione II. anno vero Imperii Domini Karoli in Italia III. in Francia II. Actum Papiae in Dei nomine feliciter.* Ex supputatione igitur annorum colligitur hoc Diploma sexaginta novem annis post mortem Caroli Primi Imperatoris scriptum fuisse, nimirum *Crasso* Imperante, qui Calvo jam humanis concesso, Anno Domini DCCCLXXXI. Romae est à Johanne Pontifice coronatus. Sed ut omnem prorsus scrupulum demam ac diminuam tibi, en tibi locum ex Eutropii Appendice clarissimum, qui sane reduxit me usque ex errore in viam. Verba Auctoris sunt: *Eo vero* (Ludovico imperatore Italiae) *infirmante & ad extremum propinquante, quia non habebat filium, voluit sibi succedere* CAROLUM MAGNUM (i.e. Crassum Ludovici Regis Germaniae F.) *ad suscipienda Imperialia sceptra. Cum haec itageruntur, Romani Pontifices semper per Oratores literas mittebant invitatorias ad Carolum Calvum Regem Francorum, incitantes eum clam.* Et mox: *Mittitur denique alius missus ab uxore Imperatoris Engelberga, vel à suis primatibus ad* CAROLUM MAGNUM, *ostendens ei vota defuncti; & quia longius erat, noluit tam cito venire, ut impedire posset iter Caroli Calvi.* Itaque & ipse, proinde ut *Calvus* in sigillis, quae libro deincipe producuntur, se MANNUM cognominavit. Uterque prognariter dico, pleno fastus & arrogantiae amore id cognominis sibi quasi haereditarium assumsere.

Quibus ipse interfui, quaeque praesens oculata ut dicunt fide cognovi] Inculcat primam ac summam legem Historicorum, ut visa tantum & penitissime perspecta ab illis consignentur. Nec abs re, cum earum tantum proprie rerum sit historia, quibus rebus gerendis interfuerit is, qui narrat, ut ex quorundam opinione Verrius Flaccus in li-

* In Edit. DuChesn. legitur Carolomanni.

Haec omnia non ad Carolum Crassum, sed ad fratrem eius Carolomannum sunt referenda ut vel ex Diplom. apud Duchesn. Spic. Tom. V. p. 392. patet.

libro de Significatu verborum IV. refert apud A. Gellium Noct. Attic. lib. V. c. 18. Ex quorum familia & Plautus noster fuit, apud quem Messenio in Menaechmis miratus, quam ob rem cunctas Insulas Herus suus obeat, tandem ait.

——— *Quia nos hinc Domum*
Redimus, nisi si historiam scripturi sumus.

Vidit nimirum linguae Graecae callentissimus Comicus ad Verbum ἱστορεῖν, quod est rem diligentissime perscrutari, & incoram complorare, aeque ut Hebraica vox דרש à qua deductum verbale (ut Grammatici loquuntur) מדרש in S. Scriptura idem est quod historia. Huic autem complorationi duo inserviunt organa, quae inter oculi sunt ἀληθέστεροι μάρτυρες quam aures, ut Heraclitus est Auctor apud Polybium lib. XII. Cujus mentem Gaufridus, non adeo ineptulus, ut putatur, Poeta, sic expressit

——— *Nam certior aure*
Arbiter est oculus.

Siquidem ὦτα τυγχάνει ἀνθρώποισιν ἐόντα ἀπιστότερα ὀφθαλμῶν Pater historiarum Herodotus lib. I. c. 8. signat. Id propterea Historicorum natio fere omnis, non accepta auribus, verum oculis usurpata tradituros sese, antestari solent. Rationem ex Hieronymo eandem protestationi suae Regino Prumiensis fecit Chron. lib. II. *Aliter enim, ut Hieronymus ait, narrantur visa, aliter audita, quae melius scimus, etiam melius proferimus.* Secundum istam legem praemonere nos Einhardus quoque voluit, & mentem animi nostri melioribus imbutam dictis confirmare, ne temere fidem haberemus illis, qui post se eadem de re scripturi, falsos vulgi rumusculos, & vanas populi fabulas, interim somnia etiam sua membranis illituri essent. Nec alienus praesagii sui fuit, quae enim & quam ridicula, per Deum immortalem! otiosi illi & ventricosi Monachi confinxere? *De Karoli Nativitate*, testatur Einhardus, *atque infantia, vel etiam pueritia, neque scriptis unquam aliquid declaratum est, neque quisquam modo superesse invenitur, qui horum se dicat habere notitiam.* At vero Scriptores illi bellissimi super Caroli nativitate haut secus narrant, ac si obstetrices in partione fuissent. Ut ponam nunc ad compendium, quae de ejus literatura, robore, veracitate, auspicio Imperii, fictis liberis, monomachiis, Gigantum pugnis, aliisque id genus multitudine innumerabilibus, à Nebulonibus illis comminiscuntur, qui, si arbitratu meo liceat, omnes obliterandi essent, ita nebulis suis lucem veritatis pejus coeno collinunt. Nunc quando ad meliorum rerum incitas redacti, illis carere nequimus, monstri multum bibat oportet, eorum qui possit perpeti audaciam. Imprimis animadversandum est sedulo, quod Regula Juris Brocardica dictat: *Veritatem rerum probari per testes, qui rem viderunt, & non per testes ex audita.* Etenim *non laudandus est, cui plus credit, qui audit, quam qui videt. Non placet cum illi plus laudant, qui audiunt, quam qui vident. Pluris est oculatus testis unus, quam auriti decem. Qui audiunt audita dicunt, qui vident, plane sciunt.* Ut non minus eleganter quam vere Stratophanes miles in gemino eodemque rei historicae negotio apud Plaut. in Trucul. Act. II. Sc. VI. disputat. Et hactenus rerum Francicarum, Alamannicarumque vel Scriptores vel eorum discrimen admitto, non enim aeque omnes farculo & vitioso illo, quem dixi, eximendi videntur agro, sint licet sine verborum lepore ac suavitate. Multi enim illis rebus, quae geruntur interfuere, & eatenus probi, nobis relinquere (ipsi id caussantur) quaeque aevum tulit, non quae ingenium. quod si in haec tempora incidisset, nulli nostratum cederet. Interim tamen haec edisserto, ut infitiari non possim, fieri quandoque, ut fucata & cerussata antestatione auctores scienter fallant, scriptaque sua illo colore purpurissent; cujus memorabile exemplum exstat apud Lucianum in describenda historia cujusdam Corinthii, quod videris lector, nec pigebit legisse, ubi ad illud Francorum & Alamannorum historias ex amussim contenderis.

Otia

Oculata ut dicunt fide] Gerwicus in Vita S. Pelagii: *Non aurium credulitate, ſed oculorum fide, quae dico, cognovi.* Ythaeus de gloria Mundi: *Dicam in veritate, quod oculata cognitione didici.* Andr. Abbas praefat. de Vita & geſtis S. Othonis Babemberg. Epiſcopi: *ab ipſo geſta oculis ſuis viderunt.* Iſo Monach. S. Galli: *& cum gererentur, ſe oculenter vidiſſe affirmavit.* Plauto oculatus teſtis eſt αὐτόπτης, & *oculata dies* i. e. praeſens. Idem jocanter: *Manus meae oculatae ſunt, credunt quod vident.* Ciceroni *oculis judicare* eſt, quod vulgo dicunt, *ad oculum videre*, in Divinat. *nunc vero cum id ita perſpicuum ſit, ut oculis judicare poſſitis.*

Noſtri temporis hominibus] MS. *moderni temporis*, cui voci exilium à ſciolis paratum, quae & ante priori, & illi aevo quam maxime ſolentiſſima. Adducam loca aliquot iſtius aevi, quibus id ita eſſe ut dico, evincam. Magno Diaconus S. Galli in Charta traditionis anno XXXVIII. Regni, & VII. Imperii Karoli M. *Quicquid genitor meus ibidem mihi in haereditatem demiſit, & ego* MODERNO TEMPORE *ibidem viſus ſum habere, ſimiliter & in tertio loco, qui dicitur Chirnheim ſuper fluvium, qui dicitur Etarchaha, vel in ſitu pagelli, qui dicitur Hegauni, ſicut* MODERNO TEMPORE *ibidem viſus ſum habere.* Et poſt: *cum domibus, aedificiis, accolabus, mancipiis, ſervis & ancillis, ſicut* MODERNO TEMPORE *ibidem commanere videntur.* Atto Clericus in Charta traditionis anno XII. Imperii Hludovici Pii ſcripta: *Vel de qualicunque adtractu noſcitur ad me pervenisſe, & ego* MODERNO TEMPORE *viſus ſum tenuiſſe* &c. S. Galli Monachus lib. 1. de geſt. Karoli M. quae *Craſſi* juſſu ſcripſit: MODERNI *Galli ſive Franci antiquis Romanis & Athenienſibus aequarentur*, & paſſim alibi. Fuldenſ. Monach. Annal. Anno Dom. DCCCLII. *Igitur in loco qui appellatur Nimia ſuper amnem, quem Cornelius Tacitus Scriptor rerum à Romanis in ea gente geſtarum, Viſurgim*, MODERNI *vero Wiſuracha vocant.* Bono Corbeienſis Abbas in Hiſtoria. *Cum* MODERNIS *temporibus gravis Barbarorum irruptio in omni pene Francorum Regno immaniter bacharetur* &c. Theganus de Geſtis Ludov. Pii: *Ut antea nec in antiquis libris, nec in* MODERNIS TEMPORIBUS *auditum eſt.* Walafridus Strabo de Viſione Wettini de Karolo M. memorans: *Juſtitiae nutritor erat ſecloque* MODERNO, *Maxima pro Domino fecit documenta vigere.* Paderborn. Poeta de geſtis Karoli M. lib. III. ad an. Dom. DCCLXXXXIX. Indict. VI.

TEMPORIBUS *tantum ſcelus admiſere* MODERNIS.

ad annum DCCC. Indict. VII.

Lux clara MODERNI TEMPORIS.

lib. V. ad ann. DCCCXIV. Indict. VI.

TEMPORIBUS *Carolus Rex te donante* MODERNIS.

Synodus Macrenſis: *Partim neceſſitate barbarici clamoris, partim negligentia* MODERNI TEMPORIS. In hiſtoria S. Ruodperti, quae anno Dom. DCCLXVII. ſcripta eſt: *ad cujus ſepulchrum exuberant innumerabilia beneficia curationum cunctis fideliter petentibus usque in* MODERNUM DIEM. Paul. Stephanus habet perveterem Lucani MS. Codicem notationibus marginalibus eadem atque textus manu, in queis ad lib. 1. haec referuntur: *Vigilias apud Albam celebratas, quando aliqui fiebant novi Coss, vel ad alium promovebantur honorem, ibi vigilabant, & haec conſuetudo à* MODERNIS *etiam militibus obſervatur.* Hic MODERNE, Modianus de Synonymis Adverbiorum, Praeſentis Adverbii: *Horno, Hornum, praeſenter, praeſentialiter, coram, praeſentim, jam, jamjam, moderne, incoram, nunc jam, hoc tempore* &c. & MODERNIUS Hilduin. Abbas praefat. Paſſionis B. Dionyſii ad Ludov. Imp. & Regem Galliar. *cum exſtent apud nos Epiſtolae Innocentii & poſt eum Gelaſii, nec non & modernius B. Papae Gregorii.* & MODERNITAS. Sugerius Abbas de Vita Ludovici Groſſi: *quo facto noſtrorum mo-*

modernitate, & multorum temporum antiquitate nihil clarius. Nec quid mediis istis hominibus in mentem venerit, cur tantopere hac voce abuterentur, nec quid nostris, cur in tantum fugiant, dicere possum; non enim minus vel latine vel ἀναλόγως dici posse arbitror *modernus* atque *hodiernus*, *hornus* &c. cum eadem sit compositionis ratio atque origo ab *modo*, *hodie*, *hoc*.

Vix imitabiles actus] Veteres *Acta* vocarunt eas, quas quis in bello egerit res gestas. Sallust. Jugurth. c. 53. *Milites alius alium laeti appellant, acta edocent, atque audiunt, sua quisque fortia facta ad coelum fert.* Eodem libro: *Lachrumans obtestatur per amicitiam, perque sua antea fideliter acta.* Ovidius Sallustium imitatur: *Rex tuus acta probat.* Posteriores *actus* dicere praeoptarunt, quae & ipsa vox tamen haut ita recens est, nam *Actus Apostolorum* Tertullianus jam Cyprianus atque Hilarius dixere, quae quidem elegantius vetus Bibliorum Interpres *Acta* transtulit. Pontius quoque Cypriani Diaconus historiam ejus *actum* inscripsit more & consuetudine sui aevi, quo & alius *actus* ab innominato publicatus est, cujus Augustinus quoque & Possidius meminere. Utrumque probatur Glossis Graeco-latinis, quas quidam Grammatici Cyrillo tribuunt, πρᾶξις, *actum*, *actus*, *actio*. In Excerptis Stephani *Actus* πρᾶξις. Vide si tanti, quae supra à me allata sunt.

Nutrimentum in me impensum] Supra: *Domini ac Nutritoris mei.* Vetus exemplar MS. *per Einhardum illius quandoque Alumnum.*

Et perpetua postquam in aula ejus —— amicitia. De familia Einhardi, aut gentilitia ejus origine nescio, nisi ut meus est animus, fieri non posse arbitror, quin ex nobili una & ingenua familia fuerit. Quod ut opinaretur, animum meum multa subigere, eductio in aula & nutricatus Juniorum atque illius consortio, favor Imperatoris ac familiaritas, honores primi & summi, legationes ad primates Reges & Sedem Apostolicam, & alia, queis nonnisi illustris, & de summo Vir loco, idonee frui & fungi posset. Addo etiam hoc, quod dicta mea verificat, planius de isto Einhardo capienda, quae incertus Auctor de Vita Ludovici Pii narrat hunc ad modum: *Ipso anno Einhardus* (illic *Heinardus* legitur) *Virorum sui temporis prudentissimus, sanctae devotionis ardore incitatus, Romam misit, & Corpora SS. Marcellini & Petri annuente Papa, in Franciam fecit transvehi, & valde decenter in proprio territorio, propriisque sumtibus recondidit.* Propterea hoc dico confidentius, quia mihi compertum est, Einhardum nostrum amplissimis praediis maximisque divitiis ab Imperatore Karolo ornatum fuisse. Nec ejus aetatis uspiam ullus repertus in historiis fuit, cui potius atque nostro Einhardo ἐπίτετον illud conveniret, quod sumtum ex veriverbio est, quod tradit Anonymus Auctor de Gestis Karoli M. lib. IV.

Si tamen hoc dubium cuiquam fortasse videtur,
De vita scriptum Karoli legat ipse libellum,
Quem Francos inter clarus, veraxque relator,
A summo prudens Einhardus nomine scripsit,

nempe *Einhart* per μετάτεσιν dici putat quasi *Ein rhat*, quae vox Alamannis est unicus i. e. summus consiliarius, qualis Einhardus noster Carolo Imperatori fuit; ut veratum in eo sit, quod quidam ex Veteribus dixit: *Nomen esse omen*, & alius

Conveniunt rebus nomina saepe suis.

Quo in officio perseveravit, dum ad vixit Carolus, à cujus obitu relicta Ludovici aula, in praedia sua, in quae SS. illa χειμήλια concessa, atque munere Rom. Pontificis, apud quem plurimum poterat, abduxisset, otiatum concessit; quod cum per intestina bella, & aerumnabile illud atque calamitosum Fratrum discidium minus ex sententia succederet, divortio cum uxore ultro citroque facto, monasticam vivere vitam uterque instituit. Quo terrarum uxor, nuspiam à me lectum, praeter quod ex Lupo conjicias, eam in Germania vitam

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [216] - 161
PUBLIC DOMAIN

cum morte commutasse, quam Einhardus insolabiliter lamentatur. Ipsum autem Einhardum ad eandem terram vixisse, scripsisse, notius est, quam ut a me doceri debeat. Illud necdum observatum, claruisse eum haut procul Moguntiaco Rabani sede, quod fuisse Monasterium Selingenstad & silvam Ottonicam, opportune me per literas monuit Marq. Freherus J. C. ille, quem famae gratia ante omnes nobilitat Viros. Ubi vero sceptro pastorali rexerit, multo in silentio consistit. Abbatem adpellat Monachus Fuldensis congregationis, quae Einhardi coenobio vicina exstitit, Annal. anno Domini DCCCLXXIV. *Et monita Gabrielis Archangeli, quae Einhardus Abbas duodecim Capitulis comprehensa ei* (Ludovico Pio) *obtulit legenda & facienda.* Nunc quam verum sit, quod Vir quidam doctus persuadere mihi sese postulat in his verbis Adam Brem. Hist. Eccles. lib. II. c. 6. *Eilhardus Vir spontanea paupertate clarus, Ecclesiae Bremensis praepositus, & Regulae Canonicae Custos* &c. legendum esse *Einhardus* fide mea & historicorum feci, ut intelligeres scriberesque, nihil illa ad nostrum hunc, non magis hercle, quam ad Barthaonem. Sed & alterius error non est praetereundus apud Reginon. in Chronic. lib. II. scribitur: *Legati Apostolici Formosus & Damasus Episcopi cum Missis Regis Siculfo Capellano & Eunardo Magistro Pincernarum directi sunt ad Tassilonem Ducem* &c. corrigit ille: *Einhardo Magistro Scribarum*, audacter & ἀνισοέπτως. Si quid mutandum est, legerim potius: *Riculfo Capellano & Ebrardo* ex Anonymo de Vit. Karoli M. ubi *Ebrardo*, & Aimoin. lib. IV. cap. 73. ubi *Eburhardus* legitur. At de Riculfo nonnisi titubanti animo scripsi, quem iidem illi Scriptores *Diaconum* appellant. Frodoardus vero in Chron. *Seulfum* vocat, *Archi-Diaconum* primum Rhemensem, postea ejusdem Urbis Episcopum.

Clarissima & Illustrissima hominis gesta] Ad hunc locum vidit Lupus Epist. 1. ad Einhard. *Venit in manus meas opus vestrum, quo memorati Imperatoris clarissima gesta, clarissime literis alligastis.*

Praeter illius facta] Ergo, *gesta*, *acta*, *facta*, idem sunt. Ovidiusin eodem, quod minus dudum dixi, carmine, *facta notanda* &c.

Homo Barbarus] Quia Germanus, Germani enim speciali nota Barbari vocabantur. Infra: *Deinde omnes barbaras ac feras nationes, quae inter Rhenum ac Vistulam fluvios, Oceanumque ac Danubium positae.* Salvian. lib. 7. *Effusa est in Germaniam primam, nomine barbaram.* Solinus Polyhistor cap. 23. *Hanc speciem in Illyricum barbari intulerunt.* Sidon. Apollinar. lib. VIII. c. 3. *Cum barbaris ad Vachalim trementibus foedus Victor innodat.* Germanorum idioma barbarum. Sidon. l. V. Ep. 5. *Quod te praesente formidet facere linguae suae barbarus, barbarismum*, & Carm. XII.

Et Germanica verba sustinentem &c. Paderborn. Monachus Annal. de Vita & Gest. Caroli M. Ibidem de oppido Westphaliae Paderbrunno:

——— Trahit inde
Barbaricae nomen linguae sermone vetustum. & lib. V.
Materiam tantam nimis audax barbara lingua
Ingenii tenuis viribus aggreditur.

quae verba manifestario sunt ab Einhardo mutuata. Otfridus Wissenburgens. in praeloquio librorum de gratia, quos germanico stylo condidit: *Hujus enim linguae barbaries, ut est inculta ac indisciplinabilis, atque insueta capi regulari freno Grammaticae artis* &c. Joh. Diaconus Vita B. Gregorii lib. II. c. 7. indicans quomodo in Gallicas & Germanicas cantus Missarum diffusus sit, de eorumve lingua scribit: *Quia bibuli gutturis barbara feritas, dum inflectionibus & repercussionibus miteri nititur edere cantilenam, naturali quodam fragore, quasi plaustra per gradus confuse sonantia, rigidas voces jactat* &c. Galli heic sunt Franci Germanorum propago. Hieron. Vit. Hilarionis Eremitae: *Videres de ore barbaro, & qui Francam tantum, & latinam linguam noverat* &c.

CA-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [217] - 162
PUBLIC DOMAIN

CAPUT I.

Gens Merovingorum] Meroveus Clodionis (quem *Clojonem* Sidonius, alii *Clodium* indigetant) non filius, ut falso putavit Sigebertus, verum propinquus, ut bene praeter alios tradidit Gaguinus & P. Aemylius, eidem Clodioni absque liberis defuncto in regno successit, *à quo nimis utili Rege Franci Merovingi appellati sunt*, ut scribunt Sigebertus & Gothefrid. Viterb. non ipsi tantum Reges, qui tamen ab eo inde usque ad istum Hildericum seriem generis & successionis sine discidio perseverabant. Post Hilderici autem abdicationem & Carolorum successionem obliterato Merovingorum sive Merwingorum (ut in scriptis libris legitur) nomine, cum ipsi Reges, tum universa Francorum gens *Carolingi* coepti sunt vocitari. Gothefrid. Viterb. *Tunc idem Carolus Martellus perpetuo decreto constituit illam provinciam Gaudinam eo nomine non nominari, sed Francigenam appellari, in lingua vero Teuthonica jussit eandem provinciam vocare nomine suo Carlingam, & eos homines nomine suo Carlingos, sicut à Caesare Caesarea dicitur; quod vocabulum omnes Teuthonici usque hodie servarunt, dicunt enim vado in Carlingam, vento de Carlinga, Homo ille Carlingus est, & linguam habet Carlingam.* Quae *Gaudina* diceretur, docet Sifrid. Presbyt. Epit. lib. 1. *Partem illam, in qua Sequana & Ligeris, quae Gaudiana dicebatur, currunt, Franciam & populos Francigenos i. e. à Francis genitos appellavit, & in Teutonico Kärlingen idiomate suo.* Nicolaus Vignierius, ut hoc non praeteream, Chron. Burgundionum A. D. 736. *Gaudinam eo nomine non nominari, sed Franciam*, in Gothefridi verbis emendavit, quam emendationem per me licet, probet qui velit, dum mihi concedat abs se seorsum sentire; Etenim *Gaulina* volo apud hunc & apud illum referibatur, aut verius *Gaulia* ex usuali sermone & vulgari loquendi consuetudine *la Gaule*, in qua conjectura nihil opus me multas agere ambages, sed eam Viros Doctos volo arbitrari, qui in Galliis sunt, sciens prudens omnem litem meam esse. Ut ad appellationes illas, durant hodieque apud nos ambae, & fere conjunctim efferri solent, ajimus enim ein *alt Fränckischer Kärl, auff guth alt fränckisch, Wackerer Kärle.* &c. Quod de Carolo Martello autem, suaviter cum aliis uterque nugantur. Videndus Guillelmus Brito Philip. lib. 1. ubi inter alia:

Et sic terra fuit Francorum nomine dicta
Francia, cujus erat antiquum Gallia nomen.

Jussu Stephani R. Pontificis] Imo *Zachariae*, ut habet constantissimus veterum consensus, a quo per manum (ut loquuntur) Bonifacii Germanorum Apostoli, Pipinus in Regem Suessionibus unctus est. Huic successit Stephanus iste, qui unctione Pipini ratificata, filios quoque ejus Carolum & Carolomannum in Reges unxit, ut scribit Fuld. Monach. Annal DCCLII. & seqq. Inde Einhardi lapsus, unde & alii erroris funem ductavere, qui Pipinum una pariter cum filiis à Stephano coronatum & unctum tradunt, uti sunt Aimoin. lib. IV. cap. 62. Monach. Floriacens. Fragm. de Majoribus Domus, Theganus de gest. Ludov. Imperat. in principio, Anonymus de Gest. Ludov. Pii cap. 1. Hincmar. Rhemensis Epist. ad Hadrian. P. P. Stephano tribuitur unctio Pipini apud Canis. tom. 1. p. 368. in unctione Caroli, sed ibi errat, ut vides, litem decidit Contractus apud Canis. ibid. p. 526.

Et opes & potentia Regni penes Palatii Praefectos, qui Majores Domus dicebantur, —— *pertimebat*] *Major domus*, qui & *Major Palatii*, *Major-Domus in palatio Principis*, *Major-Domus regiae*, *Comes Palatii Principis*, *Comes Palatinus*, *Comes Domus Regiae*, *Praefectus aut Praepositus*, *aut Rector Palatii*, *Regni*, seu *Regis*, seu *Principis*,

cipis, Aulae Palatii Praepositus, Palatii moderator, Gubernator Palatii, Provisor Aulae Regiae, Magister seu *maximus Domus Regiae, Praefectus regiae domus, Praefectus Aulae, primus Palatii* seu *in Palatio*, & simpliciter denique *Subregulus, Princeps, Dux* atque *Rex* nuncupatur, est, quem latinius *Praefectum Praetorio* appellare queas, ut antequam Petrus Faber, Joachimus Vadianus Vir Amplissimus pariter & Eruditissimus me docuit, quorum verborum argumenta tibi dicet Cassiodorus lib. VI. Ep. III. cui Notitiam Romani Imperii junges, Pomponiumque de origine juris. & Arcad. Charisium leg. 2. D. de Off. Praef. Praetor. denique P. Brossaeum nostrum in not. ad illam Aurelii Epistolam. Ejus partes hodie *Electores Imperii* gerunt, qui praefecti praetorio censentur, ut post alios Math. Wesembecius adnotavit de stud. Juris instit. q. XII. Olim autem id officii *Tribunis Celerum* apud Reges, & *Magistris Equitum* apud Dictatores assignatum, quod Dion. Halicarnas. Livius, Florus, Fest. Rufus, Eutropius, aliique, quos Dominicus Floccus (qui libellum suum larvata Fenestellae persona venditavit) Laetus, Lipsius in eo apud Anglos impresso sequuntur, clarificant. Quorum Imperia ut aequata erant, ita Major quoque Domus apud Francos pari plerumque potestate cum Rege fuit, licet regiis titulis non uteretur, cujusmodi magistratum & nostrates hodie Franci habent, quem vulgo *le Grandmaistre* h. e. Grandem Magistrum dicunt, cujus potestatem narrant secundum Regem maximam esse. In Anglorum sive Saxonum Regno eadem potestate fuisse videtur, quem *Aldermannum* lingua vernacula nominabat. Sic enim capio officium illud, quod quale esset, ignorare se fassus est Cambdenus, cujus in monumento Monasterii Ramesiensis memoria.

HIC QUIESCIT ALVVINUS, INCLITI REGIS EADGARI COGNATUS, TOTIUS ANGLIAE ALDERMANNUS, ET HUJUS SACRI COENOBII

MIRACULOSUS FUNDATOR.

Aldermannus pura puta vox est Saxonica, interpretaturque *Senior Vir* h. e. virorum seu hominum dominus aut Princeps. Nam ad id exempli *Senioris* vocem usitant Auctores mediae aetatis. In Eutropii Appendice, quam Math. Flaccius evulgavit: *Quadam vero die, cum milites praefati Principis irent ad S. Paulum, & reverterentur, accidit eos occurrere talibus, qui instinctu antiqui hostis in iram versi sunt, & pro fidelitate sui Senioris vindictam exercuerunt contra illos.* Locus est de discordia Papae & Ludovici Imp. Italici. Theotmarus Juvavensis Epist. ad Johannem P. P. *Quia quando Christianitas illis coepit vilescere, & insuper debitum tributum Senioribus nostris Regibus & Principibus eorum solvere respuerunt.* Ibid. *Progenitores namque Serenissimi Senioris nostri Ludovici videlicet, Imperatores & Reges ex Christianissima Francorum gente prodierunt.* Hincmar. Laudunensis libello Purificationis, quem Synodo obtulit: *Ego Hincmarus Ecclesiae Laudunensis Episcopus à modo & deinceps, Domino Seniori meo Carolo Regi sic fidelis & obediens secundum ministerium meum ero, sicut homo suo Seniori & Episcopus per rectum suo Regi esse debet.* Luitprand. Ticinensis Vita Hadriani II. P. M. *Sanctae Rom. Ecclesiae, cui per te Petre, tuus Senior B. Apostolo Principi Petro cum omni gentis suae Regno se tradidit*, verba sunt legatorum Pontificis Rom. ad Petrum legatum Michaelis Principis Bulgarorum. * Est vox percelebrata Aimoino, Autemaro, aliisque, cujus hodieque reliquiae in *Seneschaux, Seigneur* Gallicanis vocabulis, & Italico *Signore*. Pro ea & *potior* à non nemine usurpata. Synodus Duriacensis ad Adrianum P. P. *Nos minores apud vos potiorem humiliter excusare satagimus, quia ille* (B. Petrus Apostolorum Primus) *ut in Sacra Historia legimus, reprehensus a minoribus suis, cur ad Gentiles intrasset, & comedisset cum eis, & cur eos in baptismate recepisset, querelam minorum suorum humili ratione placavit.* &c. Igitur *Senior* proborum ver-

* Plura de hac voce noster ad Theodori Eremit. Vitam S. Galli c. 2. tom. I. R. Alem. part 2.

verbis idem est quod *Major*. Fontem καθαχρήσεως Augustinus ostendit Sermon. de Cathedr. S. Petri: *Institutio solemnitatis hodiernae à Senioribus nostris cathedrae nomen accepit*. Et Sidon. lib. II. Ep. 2. *Nam moris istic fuit Senioribus nostris agonem Drepanitanum Trojanae superstitionis imitari* h. e. majoribus, antiquis, veteribus. *Major* autem καθ' ἐναλλαγὴν τῆς συγκριτικῆς ἀντὶ τῆς ὑπερθετικῆς pro *maximo* i. e. primo frequentatur, significatque eum, qui aliis est praefectus aut praepositus, & qui imperium in *minores* i. e. inferiores habet. Quae significatio à Pontificibus quoque & Interprett. Juris Canonici usu recepta est, eo opinor magis, quod eadem in S. Scriptura ex Ebraei sermonis idomate sit relicta, Mathaei XVIII. 1. *Quis putas, major est in Regno Coelorum?* Marc. IX. 34. *Siquidem in via inter se disputaverant, quis eorum major esset*. Pariter Lucas IX. 46. Inde denominata est *Majoritas*, de qua in Decretal. Gregorii IX. & Extravag. Johan. XXII. tituli sunt inscripti: *De Majoritate & obedientia*. Cujus vocis proprietates confignant Glossator in c. *deliberat. Ext. de Off. leg. lib.* VI. & Joh. Andreae in *c. si plurib. Ext. de praebend. & dignit.* & Albericus multis in Lexico. Nemo Doctorum nescit, attamen meliusculum est monere, apud historicos *Majorum* appellatione omnes populi primates, praelatos, qua Ecclesiasticos, qua Seculares, Barones, Patricios, homines honoratos complecti atque comprehendi. In Eutropii Append. *Unde accidit eundem Carolum venire pro vindicta Apostolici comprehendensque Romanos, de Majoribus eorum uno die in campo Lateranensi fecit trecentos decollari: propterea inventum est, ut omnes Majores Romae essent Imperiales homines, tam Episcopi quam Laici, & omne vulgus pariter cum his faceret fidelitatem Imperatori*. Paderborn. Monachus de gest. Caroli M. lib. II. anno DCCLXXXV. Ind. VII.

Abbonemque simul, qui de Majoribus ejus Gentis erant.

Emundandi igitur sunt Annal. Francorum ad annum Dom. DCCLVII. *Similiter omnes Primores ac Majores natu Bajoarii, qui cum eo in praesentiam Regis pervenerant, fidem se Regi & filiis ejus servaturos —— promiserunt*, τὸ *natu*, quod ab imperito lectore infarcitum, expungendum est cum heic, tum apud Aimoinum. In visionibus Flotildae: *Audiebatque vocem dicentem, quod hi essent Archidiaconi, & praepositi, Judicesque, & Majores, atque Decani, quos ibi videbat residentes*. In quo postremo exemplo fors fiat, ut *Majores* sint, quos hodie Alamanni *Meyer* adpellamus; cum enim Baronum & Nobilium ea ratio esset, ut bona multa possiderent, evenire solebat, ut & ipsi praedia sua vel feuda, quibus à Rege vel Principe investiti ac beneficiati essent (ut nostri isti rure loquuntur) aliis ex plebe & vulgo indulgerent, quos *Majores* puto indigetatos, & ab iis, qui latine proferre, quo doctiores viderentur, malebant *Villicos*. Colligo id non tantum ex Jure Feudali, quod vocant, sed & antiqua charta Glaronae apud Helvetios scripta, A. D. MCCXX cujus principium: *Noverint omnes praesentes & futuri, quod ego Henricus, dictus Schade, Vir Glaronensis liberae conditionis una cum filiis meis Johanne & Rudolfo Villico* &c. Sic dicti quod bona amministrarent, quo pacto apud Gregorium M. bonorum Ecclesiae *Oeconomi, Defensores, Majores Domus, Vice Domini* Συνωνυμοῦνται. Vid. Epist. ejus lib. I. c. II. lib. IX. c. 66. Dialog. lib. XV. c. 30. Hi postea progressione facta, eoque titulo nobilitatem sibi vindicabant, quo ex fonte infinita nobilium profluxit multitudo; quidam enim ab officio nomen retentarunt, quorum ingens apud Helvetios numerus, nec infimi familiares illi mei *Meyeri à Kronau*, Tugurini Patricii. * Tandem vero ex nimia processione abusus natus est, ut ii *Majores* i. e. Villici vocarentur, qui servi non essent, sed praedia colenda certa merce de conduxissent, ut in Chartis, quae apud Schobingerum meum sunt, observavi. Hodie omnes Coloni eo nomine

* His adde, quae Goldastus notavit ad Ekkehard. Juniorem tom. I. R. Alam. p. I. p. 115.

ne gaudent. Verum de his plus plusque satis. Illud pene dicere praeterii, è nominis hujus frequentatione natam salutandi illam & honorandi formulam: *Domine Major*, qua Sidonium deliciari videas, & *Domine Senior*, qua Blasius Cenomanens. Eccleſiae Diaconus utitur, & à qua videntur Gallicana illa: *Mon-Sieur*, *Mon-Seigneur*, atque Italicum *Mio-Signoro* demanasse. Hactenus ostendi vox *Major* quod ἔτυμον haberet, nunc quid *Domus* sit videamus. Est autem idem quod *aula* sive *Palatium*, quae & *Curia* quandoque & *Curtis* vocatur. Ita in legibus Alamannorum & Bajoariorum apud Anſegisum, Benedictum & alios haut rarenter vox *Domus* visitatur. Est titulus in Legib. Alamann. *De iis, qui in Domo Regis sunt* &c. Interpres Luc. VII. v. 25. *Ecce, qui in veste pretiosa sunt & delitiis, in domibus Regum sunt.* Lucas dixit ἐν τοῖς βασιλείοις εἰσὶν. Ad nostram mentem exserte Innominatus Auctor apud Venericum, quem post laudabo, & Ado Viennens. in Chron. *Herchinoldo Majore Domus defuncto, Franci in incertum euntes Ebroinum in hac dignitate, ut Major esset in aula regia, constituunt.* Eodem redit, quod Paulus Warnefridi de Episcopis Metens. Eccleſiae in Arnulfo. *Ita Dei Eccleſiae praefuit, ut & Palatii moderator sub honore Major-Domatus existeret.* Ergo igitur *Major-Domus* primus est & praecipuus in Palatio Principis sive Regno. Gotfrid. Viterbiens. Chron. part. X. *Qui dimisso tunc ordine monastico, factus est Major-Domus i. e. primus post Regem in Regno Francorum per Brunihildem reginam* &c. Quae vero & quanta ejus potentia fuerit, clare Aimonus exprimit libr. IV. c. 15. *Clotharius autem potentiores omnes Optimatum Burgundiae Trecas convenire jubens, de Successore Warnarii cum eis agebat, sollicitus scrutator quem vellent Rectorem Palatii à Rege sibi praefici.* Illis porro dicentibus, *nullius praeter Dei & Regis se velle pati Dominium, Rex gratanter verba eorum suscipiens* &c. Eadem Fredegarius Chron. cap. LIV. Floriacensis Monachus de Majoribus Domus. *A temporibus Clodovei, qui fuit filius Dagoberti Inclyti Regis, pater vero Theodorici, Regnum Francorum decidens, per Majores domus coepit ordinari.* Innominatus Auctor apud Venericum Vercellensem in libr. de discord. Regni & Sacerdotii: *Tempore Clotharii patris Dagoberti, Regnum Francorum regi coeptum est, & administrari ab his, qui Provisores Aulae Regiae, vel Majores-Domus esse videbantur.* Uterque in errore manifesto opprimitur, non enim coeptus hic Magistratus Clotharii hujus tempore, sed ab eo usque Clotharium II. Burgundia Major-Domatu visa est caruisse, qui quasi postliminio tum receptus est. Nunc ad illa Hunibaldus: *Theodoricus otio & inertiae deditus, omnia negotia Regni per Comitem Palatii, quem Majorem-Domus nuncupabant, disponere coepit. Hujus Major-Domus fuit Eberwinus, homo sceleratus & impius, qui multa mala fecit* &c. Anonymus de gestis Ludovici VIII. R. Franc. *Excepto, quod per annos fere octoginta octo à temporibus Clodovaei sive Ludovici Regis mariti S. Batildis Reginae, Regibus à solita fortitudine degenerantibus, Regni potentia per Majores-Domus disponebatur; unde factum est, ut Pipinus Pater Caroli M. ex regali prosapia descendens per Blitildem filiam Clotharii primi, Major-Domus sub Hilderico Rege insensato efficeretur.* Sigebertus de eodem Pipino loquens: *Post annos octoginta octo, postquam Majores-Domus coeperunt principari super Reges Francorum.* Odorannus Monachus Anno Dom. DCLXXXVIII. *Pipinus Auster Major-Domus Regiae Francorum principatus suscepit.* Herm. Contract. *Carolus Pipini filius, cum jam principatum Major-Domus duodecim annis teneret, posthaec eundem principatum tenet annis XV. Regibus tamen in Francia, sed parva dignitate regnantibus.* Gothfridus Viterb. Chron. part. XX. *Anno ab Incarnat. Domini* DCCLI. *Reges Francorum solo nomine regnabant. Erat autem apud eos Princeps de cognatione eorum, qui vocabatur ex officio suo Major-Domus, totum enim illud Regnum regebat, quorum primus*

dicitur

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [221] - 166
PUBLIC DOMAIN

dicitur fuisse Arnuldus, qui postea fuit Episcopus Metensis &c. Porro de Majore-Domus ejusque origine exstat fragmentum Floriacens. Monachi, quod vide, & adde quae pluribus à B. Rhenano in libr. de reb. Germ. & Franc. Hottomanno in Franco-Gallia explicata sunt, eorumque dicta ad meam amussim examina, mihi enim hoc nunc agendum est, & pergendum eo, qua coeptum est gratia. Primus exstitit Pipinus Grossus, qui officii potestatem transcendens Theodorici ignaviss. & luxuriosiss. Regis auctoritatem in tantum imminuit ac vilitavit; est enim is primus, quod quidem ego legerim, qui apud Chronicos dicitur Regnum Francorum invasisse. Fuldens. Monachi Annal. A. Dom. DCCXIV. *Pipinus filius Anchisi Dux Francorum post mortem Wolfaldi Ducis, partem Austriae regebat, obtinuitque Regnum Francorum per annos* XXVII. *cum Regibus Ludovico, Hildeberto & Dagoberto* quae verba syllabatim exscripsit Mar. Scotus lib. II. aet. 6. Nam cum semper discriminati essent Majores-Domus Franciae & Austriae, hic victo Theodorico & Berthario ejus Majore-Domus, utrumque officium in unum contraxit, sibique posteritatique suae subjecit. Huic successit Carolus Martellus (quod nomen à comprimendis hostibus habuit) quo de videndi Cicardus Abbas Anno DCCXXXVI. & Marianus d. l. Fuld. Monachi Annales DCCXVIII. *Carolus —— Regem sibi constituit Lotharium nomine non potestate*, & anno DCCXLI. *Carlus anno Ducatus sui* XXVIII. *moritur* &c. *Cujus filii Carlomannus & Pipinus sub obtentu Major-Domatus totius Franciae Regnum susceperunt, & inter se dividunt.* Pipinum istum quem *Brevem* sive *Nanum* cognominant, Majorem domus fuisse, nemo adeo hospes in historia est, qui nesciat. De Carlomanno testatur Cicardus Abbas anno DCCXLIII. *obiit Pipinus Major-Domus Karolus, Pipinus & Karolomannus filii ejus Majores in Domo.* Herm. Contr. An. DCCXL. *Carolomannus Major-Domus Alamanniam ingreditur.* Sylvester lector S. Galli in veteri charta. *Ego itaque Sylvester lector rogatus & petitus à Landoaldo scripsi & subscripsi. Data* IV. *Id. Septembr. Anno* III. *Carlomanni Majoris Domus.* Hiringus in Vett. Charta. *Ego in Dei nomine Hiringus Lector rogitus à Biatane, anno* III. *regnante Hiltribbo Rege sub Carlomanno Majore-Domo, & Bebone Comite, scripsi & subscripsi. Notavi sub die, quod fecit Novemb. dies* 9. Atque ille Pipinus postremus fuit Major-Domus in Regno Francorum, nam deposito Hilderico Rex coronatus, omnem simul illam potestatem superiorum periculo cautus, antiquavit. Quod & si Merovingi fecissent, pennasque suorum Majorum-Domus praecidissent, nunquam (Aristoteli & Ciceroni crede) in eas injurias, quibus postea adfecti sunt, incidissent, quamvis profundius consideranti mihi, nulla hinc Regibus illis facta injuria videtur, qui jus & majestatem suam ignavia perdiderunt; contra eandem isti modis legitimis atque justis h. e. virtute & armis quaesiverunt; constat namque Majores-Domus non virtute modo & rerum gerendarum prudentia, sed victoriis etiam spoliisque ab hoste relatis, Regum gloriam multis partibus superasse, quod de Pipino & Martello ab omnibus proditum est. Anonymus (ut unum ex millibus adducam) in Vit. Caroli M. *cepitque Carolus Martellus inimicum suum Chilpericum, Regem insensatum, immemor malitiae suae reddidit ei Regnum suum.* Quod unum & solum testimonium satis esse potest ad justitiam Martelli evincendam; nec me à sententia mea deducere valet, quod in Visione Eucherii Aurelianens. Episc. legitur, Martellum propter injurias *anima & corpore damnatum esse*, videlicet injurias Ecclesiae illatas non Regibus; atque ita Cicardus Abbas in Chron. cui concinit Johan. Liechtenberger Prognostic. cap. 16. *Erat tyrannus, multas Clero & Ecclesiae inferens insidias, hic fuit de malo Gallo. Cum moreretur idem Carolus, Papa somnium habuit in Urbe, quod Carolus Martellus Francorum Rex mortuus esset in Treviris, & in corpore & anima*

dure-

duceretur in Infernum; *Misit ergo Papa nuntios ad Episcopum Trevirensem, qui aperto monumento, serpentem invenit mirae magnitudinis, corpore non invento.* Haec inquam ab Ecclesiasticis commenta & conficta somnia sunt, quos paulo severius in ordinem redegisset, cuique bona eorum in usum belli & patriae conferre, nulla fuisset religio. In fragm. de Maj. Dom. *Hic res Ecclesiarum propter assiduitatem bellorum laicis tradidit.* &c. Nec vero multo magis alterum illud etiam admiserim, S. Bonifacium à Frisiis occisum, quod sua opera Magni Clodovaei soboles regno exuta fuisset, quemadmodum volunt contentiosi homines, quibus opus est litibus atque tricis; nam qui illi plurimi sunt, quos id referre scribunt? non didici ego ariolari, nisi si Monachi fuerint, ex sectatoribus Clementis Scoti & Adalberti Galli, quorum alter librum quoque contra Bonifacium scripsit, eoque nomine in vincula conjectus periit. Quicquid id sit omnem antiquitatem contra stare video, affirmareque Winifridum (*cui postea cognomentum ex virtute fuit Bonifacius*, ait Adam. Bremens.) illustri martyrio coronatum fuisse, dum Christi fidem Frisonibus adnuntiaret. *Gesta ejus à discipulis plenaria manu edita sunt, qui ferunt eum agonizasse cum aliis quinquaginta & amplius Commilitonibus suis*, ut scriptum est ab Adamo lib. 1. c. 8. Atque ita ex his, quae hactenus à me exposita sunt, liquido claret, errare eos perverse, qui Majores-Domus distinctos habent in eos, qui Reges, & in eos qui sub Regibus fuerunt. Etenim Pipinus Grossus & Carolus Martellus, quod Reges à Monachis nominentur, imperitia peccatum est. De Hilderico, quod in Tabula Regum Francorum, cujus in libro 11. tibi copiam facio, à Monacho S. Galli assertatur, id ejusmodi est, ut eadem auctoritate destruatur, qua adseritur. Enim vero in Excerptis An. DCCLI. *Pipinus Rex elevatus*, at heic Rex (volo bis iterare, quoniam haec multos in errorem perduxere) idem prorsus est, non aliud, quam Major-Domus, nam & Karolomannus superior, *Rex* appellatur ad eodem in anno DCCLXXI. quem vero constat Majorem-Domus non adeo praepotentem, & Ducem quoque nominatum. Hiringus Monachus in Vett. Charta: *Actum in monasterio quod dicitur Babinchova, quod fecit mensis Novemb. dies* XXIX. *regnante Carlomanno Duce & Bebone Comite.* En ecce *Ducem* appellat, quem in alia charta *Majorem-Domus*, nam eodem pacto & *Princeps*, aliquando & *Dux* acceptatur, ut puerilem ἀνισορροπίαν Rigordi fuisse necessum sit, qui in Gestis Philippi Regis notare nos jusserit: *quod Reges fuerint in Austria usque ad Childericum filium Clodovaei filii Dagoberti; sed tunc deficientibus Regibus, Duces dominari coeperint, ut Pipinus, Carolus Martellus* &c. ubi *deficientibus* exponas degenerantibus, elanguescentibus, quod interpretamentum à vero non abludit; sic enim Sigebertus: *Abhinc Francorum Regibus à solita fortitudine & scientia degenerantibus, Regni potentia disponebatur per Majores-Domus.* Veluti ergo *Dux, Rex, Princeps*, pro Majore-Domus, & ita *Ducatus* quoque *Regnum, gubernatio Regni, Principatus, Principatus Major-Domus* &c. pro Majoris-Dominatu apud Chronologos passim locorum observitantur. Nunc mea opera atque virtute factum, ut quae vis esset atque δύναμις verborum *Major* & *Dominus*, quid *Major-Domus*, quae origo, quae potentia, quae mutatio, ex incerto certus ut esses. Jam vero mutuiter te volo operam mihi dare, facereque quod ego nescio, ut tecum sciam, secutis Imperatoribus, cadente jam ac ruente imperio, fuerene Majores-Domus Imperialis, & si fuere, an ex Secularibus, an Ecclesiasticis electi sint. Etenim Episcopos in Palatio Majores-Domus exstitisse observatum est. Adam Brem. lib. III. c. 38. de Adalberto Hammaburgensi Archiepiscopo: *Pecuniam autem, quam à suis recepit, sive amicis sive ab iis, qui frequentabant Palatium, vel qui reginae potestati obnoxii fuerant, illam, inquam pecuniam, licet maxima esset, sine mora infamibus dispersit personis & hypocritis, Medicis & histrionibus, non sapienter aestis-*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [223] - 168
PUBLIC DOMAIN

aestimans talium personarum favoribus se effecturum, ut vel solus placeret in Curia, vel Major-Domus fieret prae omnibus, & eo modo perfici posse, quod in animo de provectu Ecclesiae suae habuit. Accipe Curiam Henrici IV. Idem lib. IV. c. 46. de eodem Archiepiscopo: *unde etiam frequenter in Regno conspirationes fieri solebant, quibus ipse tamen nec verbo unquam communicare voluit; pro cujus fidei merito à Rege quidem Major-Domus in Palatio constitutus, dono ejus multa lucrabatur bona Ecclesiae Bremensi* &c. Heic vero Palatium Henrici V. Filii superioris. Et ecce quam clarum, quam conspicuum, Episcopos fuisse Majores-Domus & quidem Imperatoriae. An & Libentius talis praedecessor Adalberti, sic enim scribit Adam. ille lib. II. c. 45. *Is cum esset nepos alterius Libentii, & tunc Major-Domus Praepositus, favore Gyslae Imperatricis ferulam suscepit à Caesare Conrado, pallium vero a Papa Johanne XIX.* non puto, sed vocem *Domus* huc irrepsisse ex glossemate arbitror, ut sit *Major Praepositus* Ecclesiae Bremensis. Hoc ut dico, factis persequar; ait ibidem cap. 46. Adamus: *Libentius itaque bonus in Praepositura, multo melius in cathedra.* Praepositura Bremensi. Cathedra Hammaburgensi. In Diplomate Henrici IV. quod Erpold. Lindenbruch publicavit, testes sunt *Athelbero Hammenburgensis Archi-Episcopus Hartwicus Bremensis Ecclesiae Major Praepositus*, & hic Athelbero, ipsus ille Adalbertus successor Libentii, qui in quadam Epistola sua appellatur: *Adalbertus Sanctae Romanae & Apostolicae sedis legatus, nec non universarum Septemtrionalium Nationum Archi-Episcopus, Hammenburgensis quoque Ecclesiae Provisor indignus.* Nimirum homo tumidus, seque in celsum vana gloria attollens, quod Majores sui Bremenses Episcopi eodem fastus tumore patrarunt, imitari gliscens, Praepositum Hammaburgensem sese & totius Septemtrionis Archi-Episcopum nixus est, ut salutaretur. Itaque nihil mirum, si vir inanis, titulorum & mundi vanitatibus fascinatus, novi quiddam introducere voluit, & primatum Orbis adfectare: praeter enim superiora testimonia ait Adamus lib. IV. c. 7. *At ille omnium votes parvipendens, simul etiam relicta rei domesticae cura, totus in curiam vehemens & in gloriam praeceps ferebatur, hac causa, ut ipse retulit, capessendae Reipubl. quaerens primatum, quia Dominum & Regem suum inter manus trahentium non posset videre captivum. Et jam Consulatum adeptus est, jam aemulis remotis solus arcem Capitolii possidet* &c. & cap. 24. *Voti compos effectus, in pristinum gradum Curiae restitutus est, moxque succedentibus prosperis, summam rerum, quod est [Vicedominatus, jam septies Consul meruit.* quibus in locis *Primatus* & *Vicedominatus* idem est, quod supra *Major-Domatus.* Si quid corde sapio, & sensibus utor, ad facinus animum adverti, Henricus Imperator Germanorum, Pontificum fastus Germanis incubantium, tyrannidemque injuria usurpatam, odio minime obscuro, morsuque venenans, quibus modis inimicaret illos, repperit, ubi dominium Urbis asserendo vindicaret, Imperiumque Romanum in priscum statum, formamque restauraret; Papa enim ut hodie, ita tum omnia jura divina atque humana, quae Imperatoriam dignitatem proprie attinebant, jam rapta violaverat. Itaque & annuos Consules binos more Veterum Romanorum creavit, eisque dignum honorem concessit, quem diligenter connotavit Adam. Brem. lib. III. c. 36. his verbis: *Tandem seditionibus ad pacem inclinatis, Adalbertus & Anno Archi-Episcopi, Consules declarati sunt, & in eorum consilio summa rerum pendebat.* Se ipsum quoque *primum Patricium* Urbis Romae adpellari scribique voluit, ut & Filius apud Othon. Frising. de gest. Frider. lib. I. c. 1. cujusmodi honos Romanis Principibus in Rescriptis tributus. Triumphum quoque instituit, cum capta Urbe & profligatis Pseudo-Papis, Imperator atque Augustus salutaretur. Benno Cardinal. Vit. & Gest. Hildebrandi: *Romana vero Ecclesia ejus respirans auxiliis secundum Clementem Papam elegit, sub quo Ecclesia unitur, a quo*

& subsequenter Romanorum Imperator ac Augustus venerandae memoriae Heinricus coronatus est, & pro tantis meritis unice glorificatus triumpho singulari unici amoris privilegium, pellendo Idololatras Simoniacosque, & unitatem Ecclesiae defendendo, promeruit. Locum ut emendari, legique velim, adscripsi. *Triumphus* est applausus ille inaugurato acclamatus: HEINRICO AUGUSTO, A DEO CORONATO, MAGNO ET PACIFICO, IMPERATORI ROMANORUM, PULSORI IDOLOLATRARUM, ET ECCLESIAE DEFENSORI, VITA ET VICTORIA. Quo in negotio Carolum M. voluit imitari, impari tamen successu.

Ad quos summa Imperii pertinebat] MS. *pertinere videbatur*. Anonymus Vit. Ludov. Pii. *Ad quem summa Regni Danorum pertinere videbatur*. Adamus lib. III. c. 36. *in eorum consilio summa rerum pendebat*. Fenestella lib. II. cap. 6. *penes praefectum Urbis summa rerum relinquebatur*. Papinian. l. XIV. D. ad Municip. *Quibus summa Reipubl. commissa est*.

Neque Regi aliud relinquebatur] Eadem alii narrant verbis divertentibus, addentes & detrahentes pro lubitu. Videndi Annal. Fuld. Anno Domini DCCLI. Hist. Miscel. (Paulo Diacono quidam, alii Anastasio Bibliothecario adscribunt) lib. XXII. Joh. Cedrenus, Anno Leonis Isauro VII. Annal. Theodulfi anno DCCL. Marian. lib. III. Chron. Sigeb. in Chronographia, Conradus Abbas Urspergens. in Chronico. Aventinus lib. IV. Annal. Bojor. Qui quidem omnes Auctorem Einhardum habent, quibus fidem hac in parte subleste videtur Hottomannus, quam vere, aliorum sit arbitrari.

Crine profuso, barba summissa] Apud Francos promissam barbam, intonsumque capillum, Regiae nobilitatis insigne fuisse scribunt Aimoin. lib. I. cap. 4. & libr. III. c. 61. Agathias de bello Gothorum lib. I. Gregor. Turonensis, & sequaces exscriptores apud Antonium Hottomannum in pogonia. Id *capillitii Regii jus* vocabant, ut qui Reges à populo creati, aut regio genere prognati essent, comam alerent, eamque à fronte discriminatam, unguentisque delibutam, decus atque insigne regium, regiaeque stirpis haberent, ut docet Fr. Hottomannus in Franco-Gallia cap. 4. Hoc iis quandoque abscindebatur, quibus vel Regnum abrogaretur, vel adipiscendi Regni spes, & dignitas successionis adimeretur, ut ex plurimis Gregorii locis, Aimoini, Fredegarii perpatet, & aliorum, quas collegit admirandae eruditionis Vir P. Faber Tholosan. magno Reipubl. damno denatus. Exstat memorabilis historia de Regina matre Crothilde sive Clothilde, quae duobus filiis caput abscindi, quam comam maluit; ratio facti in promptu, quod comarum depositio nota erat subjectionis & servitutis, Jacob. Durantius lib. I. Variar. c. 17. & in victis quoque deditionis & amissionis libertatis Sidon. lib. 2. Ep. 1. *Si nullae Anthemii Principis opes, statuit te auctore nobilitas seu patriam dimittere, seu capillos.* Consulendus hic elegantissimus Savaronis Commentarius. Verba Sidonii capienda, ut illa Clotharii Regis ad Crothilden: *Velisne nepotes tuos tonderi, an gladio percuti?* apud Aimoin lib. II. c. 12. Victus enim, qui tonderi non est passus, velut pervicax hostis, vitam cum regno & patria amittebat. Claudian. de laudib. Stilic.

Ante Ducem nostrum flavi sparsere Sicambri
Caesariem, pavidoque orantes murmure Franci
Procubuere solo ———

quo gestu vitam deprecabantur. Paulus Diaconus Versibus MSS. ad Carolum Regem de Sigifrid, sub quo captus tenebatur:

Similes equi ferunt, ne brutum pecus esse putabor,
Deridetque meum stulta caterva caput.
Sit licet hirsutus, hirtisque simillimus hircis,
Juraque det haedis, imperitetque capris,
Sunt illi invalidae pavitanti in pectore vires,

Nam

Nam nimium vestrum nomen & arma timet.
Is scierit, vestrum si me de Civibus unum
Audebit minimo tangere nec digito,
Tunc nec iners Cupido vitam mihi tollit & artem
Illum nec palmis abluet unda meis.
Quin potius properet, vestra & vestigia lambat,
Cumque suo ponat crimina crine simul.
Caelitus & quomodo est vobis collata potestas,
Tinguntur vestris purificandus aquis.
Sin minus, adveniam manibus post terga revinctis,
Nec illi auxilio Thonar & Wathan erunt. &c.

In hoc carmine luculentissimum habes ejus, quod diximus testimonium; nam praeter Pauli captivi rasuram irrisam, vides Sigefridum Regem paganum & *hirsutum* i. e. crinitum ammoneri, ut ultro tonsis capillis Carolo se dedat, sin cinctus ad eum adveniat (ita enim legendum, non *ad veniam*) puniendus. Crines promittendi morem Regum Francorum, sunt qui durasse volunt ad Petrum usque Lombardum Sententiarum Magistrum. Ast ego observo seculum multo posterius, nam quid Philippus Bonus Burgundiae, qui vixit circa annum MCCCCLX. super capillitio occeptarit, ex Heutero narrat Phil. Camerarius Medit. Histor. cap. 36. Tandem, cum avorum memoria Franciscus I. Gallorum Rex capillum sibi ex causa valetudinis aut excepti capite vulneris detondisset, ejusque imitatione Aulici primitus atque proceres, postidem omnes fere nobiles, atque ipsi denique populares crines praecidendos sibi existimarunt, ut prodidit magnus ille Faber Semest. lib. III. Dico autem populares, nam & ipsi crinigeri, ut antiquitus, ita tum. Discriminabantur autem à Rege atque magnatibus, quod illi crines passos & in humerum rejectos, isti ad collum praecisos, ad instar Reformatae Ecclesiae ministrorum, qui in Helvetia & Germania hodie sunt, portarent.

Barba summissa] ita optime MS.

Solio resideret] Fuldens. Monachus & ex eo Mar. Scotus: *atque in loco eminenti sedens. Solium* ergo & *tribunal* Romanorum, apud quos Praefecti Praetorio in eo sublimati. Cassiodor. Var. Lect. lib. VI. form. III. *Tribunal tuum ideo excelsum factum esse noveris, ut locatus ibi, nihil humile abjectumque cogitares.* Vide Infra *carpentum.*

Responsa, quae erat edoctus] Haec ita narrat Fuldensis Monachus & Mar. Scotus, *publica dona solemniter sibi oblata accipiebat, stante coram Majore-Domus & quae deinceps eo anno agenda essent, populis adnuntiante.* Sigebert. *praesidere coram tota gente, & salutare, & salutari, obsequia & dona accipere & rependere.*

Praeter inutile Regis nomen] Paulo prius, *praeter inane Regis vocabulum*, & mox: *quam ut Regio tantum nomine contentus.* Sigebert. *Regibus solo nomine regnantibus* Fuldens. Monach. *Regem constituit nomine non potestate.*

Precarium vitae stipendium] Sigebertus praeter modum futilis: *sed nihil agere vel dissonere, quam irrationabiliter edere & bibere, domique manere. Irrationabiliter* est bestiarum ritu &c. sed ecce, quid non procax Monachorum libido oblectarit.

Carpento ibat] Fuld. & Marianus: *Plaustro bobus trahentibus vectus.* Proprie & signate Einhardus. *Carpentum* fuit insigne praetorianae praefecturae, quod Francorum Reges jure patritiatus videntur assumsisse. Cassiod. d. l. qui continet formulam praef. praet. *Ipse Carpentum reverendus ascendit.* Flav. Vopisc. in Aureliano cap. I. *Hilaribus, quibus omnia festa & fieri debere scimus & dici, impletis solemnibus, vehiculo suo me & judiciali carpento praefectus urbis vir inlustris, ac praefata reverentia nominandus —— accepit.* Parcant mihi viri incomparabilis manes, P. Faber hunc locum non cepit vehiculum cum Carpento judiciali, par erat, quo ad judicium vehebantur Praefectus Praetorio vel Praefectus Urbi, qui Vopisci aevo indiscretae ducebantur dignitatis l. 1. C. Theod. de praefect Praet. sive

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [226] - 171
PUBLIC DOMAIN

Urbis. Julian. cap. 38. *Nam praefectus Praetorii praefectus Urbis, & Magister militum praesentum, & praepositus sacri Cubiculi, similem habent dignitatem.* Hinc Sidonius praefectus Urbi, Polemium Praefectum Praetor. *Collegam* vocat lib. IV. Ep. 14. Diversum est *solium*, sive *tribunal*, locus excelsus & eminens in judicio, unde responsa dedit praefectus; quae duo, qua auctoritate confuderit idem P. Faber Semestr. lib. I. c. 3. carpentumque interpretatus sit tribunal, haut quitus etiam sum odorari. Francis institutum hoc Clodoveus videtur dedisse, qui primus ejus gentis Patricius Romanorum fuit destinatus. De *bobus*, nisi memoria fallor, diligenter & accurate Hottomannus in Franco-Gallia disputavit. Ajunt & Fauchetium in Gallicarum Antiquitatum libris, quorum desiderium miseris me modis angit, cruciatque. Eos consulant, quibus sunt in manu.

Ad publicum populi sui conventum] Monach. Paderborn. de Vit. & Gestis Caroli M. lib. I. *Conventum placiti generalis.* Ergo *placitum* fuit omnium Regni procerum, omniumque ordinum conventus in locum à Rege designatum, qualia sunt, quae hodie *Comitia Imperialia* & vernacula lingua, *Reichstäge* appellamus. Sic & Ludovici Pii Filius post pugnam ad Fontanetum cum fratribus gestam, & obtentum Germaniae Regnum, *placitum* ad Ulmam celeberrimum habuisse legitur; & Radevicus lib. II. *Jam dies placiti affluit, quae Romanum Principem ad Campestria Roncaliae, sicut conditum, invitabat*, quod quale esset, explicavit lib. I. c. 46. *Deinde generalem Curiam omnibus Italicis civitatibus & Primoribus apud Roncalias in festo B. Martini celebrandam indicit.* Nisi si heic placitum pro foro judiciali cum Hottomanno malis interpretari, cui aurem vulsisse videntur, Lotharius Imperator lib. II. Feud. tit. 52. & lib. 55. & Conradus Ursperg. in Frider. Alioquin comitia quoque ad Roncalias celebrata fuisse scribunt, Otho Frising. lib. II. c. 2. & Gunther. Ligur. lib. II. in queis beneficia Imperii i. e. Feuda vel adjudicarentur, vel abdicarentur, constitutiones item statutae ederentur, authent. habit. C. *Ne filius pro patre &c.* quae est Friderici I. Ekkehardo *Placitum* monstro quodam nominis vocatur *Magicampus.* In Gest. Franc. excerpt. anno DCCLXXVII. *Magicampus ad Paterb.* & anno DCCLXXXI. *Karolus reversus de Roma Pipino baptizato habuit Magicampum ad Wormatia*, & alibi saepe. Conventus more Francico in *campis* apertis agebantur, Ademarus Annal. Franc. DCCLXVII. *annuatim* Einhardus heic, *mense majo* Sigebertus. Hinc *Magicampus* dici mihi visus est ad eam faciem, qua *Magianus, Magiuma, Agiulfus, Agetius* &c. pro *Maicampus, Majanus, Majuma, Aiulfus, Aetius* &c. Conventus mense Majo celebratus in campo, atque haec propria ejus & specifica significatio. *Campus* pro conventu eadem synechdoche, qua Campum pro pugna usitari, sequenti libro doceo. Generaliter postea, ut adsolet, ad quemvis cujusvis temporis conventum vox extendi coepit, ut ex Ekkehardi locis satis abunde patet. Sed & Missi Regii annuos conventus celebrabant, mense Majo sub tiliarum campi, ut volunt, umbris; inde fortean, quae mea est adversus Glareanum opinio, Lupinum Saronatum nostrorum oppidum *Maji-Campus* vocatum, & nostra locutione *Meyenfeld*, quod illic annuos Majales mallos Comes Rhaeticus frequentaret. Pariliter & a *placitum* deducta voce locum patentem atque amoenum *Platz* dictitamus, reliquo ejusdem quoque compositio *Musterplatz*, quasi monstrans locus, ubi milites deligi & diribi debent. Placitum Veteres Dani *Warph*, Saxones *Thinc* appellarunt, Adam. Brem. lib. ult. de Sueonibus fabulosis: *Adeo ut concilio populorum communi, quod ab ipsis Warph, a nobis Thinc vocatur, Episcopos interesse non renuant.* quam vocem *Thinc* apud Anglo Saxones in ea notitione, si scire lubido, reperias. *Mallus* sive *Mallum*, ut interdum pro placito sumatur, si velim demonstrare, eadem opera Solem tenebris illustrare me postulem. Utrumque vero & placitum & mal-

lum

lum magis frequentius pro judiciis celebrioribus, quae legati Regis tempore constituto, post hos autem & Comites & Centenarii peragebant, & quibus non absimilia sunt hodierna judicia & conventus, quos usuali nostro sermone *Kreystag*, *Kammergericht*, *Hoff-gericht*, *Landtag*, *Tagsatzung* nominamus, acceptantur. De Placito Vetus Auctor in quaestionibus de Variis Vocabulis in lege, Salicae legi praescriptis in MS. S. Galli. INT. *Placitum quid est?* RESPONSIO. *Placitum quoque similiter ab eo, quod placet. Alii dicunt pactum esse, quod volens quisque facit. Placitum quoque etiam nolens compellitur, veluti quando quisque paratus sit in judicio ad respondendum, quod nemo potest dicere pactum, sed placitum.* Originem malli tradit Chronicon D. Benigni, de quo haec verba libavit Nic. Vignierius in Burg. Chron. ad annum DCCLXIII. *Isaac Episcopus Lingonensis, & Odo Comes atque Hildebertus Abbas cum quibusdam aliis missu Caroli Regis (unde Missorum appellationem ferebant) ad jus dicendum & lites dijudicandas in Burgundiam venerunt. Mallum locus erat, ubi istud fiebat, a quo mallari, qui in jus vocabantur, tunc dicebantur.* Verbum *mallare* hoc sensu celeberrimum in Legibus Alamannorum, Bajoariorum, Burgundionum, Frisionum, Langobardorum, pro quo & *admallare* in iisdem, & *placitare*, & *mannire ad mallum*, quod Latinis est *incomittare* i. e. ad causae dictionem, vel in jus vocare. Caeterum falsa illa & *Missorum* & *Malli* origo, quippe multo vetustior, ut quae Caroli temporibus queat assignari. Missi, quos Paderborn. Monach. *legatos*, Alb. Stad. *Advocatos* i. e. Juridicos autumant, Gregorio M. jam sic appellati & Sidonio Apollinari. De Mallo sic habe; Majores nostri, quae fuit prisca eorum simplicitas & superstitio, de quacumque re deliberaturi, epulas inter & pocula tractatum ibant, nescio quam divinatis vim elementis tribuentes, veluti vinum, multis animis collectum, veluti granis multis confectus panis δύναμιν atque efficaciam habeant unam multis animis sententiam producendi; Cornel. Tacitus de morib. Germ. c. 22. *Sed & de reconciliandis invicem inimicis & jungendis affinitatibus, & adsciscendis principibus, de pace denique ac bello plerumque in conviviis consultant, tanquam nullo magis tempore aut ad simplices cogitationes pateat animus, aut ad magnas incalescat* quem morem Francos retinuisse certum est. Paulus Epitomator Festi, *Incomitiare significat tale convicium facere, pro quo necesse sit in comitium, h. e. conventum venire*; Ita habet Pauli Stephani Codex aeque probus atque antiquus. Verba Festi interpolata ad aevi sui consuetudinem traxit ineptissimus adbreviator Pompeji damno natus. Consimilia barbari nebulonis flagitia, quibus Festi elegantias devenustavit, in Notis indicabo. Ad eam rem mensa in Curia parata fuit, cui adsidebant, Gervasius Tilb. de Anglo-Saxonibus Germanorum propagine: *Scaccarium tabula est quadrangula, quae longitudine quasi decem pedum, & quinque latitudine ad modum mensae circumsedentibus appositа, undique habet limbum latitudinis quasi quatuor digitorum*: quem rititudinis ex Germania venisse, consequis verbis innuit expresse: *ab ipsa Regni conquisitione per Regem Gulielmum facta haec Curia caepisse dicitur, sumta tamen ejus ratione à Scaccario transmarino* h. e. à Saxonibus, Saxonice enim *Scach.* Judex *scacharium* tabula in qua Judices convivabantur. Accipitur & pro ipso judicii loco, & pro honore Scachae. Manst vero nomen & forma rei sine usu, ut Gervasiii verba docent. Praeter meam rationem, quam verisimiliter ex Vett. Scriptorum vestigiis animo conjectasse videtur, aliam ex Rufo adfert *Isaac Diaetarum particular.* lib. 11. c. ult. *Rufas testatur, Persos & Elenos, semper vino uti, volentes disputare, vel cum volebant cum aliquo ratiocinari, seu consilium dare ad regendam Rempubl. & cognoscebatur, quia istud vinum mentis est confortativum, & rectitudinis & veritatis demonstrativum* &c. Elenos accipio Ἕλληνας i. e. Graecos, de quorum Principe Philosopho Platone refert Macrob. Saturn. l. 11. c. 8 *quod existimavit fomitem esse quendam, & incitabu-*

tabulum ingenii virtutisque, si mens & corpus hominum vino flagret. Quam argumenti rationem, si quis Majores quoque noſtros velit conſideraſſe, nulla lingua eſt, qua negem. Saltem hoc nunc conſtat, Mallum vocem eſſe Germanicam, *Maal* convivium, qua hodieque nos Alamanni utimur, Mallum appellantes *Maalſtatt*. Et veriſimilis admodum ſit Guillimanni noſtri conjectura arbitrantis, actorem judicibus convivium paraſſe ad uſque cauſae deciſionem, qui deinde ſumtus reum ſecutus fuerit, de Reb. Helvet. lib. 1. c. 9.

Annuatim] *Semel in anno* Fuldenſ. & Marianus.

Sic domum redire] *Sicque Rege domum redeunte*, Fuldenſ. & Marian. Sigebertus addit: *& ſic ſecum usque ad altum Majum permanere.*

CAPUT. II. *Pipinus Pater Caroli Regis*] Pipinus junior Karoli M. pater, Caroli Martelli filius, Pipini Majoris nepos, quem & *Minorem, Brevem, Nanum, Puſillum, Curtum* cognominarunt, ſicut contrario exemplo Avus dictus eſt, *Pipinus Senior, Major, Groſſus, Craſſus, Vetulus*; Cujus rei inſcitia ſordidatas nobis multas multorum Auctorum lectiones fecit. Unam examurcando operam non ludere, imo exemplar lectori ſedulo in locis adſimilibus enodandis oſtentare aeſtimabor. Ea eſt Anonymi Vita Caroli M. quam ad id exempli dedit Pithoeus: *Anſegiſilus genuit Pipinum Vetulum brevem, qui fuit Abavus Domini Caroli Regis, Pippinus vetulus Dux Francorum, genuit Carolum Seniorem & Ducem cognomento Martellum. Carolus Martellus genuit Pipinum Pium, qui de illa linea generationis elevatus eſt primus à Francis in Regem.* Primum delenda eſt vox *brevem*, quae ab impudentiſſima manu adpicta, tum deinde ſcribendum litera unciali *Pippinum Vetulum*, ut mox illico *Vetulus*, & inibidem *Seniorem*. S. majuscula; denique *Pippinum Puſillum*, pro illo ſubditivo *pium*, quod è ſcribendi compendio ortum in totam illam vitam propagatum eſt. Tu meo periculo, & hiſtoricorum fide, ubi ubi occurrat defalcabis. Odorannus Monachus an. DCCL. *Pipinus ſtatura puſillus electus in Regem.* &c.

Jam velut haereditario jure fungebatur] MS. *haereditario*, omiſſo *τῷ jure* quod ex gloſſa irrepſit. Hincm. Rhemenſ. Epiſt. ad Adrian. P. P. *ut Regnum quondam Regis Lotharii, quod Domno Ludovico ſpirituali filio ejus haereditario debetur.* Joh. Picus Vetus Anglorum Hiſtoricus: *Hic igitur manſit, dataeque ſunt ſibi provinciae Orientalium Anglorum & Northumbrorum, ut eas fidelitate ſoveret haereditario.* Anonym. ſed Vetus Auctor apud Cambdenum: *Sed non omnes Comites iſta percipiunt, ſed hi, quibus Rex haereditario, aut perſonaliter conceſſit.* Nec dubito, quin multis aliis locis haec vox à ſciolis interpolata ſit.

Apud Pictavium] Contra inſtitutum noſtrum heic es monendus, in optimo illo & vetuſtiſſimo MS. Codice, quem à Schobingero eſſe jam initio memoravi, particularum *aput, ſet, haut* invariabilem & conſtantiſſimam ſcripturam eſſe. Haberemus Einhardi libros Etymologiarum, de veritate Orthographiae nobis conſtaret. Inter ibi, quum rationes jacent, nil mutare volui, neque etiam meum putavi, in tricis & ſpinis occupari.

Qui claritate generis & opum amplitudine eminebant] Gotfridus Viterb. *Erat apud eos Princeps de cognatione eorum, qui vocabatur ab Officio Major-Domus.* Paul. Diacon. de Arnulfo Pipini noſtri Proavo: *qui ex nobiliſſimo fortiſſimoque Francorum ſtemmate ortus &c.* Innominatus in Genealogia Karoli M. de Anſperto: *Qui fuit ex genere Senatorum, praeclarus Vir atque nobilis, in multis divitiis pollens* &c. Qui quidem Anſpertus ſive ut alii volunt Ansbertus Pipini noſtri tritavus, uxorem habuit Blithildem Clotharii Regis filiam, Dagoberto Regis ſororem, ut in monumentis hiſtoriarum proditum eſt, in dicta Genealogia Caroli M. quam libro ſequenti princeps vulgo, in Geneal. B. Arnulfi, in fragm. de Majoribus-Domus, apud Anonymum in Vita Karoli M. ex Annal. Egoliſm. Monachi, apud Sigebertum, apud Anonym Vit. Ludov.

dov. VIII. Reg. Franc. & apud alios. In quibus docetur Pipinum noſtrum materno avito genere regium fuiſſe.

Velut ſub Rege] *Velut Rex* eſt quaſi Rex, qui Rex nominatur & non eſt.

Amore converſationis contemplativae] Vidit hoc Anonym. in Vita Ludov. Pii: *praecipue tamen affectu illorum ducebatur, qui cuncta ſua pro Domini amore relinquentes, ſpeculativae vitae curabant fieri participes* &c. *At ſub eo adeo convaluit* (ordo monaſticus) *ut etiam ipſe fraternum avi Carlomanni imitari geſtiens memorabile exemplum, ipſe quoque theoricae vitae culmina niteretur comprehendere.* Legendum eſt (ut hic obiter moneam) *fraterni avi*, Avus enim fraternus eſt patruus, eo pacto, quo *nepos fraternus*, vel *ex fratre* accipitur pro fratris filio. Viden' ergo Carolomannum nullo conſcientiae ſtimulo, at ſolo divinae contemplationis deſiderio ad vitam monaſticam & ſolitariam ductum.

Romam ſe in otium contulit] Quid eſſet *otium*, pluribus à me dictum eſt, quae ſi tanti, confer. Nunc quoniam reperti ſunt homines male ingeniati, qui quando in vetuſtis Scriptoribus *otium* viderunt religioſis tribui, otioſosque vocari Monachos, pertinaci ingenio aſſeverare ſunt auſi, jam tum antiquos temporibus otium in ſolitariis reprobatum, neceſſitas me ſubigit, ut te doceam & honeſtum & laudabile exſtitiſſe Ambroſ. in Epiſt. *Tuta vita eſt, in qua nihil fit, quod timeas, quae compenſatur mentis placiditate, levatur uſu, ſuſtentatur* OTIO, *non occupatur alienis moleſtiis.* Proſp. lib. III. de Vit. Contemplat. *quis non neſcit, quod ſicut* OTIUM *ſtudioſum à carnalibus ineffabilem ſuavitatem ſapientiae coeleſtis intendit* OTIOSO, *ita ſpiritualis occupatio laborum ſanctorum multiplices affert fructus humanae ſocietati.* & eodem libro: *qui* OTIOSA *quiete perfruitur, niſi ſpiritualiter vixerit, more pecudum vivit.* Einhardum imitatus eſt Paderbornenſ. in Vit. & Geſt. Caroli M. lib. II. Anno DCCLXXXVIII. Indict. X.

Et factum Monachum ſervare Monaſteriale Propoſitum juſſit; Juvenis quoque natus ab illo
Nomen habens Theodo, genitoris facta ſecutus
Contemplativae ſuſceperat OTIA *vitae.*

Clarius vero & cum ratione. Adam. Brem. lib. IV. c. 17. *Et de aliis quidem Viris magnis legitur, quod gloriam mundi contemnentes, Aulam Regiam velut ſecundariam Idolatriam refugerint, judicantes nimirum ad hoc philoſophicum ſolitariae vitae* OTIUM, *à tempeſtate ſeculi & tumultu Palatii, quaſi ad portum & requiem beatitudinis veniendum.* Satin. clarat! Sed ecce ferentarium, veterem Salluſtii interpretem in membrana P. Stephani, in Catilin. proaem: Tullius in libro Offic. I. c. 20. *Multi autem ſunt & fuerunt, qui eam, quam dico tranquillitatem expetentes, à negotiis publicis ſe removerunt; ad* OTIUMQUE *perfugerunt. In his & nobiliſſimi Philoſophi, ut Plato, qui primum ita ab humerorum dictus eſt latitudine, fortiſſimus athleta fuit, & poſt omnium victoriam ſe ad Philoſophiam contulit. Et quidam homines ſeveri & graves nec populi nec Principum mores ferre potuerunt, ut iſte Salluſtius, vixeruntque nonnulli in agris delectati re ſua familiari ut Horatius. Hic idem propoſitum fuit, quod Regibus, ut ne qua re egerent, ne cui parerent, libertate uterentur, cujus proprium eſt, ſic vivere, ut velis.* Rationabiles plane cauſae ad mentem veterum Monachorum, quibus & vivendi libertas, & commoditas ſtudiorum, & denique vel praecipua divinorum operum contemplatio in otio propoſita fuit. Joh. Clymacus Scala Paradiſi grad. I. p. 23.

In monte Soracte, apud Eccleſiam B. Sylveſtri conſtructo Monaſterio] In fragm. de Majoribus-Domus *Serapte*, aliter quam recte; *Soracte* priſca ſcriptura apud Varronem Virgilium, Plinium, Strabonem, & ingeſtis Sylveſtri. Videndus Blondus Ital. Illuſtrat. lib. I. Volaterranus Comment. Urban. lib. V. Eſt vero extra Urbem hic mons in Faliſcis ad amnem Tyberim, ut plane ridiculus ſit, qui neſcio quem Romae Carolinae ſitum, & P. Victori ignoratum ex hoc

hoc Einhardi loco effigiaverit. En cor Zenodoti, en jecur Cratetis. *Romae* esse quid sit, Paulus I. C. l. 2. in princ. D. de V. S. *Ecclesia illa*, Blondo *sacellum*, Sabellico *templum*, aliis *capella*, in cacumine montis aedificata fuit, eodem Blondo auctore. Vocatur hodie *Mons S. Sylvestri.*

Ob vota solvenda Romam solenniter commearent] *Nam Romam adire* inquit Beda Hist. Eccles. Anglor. lib. IV. c. 23. *eo tempore magnae virtutis aestimabatur.* Hinc ergo *Romipetae* Decretal. part. II. c. 24. q. III. & Guillerm. Brito. initio lib. IX. qui discincti gladio baculum portabant. Sic Hildebert. Cenomanf. Epist. ad Comitem quendam peregrinantem: *Scutum depone propera, baculum sume pro gladio, festina egredi, & facundis adhaere Comitibus* &c. Anonym. in Vit. Karoli M. de ejusdem sepultura: *Et super vestimentis imperialibus peraperegrinalis aurea posita est, quam Romam portare solitus erat.* Pedites iviſſe, passim Scriptorum loca sunt, quae autumant, praeterea nihil à me observatum. Nec dum enim illo superstitionis processum fuerat, ut vel Pontifices Romani animos peregrinorum in membra sua furiarent, vel ipsi peregrini omnem mentem perditi, ridiculis nescio quibus deliramentis, an verius, certius comitialibus furiis lustrale opus facerent. Postumo demum tempore à fanaticis, est repertum, ut hi capite nudi, illi discalceati, quidam expansis manibus, nonnulli geniculantes, alii quadrupedes, pars denique vapulantes, (quis enim quiret cuncta commemorasse) ad Sancta limina properarent. Quod institutum à Patre diabolo esse, quis negabit, qui, quae de Gallis Magnae Matris sacricolis Apulejus scripsit, legerit? At Christus inquis & Apostoli nobis, ut carnem crucifigeremus, commendavere? Nullus mi homo, nemo ad istam faciem, carnem crucifigere, mortificare quid sit, ab Apostolis docti non ignoramus. At in quo Patrum tale quod specimen spectur, cujus apud vos hodie certamen cernitur, sane in nullo; quae enim sunt adlata exempla, à fictis fabulis & somniatis testimoniis erant petita contra unam omnium doctrinam divertentem quam repetivit tibi, en, Drogo Hostiens. Episcopus *de Sacram. Domini passion. Quicunque sunt Christi* (inquiens) *carnem suam crucifixerunt. Nec satis est hoc, fecerunt hoc Philosophi, fecerunt hoc inanis gloriae cupidi, faciunt hypocritae, carnem suam crucifixerunt, sed mercedem à Christo non acceperunt, quia timorem Domini non habuerunt. Confige timore tuo carnes meas, multi carnes confixerunt non tui timore, sed vanitatis amore, non satis est hoc, confige timore tuo non solum carnis, sed & animi luxuriam* &c. Ergo itaque carnem crucifigere (seu ut Domini ipsius verbis utar) Crucem portare post Christum, pro hujus verbo est, persistere in timore Dei, animum suum munire adversum tentationes abnuntiare pravas cupidines, fronte hilari, laetanti, exultanti tolerare, quicquid vel Deo vel sibi ipsi aversetur; non vero corpus lancinare, tundere pectus, brachia instar crucis expandere, & id genus aliud quae quando μετὰ βίας καὶ ἀκυσίως antiquae superstitionis ritu patrant, non videntur post Christum bajulare, sed vero hujus mundi principem, δεῖ γὰρ τὰν ἀρετὰν μὴ μετὰ λύπας, ἀλλὰ μετὰ ἡδονὰς τὰ δέοντα πράσσειν ait ἠθικώτατος auctor Theages Pythag. apud Stobaeum serm. I. Equidem si inter privatos parietes disciplinae causa instituerent, non per vias, tantum arrogantiae crimen non figeretur, neque hypocriseos opprobrium, quod nunc eo acerbius merentur, quantum ipsa Romam itatio improbatior est. Auscultа quid tibi dicat Hildebertus Cenomunensis Episcopus in Epist. qua Comitem quendam Galliae à peregrinatione dehortabatur: *Inter talenta*, inquit, *quae servis suis Paterfamilias distribuit, circuire vagum orbem terrarum nullus Doctor, nulla omnino Scriptura commemorat.* Et post: *Fortassis autem dicis: Votum vovi Domino, transgressionis arguar, si irritumfacio votum. Agnosco ô homo, quia tu quidem alligasti voto, sed dominus Officio, tu viae, sed Dominus obedientiae, qua Sanctorum memoriae providens* &c. Sanctorum me-

memorias colere, res pia & Christiano homini digna est, at eorum martyria petere poenitentiae faciundae, res plena superstitionis & inanicula est, quod *nulla proficiscendi, nulla transfretandi fluctus necessitas nobis imminet, in omni sede terrarum constituta sunt Regna Coelorum*, ait Eremita Spiritu S. plenus B. Antonius in vita, quam Athanasius scripsit, Evagrius Presbyter transtulit, quam te adire velim, atque tantae Majestatis viro contra vanum istud peregrinandi studium mentem informari. Vanum dico eo praelicentius, quod videam Claudium Taurinensem, magnae aestimationis Episcopum, qui Carolo M. familiaris, & Einhardo nostro σύγχρονος vixit, tot tantisve illud verbis exinanivisse in Apologetico, cum maxime contra Theodomirum Abbatem scripto, quo de adponam, quae excerpsit Jonas Aurelianensis: *Te ipsum primum* (alloquitur Theodemirum) *interrogare volo, si poenitentiam agere, esse Romam pergere nosti, cur tu tanto tempore tantas animas perdidisti, quas in monasterio retinuisti, & poenitentiae causa in monasterium recipisti, & non eos Romam misisti* &c. Et ibidem: *Audite hoc insipientes in populo. & stulti aliquando sapite, qui intercessionem Apostoli Romam pergendo quaeritis, quid contra vos dicat dictus saepe beatus Augustinus.* Cusa (sive ut alii volunt Cangit) Epist. * Anglicae Abbatissae, in qua Bonifacium Moguntiacensem de peregrinationum religione consulit, dicitque, se diu optasse Romae suorum peccatorum remissionem consequi, sed quosdam id ex Canonib. Synodal. condemnare, *quae praecipiant, ut unus quisque in eo loco, ubi constitutus fuerit, & ubi votum suum voverit, ibi maneat, & ibi reddat Deo vota sua* &c. Exstiterunt & alii pii & orthodoxi homines, qui & voce & scriptis Romanos falsitatis convincerent, qui imperitam plebeculam & barbaros idiotas Romam religionis ac salutis specie acciret, quippe qui animarum salutem minus proveherent, quam peregrinorum crumenas aucuparentur. Galliae Germaniaeque Episcopi Epist. ad Anastas. PP. *Oves suas errare permittunt, & pastores nostros ad viam veritatis revocant, cum spiritualium morborum medicinam, h. e. absolutionem animarum Romae esse asserunt.* &c. Rationis fontem atque originem, qua barbaris peregrinatio Romana persuasa fuerit, idem ille Claudius detexit, cujus verba idem Jonas libavit: *Scimus enim, quod non intellecta Evangelica verba Domini Salvatoris, ubi ait B. Petro Apostolo: Tu es Petrus* &c. *Propter ista jam dicta Domini verba impertum hominum genus pro adquirenda Vita aeterna, postposita omni spirituali intelligentia, volunt pergere Romam.* &c. Atque haec de sacrilega superstitione peregrinationis, cujus causa vel inprimis exsecrata ab antiquis fuit. Multo autem magis detestabilior & abominabilior ea visa ob perpetrata insidiose scelera, flagitia, latrocinia, stupra, adulteria, quae hoc peregrinorum genus forte omne sub praetextu religionis orbem pervagantium & olim & hodie assuevere. Vide amabo Cabilonenses Concil. II. Can. 45. cujus primordium: *Nam & à quibusdam, qui Romam sub praetextu Orationis inconsulte peragrant, plurimum erratur* &c. & Salingestadiens. Canon. 18. Exstat etiam Epistola Bonifacii Moguntiacensis Archiepiscopi ad Gutbertum Archiepiscopum Anglum, in scelera peregrinantium scripta, ubi inter caetera de foeminarum depudicatione ait: *Videtur quod bonum consilium & honestas & pudicitia vestrae Ecclesiae * quod relevamen turpitudinis esset, si prohiberet Synodus & Principes nostri mulieribus & velatis foeminis illud iter & frequentiam quam ad Romanam Civitatem veniendo & redeundo faciunt, quia magna ex parte pereunt, paucis redeuntibus integris. Perpaucae enim sunt Civitates in Langobardia, vel in Francia, aut in Gallia, in qua non sit adultera, vel meretrix gentis Anglorum; quod scandalum est & turpitudo totius Ecclesiae.* Cui congrua Luitprandus Ticinensis scribit lib. VI. c. 6. *Testis omnium gentium, praeterquam Romanorum, absentia mulierum, quae Sanctorum*

ctorum Apostolorum limina orandi gratia timent visere, cum nonnullas ante dies paucos hunc audierint, conjugatas, virgines, viduas, vi oppressisse. Hunc, ait, i. e. Johannem Pontificem, super cujus flagitia testes invocat, interque hos, mulieres, quae religionis causa peregrinae, ab eo constupratae fuerint. Isthaec enim indulgentia fuit, qua illas absolvit, & qua hodie multae multique absolvuntur. Proh pudor! Proh fas! Et tamen hoc parum est, prout alia memorantur, quae sciens prudens nunc omitto. Satius est de Roma dixisse, quod Gregorius Nyssenus olim damnans itiones versus Hierosolymam in Epist. *magis videri cacodaemones circa Hierosolymam habitare, quia nullius quam sceleratiores homines vivant.* Nam Thomas Cantuariensis scribens ad Cardinales, infit: *Jam certe clamitatur in plateis, praedicatur per Civitates & vicos, quod non sit justitia Romae.* Et Brigitta adfirmavit: *vidisse se divam virginem dicentem ad filium, Romam esse feracem agrum, respondisse Christum, est, sed zizaniae.* Apud Michael. Neandrum est dicterium, quod in Germania jactatur: *Je näher Rom, Je böser Christ.* Cui simile illud in Proverbiis Gallicanis Lugduni impressis:

Jamais ni cheval, ni homme
S'emendea pour aller à Rome.

Proverbium in libr. Ulenspiegelii c. 34.

Wandle gen Rom frommer man
Und kom wieder Nequam.

Hujusmodi frequentiam cum suo proposito officere vidisset] Ratio redditur à Johanne Aegyptio in Vita, quam Evagrius Ponticus scripsit, Rufinus interpretatus est, fratres adhortans ad solitariam vitam expetendam: *Multum prodest secretior habitatio & conversatio solitaria, quia interdum per occasionem adventantium fratrum, & euntium & redeuntium frequentiam, abstinentiae & parsimoniae fraena laxantur, & per hujusmodi occasiones venitur paulatim in consuetudinem & usum delitiarum* &c. Hieronymus prologo in Vitas Patrum de Aegyptiis Monachis eadem ingerens: *ob hoc* (ait) *dirimantur habitaculis, ut silentii sui quietem & intentionem mentis, divina sectantes, nec vox aliqua, nec occursus ullus, aut sermo aliquis otiosus obturbet* &c. Et Clymacus de Scal. Paradisi grad. VI. hanc regulam Monachis dictitavit: *Ne velis omnes verbis certiores facere tuae ad illos dilectionis, sed à Deo postula, ut hanc iis secretius revelet, alias non sufficiet tempus, ut illud affectibus & compunctioni impertiri possis.* Fratrum ergo visitationes obsunt, propterea que vitarunt eas veteres, si frequentiores existerent, non morositatis vitio, aut ambitionis, ut hodierni solent κακόζηλοι, sed vero meditationis amore ac studio, quo paratiores nimirum in divino officio, instructiores in coelesti doctrina, quam alios docturi essent, efficerentur; Hoc enim illi agebant, qui vitam solitariam aemularentur, ad quorum institutum vitam suam unus Bernhardus Abbas Clarevallensis reformavit, cujus aurea illa sententia ad fratres: *Noli nimis insistere oculis contemplationis, quia meliora sunt verba praedicationis, nam etsi Rachel formosior, Lea tamen foecundior.* Atque hic amabilis veterum zelus, cujus fragrantes odores & nectarei fructus initio scholas & Ecclesias expleverant, paulatim in superstitionem & abusum inclinavit, ita ut non amplius concessio, sed habitatio, non moratio, sed inclusio foret, non amplius Ecclesiae & Reipubl. seminarium, sed pigritiae domicilium & ventis existeret. Principes in navi Deus collocavit, ut ad clavum Reipubl. sedentes populum moderarentur. At quid medio Aevo illis factum, hic docet Carlomanni exemplum, ut aliorum copiam compendifaciam. Scythenes Thebanorum Rex filiis suis Regnum commendans ἐν παντὶ (inquit) καιρῷ αἰνεῖτε ἀγαθὸν δαίμονα τὸ Θυμικὸν, καὶ προτιθῆσθαι πάντα ὅτι μέγας &c. Quanto quidem rectius Rex iste gentilis sensit pietatem cum gubernatione conjungendam. Verba ipsa apud Naphsum Philolaum habes in historia, quam de eo sive vere sive ficte instituit.

Samnium

Samnium provinciam] In Eutropii appendice illis verbis: *patrias autem Samniae & Calabriae*, legendum est *Samnii;* Cur provinciam appellat, causam dicent Geographi, qui *Samnii* populos recensent.

In Castro Casino] *Castrum* his seculis dicebatur oppidum, in quo Episcopus non erat, contra vero *oppidum*, cui erat Episcopus. Proinde ut patria recenseam, Castrum Tugerum, Castrum Arbonense, Castrum Campidonense. Oppidum autem Constantiense, oppidum Sedunense, oppidum Augustense, passim in Chartis & vetustis Chronicis legitur. Discrimen à Glossatore traditum c. *si vicinitas* Ex. *de Sentent. Excommunicat.* lib. VI. frivolum & ineptum est. Quod ad lectionem, ea ex MS. est, quibus congruunt Historici, & Gregorius quoque in Dialogis, Auctor denique Vitae S. Benedicti. Vulgati libri habent *arce casina*, quod qui retentare malit, interpretem adduco Floriac. Monachum in fragm. de Majoribus Domus. *In monte Casino*, arx pro monte. Virgil. de monte Soractis:

Hi Soractis habent arces ——

Ita Cicero arcem Capitolii dixit pro monte Capitolino, quo modo capio illud Petronii

—— *nescis tu, Magne, tueri*
Romanas arces.

per Synechdochen Urbem Romam intelligit. Definitio Wouwerii, quam in notis effinxit, periculosa est, (ut cum Javoleno loquar) praeter quam ad Urbes montanas eam restringas.

Sancti Benedicti] Sancti in Scriptura vocantur omnes, qui recte ambulant coram Deo, quare & Paulus baptismo regeneratos sine discrimine ἁγίους vocat, quod ipsum & Petrus & alii Apostoli, quorum Epistolae exstant, in usu habuere. Apud Patres Cyprianum, Hilarium, Hieronymum, Ambrosium, Augustinum, alios etiam posteriores *Sancti* ut & *Beati* nominabantur Episcopi, Monachi, virgines, viduae, qui vita & religione prae caeteris commendabantur. Sic Braulio Caesar Augustanus: *Sanctitati Isidori Episcopi* scripsit. Sic Luitfredus Presbyter in Vet. Charta: *Domino Sancto in Christo Venerabili Viro Patri Otmaro Abbati Durgauginsi, seu de Monasterio S. Galloni.* &c. Nec nisi vivi sancti vocati sunt, cum hodie non nisi mortuos eo nomine dignetur Papa.

Secessit] Hinc *secessus* dicti loca à frequentia semota, in quae Viri Sancti meditaturi se reciperent. Ciceroni *recessus* lib. XII. Att. *Mihi recessus & solitudo provincia est.* Recte, nam *solitudo* apud mediae aetatis Scriptores nihil aliud quam secessum notat, aeque ac *Eremus*. Ergo etiam in sylva parum ampla & densa solitudo esse & eremus potest. Hinc Veteres & Chronographi & Chartae locum in quo B. Gallus cellam suam recens posuit, nunc *solitudinem*, nunc *eremum* vocant, quum tamen juxta eum & cultum & fertilem agrum fuisse, Walafridus in ejus Vita testetur. Idem ab iisdem de lacus Turcini eremo, in qua B. Meginradus vitam solitariam duxit, traditur, quam & eandem circumcirca cultam terram habuisse in ejus vita observatur.

CAPUT III. *Pipinus autem per auctoritatem R. P. ex praefecto Palatii Rex constitutus*] Quaestio controvertitur hodie, an Pontifex Romanus Imperatoris deponendi habeat potestatem. Ajunt quidam, negant alii, factum praetendunt illi, hi jus. Factum imitati sunt multi interim Pontifices, dum alii de jure conveniant. Hinc est versus ille vulgatissimus Gregorii VII. quem abdicato Henrico IV. Rudolphum Suevum in Imperium erigens scripsit:

Petra dedit Petro, Petrus diadema Rudolpho.

qui versus non de jure (ne quid erretis) sed de facto loquitur, quod velit haereditario jure se sequi, attestatur Pontifex. Id non obscure videtur innuere Paulus Langius Monachus Bozaviensis in Chron. Citizensi, ubi pro petra legit *Roma dedit Petro* ex Chronicis Doringorum, quantumvis illam lectionem tueantur Sigebertus, Benno Cardinalis, Johan. Marius, Platina & alii,

alii, & imitatus videatur Benedictum IX. qui rejecto Henrico I. Imperii coronam Petro Ungariae Regi misit cum hoc versu.

Petra dedit Romam Petro, tibi Papa coronam.

Equidem praeclare functus facto suo Gregorius iste videtur, qui Imperatorem nudum & discalceatum in nive & glacie tres integros dies ad portam atrii morari coegit, ut est apud Urspergens. Gregorium VII. secutus Paschalis II. eundem Henricum excommunicavit, proritato in eum Ruperto Flandriae Comite, scripta Epistola, quae exstat in libr. Concil, fol. 810. Juraque Imperii in filium ejus Henricum V. contulit. Qui qua saevitia & impietate jussu & mandatu Pontificis in Patrem grassatus sit, docent Robertus Barnensis & Nauclerus. Quam infandis exemplis Fridericum Barbarossam tractarunt Alexander III. & IV. testis est praeter alios Joh. Cario in Chronicis, Othonis de S. Blasio appendix, Radevicus lib. 1. Chron. Sclav. c. 81. Tertius pro pedisequis usus Anglorum & Gallorum Regibus, ut scribitur à Robberto Abbate in Supplemento Sigeberti; Ipsius vero Imperatoris humi prostrati collum pedibus conculcavit, subiciens verba Psalmi: *super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis Leonem & Draconem.* Haut modis multo aequioribus cum Henrico VI. egit Caelestinus III. satis pro superbo facto dictitans: *potestatem sibi esse Imperatorem ponendi & deponendi.* Clemens V. quasi secundus Sapor, aut Tamerlanes alter, Franciscum Dandalum Ducem Venetorum & Regem Cypri in aula sua habuit, ut scribit Sabellicus, nam prostratus, & collo reste ligato, quadrupedum ritu incedere Papa praesente coactus fuit, ut in mari historiarum recensetur. Interim etiam ne facto hoc quoquo modo excidere possent, ipsos Orientis & Occidentis Imperatores inter sese commiserunt, quod de Alexandro III. memoriae Platina prodidit. Nonnunquam ipsos subditos in Imperatores commoverunt, absolutos fidelitatis sacramento, & indulgentiis numerosis condonatos, quod in gestis Friderici II. de Gregorio IX. & Innocentio IV. legitur apud Math. Westmonasterienf. lib. 11. De Innocentio III. contra Philippum suo sine consensu electum Imperatorem, scribunt Urspergens. & Joh. Marius Polutianus. De Innocentio II. adversus Lotharium Imperatorem, Otho Frising. & Nauclerus. De Adriano IV. contra Wilhelmum Guischardum Ducem Apuliae Regem Siciliae ac Neapolis, & Caelestino III. contra Tancredum ejusdem Wilhelmi germanum plenae loquuntur historiae. De Urbano IV. contra Conradinum Regem Siciliae omnia abunde Chronica, ut & de Clemente IV. qui Carolo, quem adversus illum concitaverat, Conradino per proditores tradito, scripsit: *Vita Conradini, Mors Caroli: Mors Conradini, Vita Caroli*, quibus verbis nihil aliud indicare voluit, quam suis Duringus, qui Uratislai Regis filium sibi commissum interfecit, & ad Neclam introductus: *Solium*, inquit, *tuum hodie firmavi, aut perire hoc, aut te oportuit*, apud Aeneam Sylvium Hist. Bohem. c. 2. De Nicolao III. non minor fama est, qui contra modo memoratum Carolum, Petrum Arragoniae Regem concitavit, imperavitque, ut omnes Franci, qui vel in Regis comitatu, vel negotiorum causa in Siciliam venerant, una nocte omnes ad unum laniarentur. Martinus vero IV. Petrum illum non modo Siciliae, sed & Arragoniae Regno privavit. Alexander IV. Imperium post Gulielmi Hollandi obitum duobus simul Regibus vendidit, Johanni Anglo & Alphonso Hispano, Johannes XXII. Regni ablationem minatus est Michaeli Palaeologo Imperatori Constantinopolitano, ut scribit Baleus. Nicolaus III. Exarchatum Ravennatem Imperio ablatum, spuriis suis distribuit, ut & Flaminiam atque Bononiam, & jam, quod nisi Deus praevenisset consilia, Lombardorum regna atque Tuscorum gentilibus suis Ursinis propriare machinabatur. Minime secutus scilicet Clementem IV. de

quo.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [235] - 180
PUBLIC DOMAIN

quo ita Paul. Langius in Chron. Citizenſ. A. Dom. M CCLXVIII. habuit hic nepotem Clericum, *quem ubi deprehendit tres praebendas i. e. canonicatus habere, optionem facere compulit, ut quam vellet ex his retineret, duas autem reliquas reſignare eum coegit. Inſtantibus etiam amicis, ut ei plura relinqueret, reſpondit Vir ſanctus (quem utinam noſtri temporis praeſules imitarentur) ſe Deo, non autem carni & ſanguini placiturum, Deum autem velle, ut ſua pauperibus erogarentur. Et addidit dictum memoria dignum, non eſſe virum dignum Petri ſucceſſorem, qui plus cognationi, quam pietati & Chriſto tribueret.* Haec Paulus, qui Monachus Bozavienſis fuit, & ex variis variorum monaſteriorum Chronicis, ut ipſe fatetur, hiſtoriam ſuam collegit. Bonifacius VIII. Decretalium conditor, Albertum Auſtriacum electum Imperatorem, ita demum confirmavit, ſi Philippum Regno Galliarum expelleret. Cujus etiam verba referuntur adverſus Porcetum Archiepiſcopum Genuenſem, qui à partibus Caeſaris ſtabat: *Memento quod es Gibellinus, & cum Gibellinis fies cinis.* Clemens V. Clementinarum Auctor, Friderico Siciliae Regi Regnum Sardiniae donavit, ordinavitque, ut ab Electoribus creatus non niſi Rex, à Pontifice confirmatus Imperator aut Caeſar demum adpellaretur, ut in Euſebio ſuo Joh. Marius ſcripſit. Johannes XXII. terrifico banno & diris armis Ludovicum Bavarum devovit, quod is ſe pro Caeſare, invito ſe & nondum adprobante, geſſerit. Cujus veſtigia ſecuti Benedictus XII. & Clemens VI. abdicarunt Electores, qui ab Ludovico erant, novosque Imperatores crearunt, Fridericum Auſtrium, eoque interfecto Carolum IV. Urbanus VI. Henricum Regem Hungariae & Neapolis bello proſecutus eſt, quod ſpurium ſuum in Ducatu Campaniae confirmare nollet, ut teſtatur Georg. Wicelius in Vitis Paparum. Alexander V. Ladislaum Regno Neapolis privavit, idque donavit Ludovico Andiovinorum Comiti, ut eſt apud Nauclerum. Martinus V. idem regnum Alfonſo Arragoni abdicavit, dictique Ludovici filio dedit. Pius II. è contra ſpreto Renati Andiovinenſis filio, & haerede Regni legitimo, Alfonſum Ferdinandi ſpurium in Regnum Neapolitanum levavit. Georgio Regi Bohemiae, quod Huſſitis favere videretur, regni abdicationem minatus eſt. Eugenius IV. Ladislao Regi Hungariae, cum aliis in rebus poteſtatem iſtam ſuam exercere non poſſet, cauſa mortis exſtitit. Sixtus IV. cum alios inter ſe populos, tum Helvetios contra Lombardos concitavit, donatos bulla Pontificia & vexillo conſecrato. Alexander VI. quo ſpurios ſuos in Regna proveheret, plerosque Principes neci mancipavit. Bajaceto Turcarum Imperatori Regnum Siciliae hac conditione dedit, ſi contra Carolum VIII. Galliae Regem bellum moveret. Ferdinando etiam Caſtiliae Regi Caroli V. avo Indiarum regna dedit *motu proprio, de mera liberalitate, & ex certa ſcientia ac Apoſtolicae poteſtatis plenitudine*, ut habent Verba Bullae apud Franc. Lopez de Gomara in Hiſtoriis Indicis. Qua eadem poteſtate Anno D. 1157. Adrianus IV. Inſulas Islandiae dedit Henrico II. Regi Angliae; & ex breviario ſuo Vincentius Valverda Monachus docuit, Chriſtum Filium Dei, cum ex hoc mundo diſcederet, Papae omnia Mundi Regna dediſſe. Ataliba Rex Peru ab Hiſpanis captus in praelio Papam criminabatur, & injuſtitiae accuſabat, quod is aliis daret, quae ipſe non haberet, ut videre eſt apud eundem Lopez cap. 113. Julius II. multos Principes banno condemnavit, quem bannum Helvetiorum manibus exſecutus eſt. Aliter atque Benedictus VIII. qui poſtridie electionis in Conſiſtorio pronuntiavit, nunquam velle gladio materiali uti, ſed pacem quaerere, ut ex Rudimento Chronic. refert Paul. Langius Monachus. Is eſt, qui abjectis in Tiberim clavibus Petri, enſem Pauli arripuit. Leo X. anno 1515. Imperium Conſtantinopolitanum Franciſco Galliarum Regi donavit, ſi conditiones quas obtulit, paciſci vellet; Rex gratias

agens non bullam, ſed vacuam & liberam poſſeſſionem ſe exſpectare reſpondit. Verum non tam proclive erat Turcam Imperio ſuo ejicere, atque Ducem fuit Urbinatem, cui cognatum ſuum in Ducatu ſuffecit. Paulus II. anno 1466. abjudicatum Georgio Bohemiae Regnum, Germanis Principibus adjudicavit, eo nimirum affectu & benevolentia Germanos proſequens, quo Martinus III. qui in tanto odio habebat Teutonicos, ut optaret totam Alamanniam unam eſſe piſcinam, ut ſunt ipſius Siffridi Presbyteri verba Epitomes lib. II. etenim in iſta piſcina amplius centena millia Germanorum Paulus ille piſcatus eſt, qui in expeditione Bohemica cuncti periere. Clemens VIII. Patriam ſuam Florentiam, quae Urbs Imperialis erat, libertate antiqua exuit, & dominatui unius ſubjecit. Ducatum Sabaudiae primis duobus Principibus propinavit, Carolo V. hinc, hinc Franciſco Galliarum Regi. Paulus III. Peruſanos per tyrannidem oppreſſit, Aſcanium Columnam profugavit, quo cognationem ſuam poſſet ditare. Henricum VIII. Angliae Regem banno proſcripſit, eumque contra Reges & Principes inſtimulavit. Fratrem Alexandrum Farneſium Cardinalem cum maximo exercitu in Germaniam miſit, minitans, ſe Proteſtantes ita converſurum, ut equus ejus ſanguine Lutheranorum innaturus ſit. Sleidanus lib. 17. Conſimili animo in Proteſtantes fuit Marcellus II. ut teſtatur oratio Corvini Pontificii ad Imperatores Legati, ſatius fore ajens, Lutheranos debellare, quam Turcas. Paulus IV. haereditatem abſtulit M. Antonio Columnae, & fratris ſui filium Fridericum Caraffam in Pallianum Principem inveſtivit. Pius V. novo & prius inuſurpato exemplo Ducem Florentinum, Muſcovitico more & modo, Magnum Ducem Hetruriae ſalutavit. Pius IV. & V. Regna Navarrae & Angliae primum occupantibus conceſſere. Regna etiam complura feudataria facta ſunt Pontificibus. Rex Neapolis & Siciliae quotannis in feſto S. Petri ſacramentum fidelitatis praeſtat Pontifici, & tributi loco cum aliquot Ducatorum millibus equum album Neapolitanum praeſentare cogitur. Rex Angliae Henricus anno 1181. tributarius Pontificis factus eſt ab Alexandro III. ut teſtatur Platina. In ſumma ſive Imperator is ſit, ſive Rex, ſive Princeps, qui equitaturo Pontifici adeſt, ſtapiam ascendentis dextram tenere, & equum poſt illa freno ducere aliquousque cogitur. Quod ſi in ſella portandus ſit Pontifex, primus Imperator humeros ſupponat ſuos. Aſſeſſuro ad menſam Pontifici aquam manibus affundat Imperator, & primum ferculum menſae apponat, quae omnia multis exequuntur in Cerimoniali S. Eccleſiae Romanae lib. 1, tit. 1. §. *ordo proceſſ.* & tit. 3. *de prima lot. man.* & repetit Gulielm. Stuckius in Antiquit. Convival. Et quamvis plurimi ſuperioribus ſeculis reperti ſint viri docti, qui hanc de facto illegitimo poteſtatem argumentis contortis tuerentur, majores tamen exſtitere, qui rationibus multo veracioribus eandem oppugnarunt, ut Gulielm. Ockam, Petrus de Vineis, Marſilius Patavinus & alii. Et extra controverſiam eſt, nullam unquam Eccleſiam Apoſtolicam, quas plures tamen atque inclitas & Aſia & Europa habuit, vel ſuo vel Apoſtolorum nomine hunc urbium terrarumve dominatum adfectaſſe, aut ulla parte eas opes petiiſſe, quas omnium poſtrema Romana iſta Eccleſia modis, quibus diximus quaeſivit & poſſedit; non tuliſſent enim primi illi Chriſtiani Pontifices religionis nomen hiſce rebus gravari, quae poſtremi Imperatores religionis maxime nomine incitati, Eccleſiae & Pontifici indulſerunt. Ad illud manavit, quod noſtra Patrumque memoria habitum ornatumque Pontificibus, ut inuſitatum veteribus, nec ab Apoſtolis, ſed à gentilibus potius transſumtum, opprobrarent, quod Reinecc. ex Ammiano ante alios dudum & Pomponius Laetus fecit, ſed adeo oblique, ut nemo animadverterit. In vita enim Diocletiani, quam Romae ſcripſit, legitur: *Diocletianus Romanorum Princi-*

pum

pum victoriosissimus divinos honores Imperatoribus Augustis habendos praecepit, nam cum priores ut Consules salutarentur, primus ipse voluit adorari, velut in eo esset coelestis majestas. Persarum iste mos, quorum Princeps Rex Regum adpellatur & adoratur, fratrem Solis ac Lunae se nuncupans. Imperatores antea manus exosculandas nobilibus praebebant, post suis manibus sublevabant ad oris osculum, vulgus genua exosculabatur. Diocletianus edicto sanxit, uti omnes sine generis discrimine prostrati, pedes exosculari entur, quibus etiam venerationem quandam adhibuit, exornans calceamenta auro, gemmis, & margaritis, quod fecisse antea C. Caligulam memorant, (& Eliagabalum gemmas Nobilissimorum artificum calceamentis apposuisse, Lampridius in Vita ejus prodidit Gallienum gemmatis caligis usum esse constat) qui eundem ornatum immiscuit vestibus, ut augustior esset, & cum contentus esse debuisset, quibus priores fuissent insignibus, quae Priscus Tarquinius accepta ab Hetruscis induxit, reperit ex ipso habitu uti Deus haberetur, majoreque sumtu vanam Arsacis gloriam superaret. Et eodem loco: *Diocletianus (ut caeteri antea) una fuit corona ex lauro contentus, simili & collega, Reges vero Persarum tiaram, qua utebantur, tribus coronis exornabant.* Quibus verbis subindicat ni fallor, habitum illum & ornatum Pontificium non ita pridem inductum; praeterea & morem osculandorum pedum, & tiaram coronae triplicis, nec à priscis Rom. Ecclesiae Antistitibus, longe minus ab Apostolo & Christo, sed impiis ab Imperatoribus translatum, atque his maxime, qui Ecclesiae Christi hostes immanes fuissent. Culcita sublimem vehi patriciae quondam dignitatis insigne erat, mox etiam Regum & Imperatorum, ut Lipsius alicubi docet & Josephus Stephanus. Tandem Reipubl. rebus collapsis, Regibus & Imperatoribus Francorum honos ille concessus est, unde & Pipinum & Carolum M. à Stephano consensu P. R. Patricium dictum legimus, ut postremum & hunc honorem in se Pontifices rerum Romanarum potiti, transtulisse videantur, qui ex toto tamen nihil habere creditur, quod veteri Christianae & Apostolicae disciplinae vel hilum respondeat. Non queo itaque satis admirari impudentiam nostrorum hominum, hunc Romani Pontificis ornatum defendentium, quem à sceleratis illis, quos dixi Ethnicis acceptum luculenter ostendit homo elegantissime doctus, Josephus Stephanus Episcopus Oriolanus. Taxat quoque Fr. Robertus in libr. Visionum &c.

Superstitibus liberis Carolo & Carolomanno] Brevissimam adnotationem successionis horum Regum ex antiqua Schobingeri membrana, quam Monachus quidam S. Galli perscripsit, subjicere heic operae pretiam puto, quae sic se habet.

(a) Hil-

(a) Hildericus Rex Francorum.

(b) Pipinus Rex & Major Domus, II. filios habuit.

(c) Karolomannus Rex Francorum.

(d) Carolus Imperator Augustus, iste requiescit Aquisgrani.

Uxor ejus Hiltigarda. Haec erat de Suevis genita.

(e) HLudovicus Pius Imp. filius ejus, i. e. Karoli & Hiltigardae. Iste sepultus est Campidonae cum matre sua.

(f) Carolus Rex filius HLudovici.

(g) Pipinus Rex Filius Caroli.

(a) Post depositionem istius Hildrici Regis Francorum, succesit ei Pipinus, qui ex praefecto Palatii Rex effectus est, & quia Regnum suum per praefectos regebatur, Major-Domus dicebatur, tam ipse Hildericus, quam Pipinus.

(b) Ab isto B. Otmarus Abbatiam & heremum suscepit. Waltramus sibi haec impetravit, licet prius S. Gallus hanc à Sigiberto Rege Burgundionum propter curatam sponsam suam scilicet Ducis filiam, inter plura dona accepisset. Quod ergo ille fecit, iste confirmare curavit. Iste postea morbo subcutaneo obiit, & Parisiis est tumulatus.

(c) Iste Carolomannus cum Rex Francorum, cum fratre suo Carolo constitutus fuisset, apud montem Soractem quadam de causa Monachum se fecit, tandem in castro Casino vitam finivit; frater autem totum Regnum obtinuit.

(d) Carolus habuit etiam tres filios de uxore sua Hildigarda, scil. Carolum, Pipinum & Ludovicum. Hunc duobus fratribus mortuis Imperatorem constituit. Habuit etiam alium de concubina filium nomine Pipinum, hunc propter quandam conspirationem contra se factam in monasterium perpetualiter detrusit.

(e) Iste privilegia immunitatis & electionis jura p.... Grimaldum S. Galli Ecclesiae Abbatem, cum clericus & non monachus esset, constituens; postmodum Grimaldo rogante, immunitatis & electionis jura privilegiis plus quam antea roboravit.

(f) Iste Carolus B. Otmaro dedit *Stamecheim*, & S. Gallo *Marsis* & alia plurima, qui usque ad tempora Bernhardi supervixit, postmodum Augiae sepultus est.

(g) Iste dedit Ecclesiae S. Galli.....

Ut totum Regni corpus ex aequo partirentur] Saepe divisum Franciae Regnum, atque inde factum, ut aliquando plures & Imperatores & Reges Franciae uno aliquo tempore fuerint. Nam & fratres fratribus, & filii parentibus, aliis atque aliis in partibus Regni, divisione ad eum modum propagata, successerunt. Nec parum variant Chronographi, jam hos, jam illos referentes, qui sibi ordine succesierint; proinde paucis hoc loco monere visum est, ne quem confusius ab aliis tradita implicarent. Imperatorum & Regum Francicorum, qui Alaman-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [239] - 184
PUBLIC DOMAIN

manniae praefuerunt, ſucceſſionem, hoc fere ordine Chronographi noſtrates ponunt, ut Carolo huic Magno, primo illius Regni Imperatori Romano, filius Ludovicus Pius, Pio, Lotharius filius, huic, Ludovicus filius, huic, Calvus, poſtea Ludovicus Calvi filius Junior dictus, atque huic proxime Carolus Groſſus filius, Groſſo vero, Arnulphus, qui Groſſi ex Carolomanno fratre nepos fuit, Arnoldus à Monachis dictus, ſucceſſerit. Reliquit & Arnulphus filium Ludovicum, qui & ipſe in Imperio patri ſucceſſit, Carolingorum, ut creditur, poſtremus. Inde enim rebus Francicis collabefactatis, inclinare imperium in Germanos transrhenanos coepit, circiter annum Domini DCCCCX. amplisſimum ſine controverſia futurum, niſi Franci ſeſe ipſos mutuis odiis praeliisque inteſtinis profligaſſent. Integrum enim & ſolus quidem Imperium à Carolo Patre Ludovicus acceperat, ſed hoc rebus humanis exemto, filii immodica regnandi cupiditate accenſi, ita ſunt funeſtisſimo praelio commiſſi & attriti, ut Regni vires non tam inter ſe diviſiſſe, quam perdidiſſe viſi ſint, id quod multis Regnis, & ipſi imprimis Romano Imperio, exitiale fuit. Porro Ludovici filii ex Irmingarda priore conjuge nati, fuere, Lotharius, Ludovicus & Pipinus, ex Juditha autem Guelpha poſteriore, Carolus cognomento Calvus, quorum Lotharius, Patre etiamnum vivo, quum Italiae praeeſſet, à Paſchali Pontifice unctus & coronatus, ac mox à Patre in Imperii conſortium aſcitus eſt. Cum illo poſtea in pugna ad Fontanetum victo (ſolus enim Regnum paternum ſibi vindicaverat) Carolus & Ludovicus Regnum diviſerunt, eo pacto inito, ut Romanam Franciam Carolus, Teutonicam Ludovicus, internam & meridianam partem cum Italiae Regno Lotharius, retento Imperatoris nomine, gubernaret. Eſt haec Fontanetica pugna omnium ore celebratiſſima, de cujus tempore notatur in veteri Schobingeri membrana VII. KL. JUL. FER. VII. HORA DIEI *quaſi* SECUNDA, *factum eſt ſamoſisſimum praelium in pago Antisſiodoro, juxta villam quae Fontis nuncupatur, quae diſtat à Civitate Antisſiodoro miliaria VIII. inter tres fratres, videlicet Lotharium & Ludovicum, atque Carolum Reges, ſed victoria ad Hludovicum & Carolum, qui ſimul erant, Domino opitulante converſa eſt. Eodem anno III. Id. Maji Duces Hlotharii cum Hludovico Rege pugnam committere volentes, antequam ad punctum lancearum pervenisſent, timore exterriti refugerunt, ac per hoc innumerabiles in eadem fuga exſtincti ſunt.* Horum trium frater Pipinus Aquitaniae Rex, vivo dum Patre, conſtitutus eſt. Neque quisquam horum ſine prole & haerede deceſſit, tantumque venerationis apud Urbis Pontifices Francicum nomen illo tempore habebat, ob Caroli videlicet & Ludovici memoriam, ut quosvis partium illarum Reges Romam profectos, proni & volentes Caeſares crearent atque ungerent. Lotharius Lotharii filius genuit Juniorem, à quo Lotharingiae quidam datum nomen autumant, quamvis Otto Friſing. à Seniori vocatum ſcribat, & Auctor Genealogiae B. Arnulphi. Praeterea Carolum Provinciae Galliae Principem (hanc enim à patre adminiſtrandam ſuſceperat, ut Otto tradit, & Urſpergenſis etiam meminit) & Ludovicum, qui Patri Imperio defungenti, ſucceſſit, & Italiae Regnum tenuit. Pater enim imperio, quod annis plus minus quindecim geſſerat, abdicato, in monaſtico habitu apud Prumiam coenobium conſenuit. Lotharius Junior à Nicolao Pontifice excommunicatus, quod Thieburgam (ut Otto tradunt & Urſpergenſis aliique) uxorem ſuam inique repudiaſſet, Placentia mortuus eſt, ſed imo potius, quod ſine ejus conſilio Epiſcoporum Germanorum auctoritate eam honeſto comitio repudiaſſet, ut manifeſto claret ex Pontificis Epiſtola ad Synodum Metenſ. apud Pithaeum p. 65. & ſeqq. Pipinus autem & ipſe Ludovici Pii filius cognominem filium genuit Pipinum Aquitanici Regni haeredem, quem Calvus poſtea Epiſcoporum quorundam conſilio tonderi, & apud Sues-

siones in monasterio S. Medardi vitam agere jussit. Idem Carolus Calvus, quanquam minimus natu inter Pii filios, tamen à Patre vivo Rhaetiam, Alamanniamque & bonam Burgundiae partem, vix dum pueritiam egressus, suscepit. Inde patre mortuo, Galliam interiorem eo divisionis pacto & conditione, quam supra memoravimus, sortitus est, & eam sane multis annis administravit. Ludovici demum morte audita, qui Lothario patri successerat fortissimo cum exercitu Italiam ingressus, Romae ab Johanne VIII. Imperiali corona redimitus & unctus est, anno Domini DCCCLXXV. Tertio deinde anno ex Italia proficiscens, in ipsis Alpium jugis veneno ab Ludovici Junioris filiis, per Judaeum quendam Zedechiam subornato, exstinctus est, anno Domini DCCCLXXVIII. ut sentiunt Otto, Urspergens. Regino, Sigebert. &c. Nocuisse ei immodicam arrogantiam creditur, quae multo saepius invidiam vel potentissimis Monarchis nimis conflavit. Dolendum autem, ita Francos Francis invisos fuisse, ut eo modo Regni sui majestatem premere & adfligere libuerit. Calvus igitur Filium reliquit Ludovicum (nam de Carolo & Carolomanno, quorum Regino meminit, nihil dicemus) qui Balbus cognominatus, qui & ipse Patri successit, duobus itidem filiis relictis, Ludovico scilicet, qui haud multis annis vixit, & Carolo, qui puer admodum Patrem amisit, plerisque postmodum *simplex* dictus, nonnullis etiam *insipiens* & *minor*. Hic fratre mortuo, paternum Regnum factionibus plenum aegre adeptus demum, atque insidiis Heriberti interceptus, & quinquennali custodia detentus, ex humanis excessit, infante Ludovico relicto, cui ex Heinrici I. ejus nominis Imperatoris filia, Lotharius filius genitus est, quem Patri in regnum successisse, & filium nomine Ludovicum, ut post se regnaret, Regem constituisse, Glaber, Urspergens. & alii tradunt; qui Ludovicus ab uxore divorsus, mortuus est improlis, & Calvi lineae finem dedit. Atque hactenus quidem de Calvi linea, nunc de Ludovici (quem alii Juniorem, quod Ludovici Pii filius, alii Seniorem, quia Ludovici III. pater, vel propter Lotharii filium Ludovicum, qui nepos ejus fuit, nominarunt) item Lotharii, & Calvi fratris prole, quae in nostrate h. e. in Orientali Francia regnavit, quam paucissimis potest, exequemur. Ludovico trigesimo sexto Regni sui anno defuncto, liberi superstites fuere Ludovicus, Carolus & Carolomannus, quorum Ludovicus Orientalium Rex, Carolomanno brevi mortuo Bajoariam recepit, vulgo Bajoariorum & Alamannorum Rex dictus. Carolus autem & ipse in Alamannia regnans, patruo suo Carolo Calvo Imperatore venenis sublato, superatis ingenti cum exercitu alpibus, Romam comitante uxore contendit, & à Johanne VIII. qui & Calvum unxerat, una pariter cum Richarda conjuge unctus & Imperator adpellatus est, anno Domini DCCCLXXXI. Florenti dein & amplo imperio evectus, partium cum orientalium, tum occiduarum regni Francici potitur, qui post mortem patris distributo inter fratres regno, solam Alamanniam cum aliquibus Lotharingiae Urbibus, quas ob vini copiam sibi delegerat, recepisset. Grossus autem, seu Crassus à corporis habitu (quomodo mihi persuadeo) cognominatus est, qui cum fratribus regnavit annis compluscul is; inde adeo factum arbitror, ut quidam Chronographi, quos inter & Lambertus Schaffnabrugensis, Ludovicum III. secundo Ludovico patri substituerint, regnavit etenim tertius quoque Ludovicus solus per Orientem, sed cum Carolo tamen & Carolomanno aliquamdiu. Sexto vero Imperii florentissimi anno Crassus subitaneo morbo correptus, nec tam corpore quam animo deficiens, à regno dejectus, & ejus in locum Arnolphus Crassi ex fratre nepos, licet illegitimus, (sunt vero, qui legitimum Carolomanni filium fuisse contendunt) in Regem electus, nec multo postea Imperator appellatus est. Carolus autem eodem anno, quo regno

est

est privatus (mentitur enim Johan. Asser. p. 531.) Kal. Januarii mortuus, & apud Augiam majorem sepultus est, anno Domini DCCCLXXXVIII. Princeps optimus, sed prodigus magis atque liberalis, praeterea & luxui & inerti otio deditus, literatorum tamen amantissimus, & qui religioni addictis nihil non concesserit, donavit enim quaedam & nostro Monasterio S. Galli, patrem videlicet imitatus, qui prior nonnulla donaverat. Horum namque Principum propemodum solorum liberalitatem Monachi S. Galli sensere, cum priores perpauca in ipsos manu fuissent. vide Adam. Brem. p. 30. Scribunt Regino, Otho Frising. Mar. Scotus, Sigebertus & alii, eum non modo ad inopiam mentis & sanitatis, sed & necessarii victus tantam ad egestatem pervenisse, ut vel paucis egens Arnulphi stipendiis fuerit altus. *Miseranda rerum facies, videre Imperatorum opulentissimum, non solum fortunae ornamentis destitutum, verum etiam humanae opis egentem*, exclamat Regino Prumiensis. Non praetereundum hoc loco, Carolum Crassum postremum Imperatorem Franciae, Italiae Regnum, nullo dum Rege altero, quiete administrasse, nam sub ejus mortem Romani Caroli Calvi fastu & arrogantia territi (quem & Tyranni nomine insigniunt quidam Chronologi) Berengarium Langobardum laudatissimum in re militari Virum Regem Italiae, & mox Imperatorem constituerunt, qui moriens Berengarium II. atque item III. ejus nominis successores habuit. Verum enim vero Otto primus hunc, à Pontifice Paschali Imperator salutatus, cui suspecta esse Berengarii potentia coepit, primum devicit, deinde rebellionem meditantem penitus oppressit, & una simul cum conjuge in exilium relegavit. Arnulphus Caroli Crassi, ut paulo ante narravi, nepos sexto anno post Regnum acceptum Imperator factus, ut Sigebertus tradidit; (nam *cum nullus jam superesset de genere Carolorum, Principes Teutoniae hunc Arnulphum Imperatorem fecerunt*, ut habent verba Sifridi Presbyteri Epit. lib. 1.) Eo honore caetero sexennio functus est, rerum gestarum gloria insignis. Filios duos habuit Zvvendebaldum (quem alii Zundibaldum, Zundibolchum indigetant alii, Siffridus male Gundoboldum, in Geneal B. Arnulphi Centeboldus, & Abbone) à Rege Maranorum seu Sclavorum Marahensium, ut Reginoni placuit, qui sacro de fonte ipsum levaverat, sic nominatum, cui in Comitiis Wormatiae habitis consensu Principum Lotharii regnum tradidit, & praeterea Ludovicum, qui Patri in imperio successit. Tametsi non desint, qui Zuuendebaldum illegitimum Arnolphi filium esse dictitent. Filios autem legitimos ex Agneta priore conjuge Graeca habuit Arnolphum cognomento *Malum* Bajoariorum Regem, cujus Witichindus lib. 1. mentionem facit, & Wernherum Surensium Comitem; de posteriori vero conjuge Daeta Ludovicum hunc nostrum, & Chunradum, cui post mortem Zuuentebaldi (qui cum fratri Ludovico legitime electo sese opponeret, publico bello oppressus & enecatus est) Lotharii Regnum obtigit. Plurimum negotii Arnulpho cum Berengario I. cumque Hunis fuit, qui tum primitus loca Hungariae finitima, & ipsam item Germaniam hostilibus incursionibus infestare occoeperunt. Arnulpho ex elephantiasi (Sigebertus & Compilator Chronolog. à Pistorio Nidano editus, à vermibus seu pediculis eum scribunt, devoratum) mortuo, vid. Scholiast. Adam. Brem. ad p. 33. n. 10. & Ratisbonae ad S. Emeranum (Regino ait in Odingis, ubi Pater ejus est humatus) sepulto, Ludovicus filius successit. Is antequam imperatorio nomine insigniretur, duodecimo Regni anno sine haerede moritur, anno Domini DCCCCXII. & Ratisbonae ad patrem sepultus. Hunc mendaciter quidam à Berengario captum & orbatum luminibus tradidere, quod ipsum tamen Ludovico Bosonis Regis Longobardorum filio accidisse, Luitprandus Ticinens. Regino Prumiens. Marianus Scotus, Sigebert. Gemblac. & alii contestantur.

tur. Postremus autem Carolingorum Germanici Regni fuit Ludovicus Arnolphi filius, (negant alii) *in isto enim Carolingorum Reges & Imperatores defecerunt*, ait Siffrid. Presbyt. lib. 1. statim enim Cunradi & Henrici ex transrhenanis, Danubianisque regionibus electi, insecuti sunt. Atque hactenus quidem de Ludovici Pii filiis ejusque posteris dictum sit, qui amplissimum Francorum Regnum, eo modo, quo recensitum est, divisum ita administrarunt, ut ad usque ejus occasum & interitum nemo postea solus tale unquam tenuerit, quale ipsum Ludovicus Pius à Carolo Parente acceperat; ipsaque functio Imperatoria nullo certo ordine, sed velut desultoria, jam his jam illis obtigerit. Certo autem constat, Regnum illud nobilissimum Francorum nunquam aut potentius fuisse, aut illustrius magis, quam quando ipsum Ludovicus administravit.

Sed in eo plus suspitionis q. p. f.] MS. *sed in eo plus suspecti*, quam inflexionem amavit Einhardus. Sic infra *latum* pro latitudine dixit: *& ejus quae à Francis colitur duplum in lato habere putatur*, quem & ipsum locum ex libro antiquo restitui & Adamo; ut & hunc apud eundem: *Armis & venatibus exerceri fecit* pro venationibus.

Italiam fuga peteret] MS. *cum uxor ejus & filii, cum quibusdam, qui ex optimatum ejus numero primores erant, Italiam fuga petiit, &* ——— *contulit.* Notum est omnibus, figura hac enallagica frequentissimos esse hujus aetatis Scriptores; sic infra: *poterat siquidem citius finiri, si Saxonum hoc perfidia pateretur.*

CAPUT V. *Et licet eum frater promisso frustrasset auxilio*] De consilio videlicet consiliariorum suorum & Principum Regni, sic enim scribit Aimoin. lib. IV. c. 68. *Sed cum fratris auxilium habere non posset, qui Procerum suorum pravo consilio, ne id faceret, impediebatur, colloquio tantummodo cum eo habito in loco, qui Duas dives vocatur, fratre in Regnum suum remeante, ipse in Egolismam Civitatem Aquitaniae proficiscitur.* &c. Eadem in Pipini Annal. & Caroli M.

Quod ni festinato faciat] Plin. Nat. Hist. lib. XVIII. c. 10. *quod nisi festinato peragatur, lurido colore macescere.* Einhardus infra: *nisi festinata morte fuisset praeventus*, & ibidem: *propter festinatum illius decessum.* Vett. Editt. *quod nisi festine faciat.*

Sed etiam seipsum cum provincia, cui praerat, ejus potestati permisit] Sic infra: *sed nec ille pertinaciter agere, vel sibi vel genti utile ratus, supplex se Regi permisit.* Curtius lib. III. *Sexaginta dierum inducias pacti, ut nisi intra eos auxilium Darius ipsis misisset, dederent Urbem, postquam nihil inde praesidii mittebatur, ad praestitutum diem permisere se Regi.* Loquitur eodem pacto Caesar, Livius, Suetonius. Imperiti cum nequirent verbi elegantiam comprehendere, illeic in *submisit*, in *subjecit*, heic mutarunt.

CAPUT VI. *In quem spes omnium inclinatae videbantur*] Aimoin. lib. IV. c. 70. *In quo Longobardi multum spei habere videbantur.* Mar. Scot. lib. III. *in quem omnes spem inclinabant.*

Hruodgausum Forojuliani Ducatus Praefectum] Ducatus tunc temporis dignitati XII. accedebant Comitatus. In Aimoini supplem. lib. IV. c. 61. de Ducatu Bajoariae: *Tassilonem in Ducatum restituit, domumque reversus, Grisonem more Ducum XII. comitatibus donavit.* Et de hoc ipso Forojulienſi Ducatu lib. V. c. 11. *Itidem Baldrico Duci Forojulienſi, dum objiceretur, & probatum esset, ejus ignavia & incuria vastatam à Bulgaris regionem nostram, pulsus est Ducatu, & inter quatuor Comitatus est ejusdem potestas dissecta.* Ubi manifesta veritas, legendum esse dispesis vocibus *in ter quatuor*, qui numerus multiplicatus efficit duodenarium. Quam emendationem multo post, quam à me observatum est tempore, cum haec ipsa exscribo, ab Antonio Oiselo vidi & P. Pithoeo publicatam, quibus lubenti animo nunc rescribo. Sed non observarunt illum lib. IV. c. 116. locum, quem similiter adscribam.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [243] - 188
PUBLIC DOMAIN

bam ut castigetur: *Similiter & Baldericus Dux Forojulienſis, cum propter ejus ignaviam Bulgarorum exercitus terminos Pannoniae ſuperioris impune vaſtaſſet, honoribus quos habebat, privatus, & marcha, quam ſolus tenebat, inter quatuor Comites diviſa eſt.* ubi itidem legendum: *in ter quatuor comitatus.* Comitatus vero ſub ſe Centurionatus habuit & Baronatus, de quorum certo tamen numero nihil dum traditum obſervavi. Sed & Duces & Comites illa aetate non ſui juris, verum Regum & Impp. officiarii ac veluti miniſtri erant. De Comitibus quidem certum eſt ex Caroli M. hiſtoriis. Ea dignitas proprie militaris erat, ut patet ex l. XII. C. tit. 13. de Comit. & Archiatr. & eſt in Gloſſis Graeco-Latinis Οἰκέτης, ὑπηρέτης στρατιώτης, *Gravius.* Iidem vel emeriti (unde & nomen tractum, Gravius enim Germanis vetulum, canum ſignificat) vel ſubſequenti (ut adſolet) aetate, tempore quoque pacis populo praeponebantur ad jus dicendum, ut paſſim videre eſt apud Anſegiſum & Benedict. Levitam. In lege Ripuariorum c. 55. & 90. *Si quis Judicem fiscalem, quem Comitem vocant interfecerit.* Et in Gundobadi Regis praefatione Legis Burgundionum: *Sciant itaque Optimates, Comites, Conſiliarii, Domeſtici & Majores-Domus noſtri & Cancellarii, & Burgundiones quoque & Romani, Civitatum aut pagorum Comites vel Judices deputati.* Cum quo eundem eſſe Gravionem Paulus Warnefridus atteſtatur lib. V. Hiſt. Langob. & ex vetuſtis legibus nemo neſcire poteſt. Hujus vicarii erant Centenarii vel Centgravii, qui ferme Nobiles à Comitibus conſtituti, & à numero ut videtur adpellati, certis de generibus cauſarum fere civilium cognoſcebant, quemadmodum ex Caroli & Ludovici legibus patet apud Anſegiſum & Benedict. Levitam, & vetuſtis, Bajoariorum, Thuringorum atque Weſtfalorum legibus. Hos & *Centuriones* interdum appellatos puto, colligo id ex charta veteri Notkeri Monachi S. Galli ſcripta ſub annum XXXIII. Regni Ludovici Junioris: *Actum in ipſo monaſterio praeſentibus, quorum hic ſigna continentur: Sign. Engilramni Hoſpitarii. Sign. Hartarii Centurionis, & aliorum teſtium &c.* Barones fuiſſe videntur probatiſſimae & conſtantiſſimae fidei homines, in maximis graviſſimisque controverſiis arbitrandis adhibiti. Nec difficile foret dictis fidem ex antiquis legibus facere, ſcribit enim Britto in Synonym. *Baro Baronis gravis & authenticus eſt Vir,* nam βαρὺς graece, *grave* dicitur eſſe latine; quam & ipſam vocem militarem eſſe, Hirtius oſtendit, & Phurnutus docuit. In vetuſtis vero chartis nuſpiam id nominis, quod quidem ego obſervaverim, exſtat. Perpetua Comitum mentio, rara Ducum, ut in illa: *Ego itaque Wato Diaconus rogatus ſcripſi & ſubſcripſi. Notavi diem Jovis in* VIII. *Id. Octobr. regnante Domino Ludovico Rege Alamannorum & Bajoariorum, ſub Chunrado Duce nobiliſſimo feliciter. Amen.* Eſt haec charta ſcripta S. Galli in Alamannia. Non eſt id obſcurum, Alamanniam noſtram pro gentis claritate & fortitudine praeſtantes Duces ferme habuiſſe, qui, poſteaquam collapſae Francorum res fuerant, (quod & alii imitati) ſui juris facti, potentiſſimum illum Sueviae Ducatum ſunt auſpicati, qui multis ſaeculis, nec magnitudine, nec opibus, nec virtute ullum ſuperiorem habuit (ut Regnorum inſtabiles ſunt vices) ita exſtinctus & abſorptus, ut ne nomen quidem memorabile exiſtat.

CAPUT VII. *Quia Saxones & natura feroces, & cultui Daemonum dediti.*] Erphesfordienſis Monachus de Landgraviis Thuringiae c. 1. *Alii vero homines de ejusdem ſemine Japhet, qui inceperunt habitare in Inſulis Britanniae, Angliae & Friſiae, & quia gens indomita & fera & litigioſa, & multum robuſta erat, & ideo vocati ſunt Saxones, qui elegerunt ſibi Regem, & dicebatur Rex Saxonum.* Salvian. de gubernat. lib. IV. *Ut de paganis, quia prior illorum error eſt, prius dicam, Gens Saxonum fera eſt, Francorum infidelis, Gepidarum inhumana, Hunorum impudica.*

Similia de Saxonibus Sidon. Apollin. scribit. Hujus feritatis exemplum Sigeb. Gemblac. refert in Chronographia. *Missō autem exercitu à Rege contra Henricum, tanta caede Saxones debachati sunt in eos, ut à mimis declamaretur, ubinam tantus ille esset infernus, qui tantam caesorum multitudinem capere posset.*

Sicut omnes fere Germaniam incolentes nationes] De Francis exertim Isidorus Origin. lib. IX. c. 2. *Franci à quodam proprio Duce vocari putantur. Alii eos à feritate morum nuncupatos existimant; sunt enim in illis mores inconditi, naturalisque ferocitas animorum.* Aimoin. lib. 1. c. 1. *Imperator virtutem gentis, audaciamque admiratus, Attica lingua Francos id est. feroces nuncupavit.* Adam. p. 10. Monach. Erphesford. d. libro: *Alii vero homines de ejusdem Japhet semine, qui inceperunt habitare, & victum suum quaerere circa Rhenum, & ultra usque ad mare occidentale; & quia Franci i. e. feroces erant ad rebellandum, vocati sunt ab aliis vicinis eorum Franci i. e. feroces, & sibi elegerunt Regem, qui nominabatur Rex Francorum.* Robert. Abbas de Monte Append. ad Sigebert. *Et Franci, qui à ferocitate teste Valentiniano Romanorum Imperatore, vocati sunt.*

Si Saxonum hoc perfidia pateretur.] De perfidia Saxonum miseris & pene nimiis modis Historici conqueruntur Carolini. In Annal. Pipini Caroli I. supplemento Aimoini lib. IV. c. 70. *Consilium iniit, ut perfidam ac foederifragam Saxonum gentem bello aggrederetur.* Regino lib. II. *Audiens vero, quod Saxones secundum consuetudinem suam promissionem, quam de observanda Christianitate & fidelitate Regis tenenda fecerant, irritam fecissent, cum exercitu Saxoniam intravit.* Aimoin. lib. IV. c. 77. *Intrans Abbinam Saxonum regionem primo eis per Saxones, ut omissa perfidia ad suam fidem venire non ambigerent, suadere coepit.* Vid. Adon. p. 22. Galfrid. fol. 99. Rein. 6. 10. 12. 36. Pithoeum 4. an. 754. p. 6. & 9. 10. 362. Adam. p. 12.

Qui utrasque ripas Albiae flum. incolebant] In supplemento Aimoinilib. 4. c. 92. & qui inde descripsit, apud Reginonem l. II. scribitur: *Eos tantum esse translatos, qui ultra Albim habitabant.* Sic enim utrimque legitur: *In Saxoniam ducto exercitu omnes qui trans Albiam & Vuihmuodi* (Vett. Editt. & in *Vuihmuod*, Regino: *Albiam in Wihmodi*) *habitabant, Saxones cum mulieribus & infantibus transtulit in Franciam, & pagos Trans-Albianos Abodritis* (Regino Abroditis) *dedit.* Et Sigeb. Gemblac. *Carolus Imperator omnes Saxones trans Albiam morantes in Franciam transtulit, pagosque eorum Abodritis dedit.* Et Lamb. Schafnabrug. *Et Saxones transalbiani translati sunt in Franciam.* Itaque vel invito veteri chirographo heic reponam: *qui ultra ripas A.s. incol.* Sane quod prius mihi in mentem venerat, ut rescribillarem: *qui ultras ripas A fl.* nimis antiquarium est, & nostro scriptore alienum, nec magis placet: *alteras ripas*, cum illa, quam ex V. codicis ductu reposui, usitata & probissima sit.

Cum uxoribus & liberis] Mar. Scotus: *cum uxoribus & parvulis.* Annal. Caroli & Regino: *cum mulieribus & Infantibus.* Vox infantum generalis est, & liberos, i. e. filios filiasve cujusve aetatis significat, ut in *l. uxorem* 41. §. *ult. D. de legat.* 3. *in l. cum vero* §. *cum quid. D. de fid. comm. libert. in l. servum. D. Rem pupilli salvam fore.*

CAPUT VIII. *In loco Theodmalli*] Regin. *Thietmalli*, in Annal. Caroli *Theotinelli.* Vett. Editt. *Thietmelli.*

Quae alubi erant agenda] Philoxen. Glosf. *Aliubi* ἀλλαχῆ. Plinius, cujus Einhardus studiosissimus fuit: *Nec usquam aliubi candidae nascuntur.*

In diversa disperguntur] In Aimoin. supplem. lib. 4. c. 72. *Hostis propter notitiam locorum statim in diversa dilapsus est.* Lupus Ferrar. Ep. 110. ad Hildvinum: *& vicinia saltuum recepti, sic diversi disfugere.*

CAPUT IX. *Et Hrvodlandus Britannici limitis praefectus*] Contra morem & institutum

ſtitutum meum hic admonendus es, me hanc lectionem de ſcripto libro aſſeruiſſe. Praefectus limitis eſt, quem vulgo Marchionem vel Marchgravium voce germanica indigetant, Germani enim *March* limitem adpellamus. In ſupplem. Aimoini lib. IV. c. 109. *Simili modo de Marcha Hiſpana conſtitutum, & hoc illius* LIMITIS PRAEFECTIS *imperatur.* Et cap. 106. *Cadolachum Comitem & marchae Forojulienſis praefectum crudelitatis atque inſolentiae accuſare conabatur.* Regino lib. II. *Wido Comes, qui Marcam contra Britones tenebat, cum ſociis Britanniam ingreſſus, totam quam perluſtrans in deditionem recepit.* Aimoin. lib. V. cap. 2. *Relictis tantum Marchionibus, qui fines Regni tuentes, omnes ſi forte ingruerent, hoſtium arcerent incurſus.* Franci enim Romanos imitati, extremis devictarum gentium finibus illuſtres & rei militaris peritos viros imponebant, ad coercendas ut dictum, finitimorum incurſiones, qui & inde nomen ſortiti. Aimoin. lib. IV. c. 105. *Nuntiataque deſectione Abodritorum & Sclaemiri, comitibus tantum, qui juxta Albim in praeſidio reſidere ſolebant, ut terminos ſibi commiſſos tuerentur, per legatum mandavit.* In Annal. Monaſt. S. Galli fit mentio Keronis Comitis Saxonici, & Marchionis ab Ottone I. contra Sclavos miſſi ad tuendum extremum Regni Francici limitem. Sclavi autem, (ut hic obiter moneam) ab ortu & meridie Saxones attingebant, ab ortu quidem Poloni, & conjunctim à quibusdam Sclavo-Poloni poſtea dicti, à meridie vero Bojohemi, ut conſtare inde poſſit, Keronem illum familiae Marchionum Brandenburgenſium fuiſſe, qui ab ortu Solis Polonos, à meridie Bojohemos finitimos habent. Verum ad rem. Obertus de Orto Feudor. lib. II. tit. 10. *Qui à principe de Ducatu aliquo inveſtitus eſt, Dux ſolito more vocatur, qui vero de Marchia, Marchio dicitur.* Dicitur autem Marchia, quia Marcha, & ut plurimum juxta mare ſit, quod etymon ut ineptum, recte rejecit Jac. Cujacius, & in errorem induxit Einhardi Editores.

CAPUT X. *Obſidatus gratia retento*] Ita Vet. Cod. & Aimoin. lib. IV. c. 78. Paulo aliter haec geſta recitat Regino lib. II. Verbo *Obſidatus* utitur etiam Aimoinus.

In Sanctorum veneratione locorum] Jam tum ſuperſtitio in Eccleſiam irrepſerat ad S. corpora adorandi & martyria, quae paulatim ita crevit, ut parum à gentilitate abfuerint Chriſtiani, miſerae interim plebi illudentibus Sacerdotibus & monachis. Ut caetera omittam, de S. Gallo tamen tutelari Divo noſtro, quem adpellant, ſilere minime poſſum. In omnibus vetuſtis chartis, cum Monaſterii S. Galli fit mentio, additur, quod in eo ipſo corpore ſuo requieſcat, tanto adſeverationis ſtudio & contentione, ut videri queat, jam olim antiquitus dubitatum de ea re fuiſſe. Nam Fuldae dormire S. Gallum, Vincentius Beluacenſis adfirmat. Volaterranus autem in Gallia Boruuigii corpus ipſius quieſcere ſcribit. Apud Walahfrid. Vit. S. Galli legimus, fuiſſe, qui corpus ejus auferre conati fuerint, ſed fruſtra, Boſone Epiſcopo Conſtantienſi poſtea violatum ſepulchrum redintegrante, à quo Gallus inter Divos relatus ſit, & (ut ipſorum verbo utar) *canonizatus eſt.* Hepidanus in Vita Wiporadae lib. I. cap. 34. ſcribit ab Hungaris Alamanniam vaſtantibus in Baſilicis monaſterii piras fuiſſe accenſas, altaria incenſa, Sanctorum reliquias ignibus traditas &c. Confirmat Ekkehardus quoque de Caſibus Monaſterii S. Galli, & ſi recte memini, Ratpertus de Orig. ejusdem. Quid Patrum memoriae Vadiano Conſule S. Galli ſepulchrum aperiente, in eo repertum ſit, exhorreſco dicere, & quam veriſime in ſuis Chronicis enarravit Johan. Stumphius, nimirum ipſius Vadiani relata, cujus verba ipſius manu perſcripta lib. II. Antiquit. apud Schobingerum poſt ibi vidimus.

CAPUT XI. *Taſſilo poſtmodum ad Regem evocatus, neque redire permiſſus*] Evocatus in conventum ſcilicet generalem, quem Carolus habuit in Ingelheim, ubi Majeſtatis convictus, cum morti adjudicatus

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [246] - 191
PUBLIC DOMAIN

tus esset, à Carolo liberatur, & cum filio Theodone detonsus in monasterium mittitur, Ducatu ejus inter XII. Comites distributo, ut supra docuimus.

CAPUT XII. *Sclavis, qui nostra consuetudine Vuilsi, proprie vero i. e. sua lingua Vuelatabi dicuntur*] Aimoin. lib. IV. c. 81. *Natio quaedam Sclavorum est in Germania, sedens super littus Oceani, quae propria lingua Vuelatabi, Francica autem Vuilzi vocatur.* Regino lib. II. *Ex Saxonia progressus Sclavorum fines intravit, & Sclavos vocabulo Vuilzi suo dominio subjugavit.* Apud Lambert. Schafnabrug. in Hist. German. A. D. 788. legendum est. *Carolus subegit gentem Vuilsorum*, ubi male vulgo *Wilfforum*. Hic Scythicae originis populus in aliquot gentes se divisit, Polonos, qui & Sclavo-Poloni, Boemos, Moravos & Sorabos. De Sorabis emendandus Ado Viennens. in Chron. *Habebat autem jam Sclavos, quorum vocabula sunt Suurbi, nec non & Abotriti, horum princeps erat Vuilzan.* lege *Surabi* pro *Suurbi*. Regino lib. II. *Carolum filium in terra Sclavorum, quae dicitur Sorabi, super Albiam fluvium cum exercitu misit.* Aimoin. lib. IV. c. 74. *Interea Regi nuntiatum est, quod Sorabi, qui campos inter Albiam & Salam interjacentes incolunt, in fines Toringorum ac Saxonum, qui eis erant contermini, praedandi causa fuissent ingressi.* Et lib. IV. c. 110. *Liudevvitus ad Sorabos (quae natio magnam Dalmatiae partem obtinere dicitur) fugiendo se contulit.* Eorum terminos plurimis describit Rutuuicus in Chron. Saxonicis, eosque vult adpellatos, quos Cornelius parva literarum mutatione *Suardones* vocat. Adeundus Paul. Langius in Chron. Citizens. De Bohemis Aimoin. lib. IV. c. 93. *Eodem anno misit exercitum suum cum filio suo Carolo in terram Sclavorum, qui vocantur Behemi.* Regino lib. II. ad an. DCCCV. *Eodem tempore misit Exercitum cum filio suo Carolo super Sclavos, qui vocantur Boemi, qui omnem terram eorum depopulantes, Ducem eorum, qui appellatur Lezo, occiderunt.* Adam. p. 27. fin. Sylvius cap. 2. De Polonia incertus compilator Chronologicus: *Ibi universis consentientibus in id ipsum, Poloniam & Boemiam, caeterasque Sclavorum, qui pagani erant, adjacentes regiones debellare disposuit.* De Moravis extra controversiam est eos à Sclavis oriundos. Sclavorum etiam pars illi fuere, qui Danubium transgressi justa Illyrici parte occupata, soli hodie nomen retinent.

Sua lingua Vuelatabi dicuntur] V. C. *sua locutione*, nec aliter supra locutus: *nisi forte, quod homo barbarus & in Romana* LOCUTIONE *perparum exercitatus.* &c.

CAPUT XIII. *Contra Avares sive Hunos*] Ex his compositio hodie nomine *Hungari* dicuntur, ut clarissimum est, vel de hoc tantum loco, ubi Bajoariis contermini, & Pannoniam narrantur inhabitare. Pannoniam de Scythia venientes invaserunt Huni, inde an. Domini CCCCXXVIII. Romani eos fugarunt, cum per quinquaginta eam tenuissent annos, ut ex Prospero Sigebertus scribit; & tandem anno Domini CCCCLVIII. victi à Vualamere Ostrogotho, in ultimas Scythiae partes refugere sunt compulsi, ut idem notat. Postea tamen regressi, Pannonia recuperata Regni sedem in ea configunt, & duravit ea usque ad tempora Caroli M. Herm. Contr. *Carolus Pannoniam Regnum Hunorum vastat.* Mar. Scotus lib. 3. *Carolus Avares subegit & Hunorum regnum vastat.* Hoc enim bello nomen fere ipsum cum Regno perdiderunt. Sigebert. *Huni regno suo diminuto* &c. *donec longo post tempore à Carolo M. victi cum ipso suo nomine disperiere.* Queis cum ea confer, quae scribit A. D. DCCCIV. Nam exinde nomen illorum mutatum est in Hungarorum.

In quo Regia Cagani erat] *Caganus* (ita enim MS.) quem Paulus Diaconus *Cacanum*, Aimoinus *Capcanum*, seu *Cachanum*, Regin. *Canizanci*, Sigebert. & Auctor Invectit. Episcopor. qui vixit anno 1100. *Chajanum* sive *Cajanum*, vel *Gajanum*. Fredegarius *Gaganum* vocitant, Hunica lingua *Rex* dicitur. Aimoinus l. V. cap. 5.

Ea

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [247] - 192
PUBLIC DOMAIN

Ea tempestate Rex Avarorum, quem sua lingua appellant Cachanum, cum Forojulianis Longobardis bello confligens &c. & cap. 93. *Et misit Caganus unum de Optimatibus suis, petens sibi honorem antiquum, quem Caganus apud Hunos habere solebat; cujus precibus Imperator praebuit adsensum, & summam totius Regni, juxta priscum eorum ritum Caganum habere praecepit.* Sigeb. A. Dom. DXX. *Abhinc Regnum Hunorum annotare cessabo, quia omnes illius gentis Reges Kaganos vocatos lego, & nullam distinguendi proprietatem invenio.* Hinc forsitan emendandus Regino lib. II. ubi legitur: *Venit autem legatio Pipini Regis ad Patrem in Saxoniam, quae dixit, Avares post interfectionem priorum Ducum super se constituisse Regem nomine Karam*, legendumque *nomine Kagani*, id est, quem *Kagani* nominant, quem idem ipse infra corruptius *Canizanci* appellat, ubi de Hunis loquitur. Modo autem dictum est, idem fuisse Hunorum & Avarorum Regnum. Fortasse an *Cagani* appellati sunt perpetuo quodam epitheto, quemadmodum Aegyptii olim Reges *Pharaones*, & postea *Ptolomaei*, ut ex Josepho videre est lib. VIII. Antiq. c. 2. & Amalechitarum Reges *Agagi* Num. 24. Abotritorum Reges *Wilzani*, & Judaeorum Reges *Davides*, ut Seb. Castalio notavit ad 3 Reg 12:16. Sic Damasci Reges *Adadi*, ut ad Nicolai Damasceni fragment. notavit Joseph. Scaliger. Sic Burgundionum Reges *Hendini* ab Ammiano lib. XXVIII. vocantur. Albanorum Reges *Sylvii*, à Sylvio Posthumo. Aeneae ex Lavinia filio & Ascanii fratre. Vid. Drus. Miscell. Part. 1. p. 57. & part. 2. p. 63. Romanorum Imperatores *Caesares*, Persarum Reges *Sophi*, Franciae Reges *Merovaei* primum, dein *Carolini*, *Carolingi*, *Carolides*, tandem *Capevingi* ab Hugone Capeto nuncupati sunt.

Et Geroldus Bajoariae Praefectus] De hoc accipiendum quod scribit Herm. Contr. in Chron. *Geroldus pientissimus Signifer Caroli in pugna occiditur ab Hunis.* Regino lib. II. *Per id tempus Geroldus, cum esset Bajoariae praefectus, commisso cum Avaribus praelio, interficitur, & in Augia sepelitur, de quo in Visione Wetini legitur, quod inter martyres sit annumeratus.* Eadem Sigeb. Gemblac. praeter quod *Gerardus* pravate posuit, item Ado Vienn. *Geraldus* pro Geroldus. In Visione Wettini, quam Heito Episcopus Basilienfis, qui ipsius Wettini in monasterio Augiensi confrater fuit, & quae penes me MS. de Schobingeri Bibliotheca adservatur, imo cap. 27. legitur. Verum Strabus Walafridus, qui eandem Visionem carmine consignavit, quod penes me ex eadem custoditur Bibliotheca, eam rem executus est. Cujus versus ne diutius desiderarentur, visum est adjicere, sic autem narrat:

Quin etiam quondam Comitem sacer ille Geroltum.
Angelus asserut requiem captasse beatam,
Martyribusque parem, quo gloria summa beatis
Civibus aeternae reddit dulcedinis haustum:
Et quoniam zelum Domini conceperat, inquit,
Gentibus infidis Christi defendere plebem,
Congrediens hujus sumsit dispendia vitae,
Aeternis ideo meruit fulgere trophaeis,
Munera perpetuae capiens ingentia vitae.
Hic Vir in hac Patria summa bonitate nitebat,
Moribus egregius, verax, mansuetus, honestus,
Cui Regina soror, Hludovici cara genetrix
Hildigardis erat, pari bonitate venusta.
Viribus ille potens, sanctoque potentior actu:
Defuerat soboles, pariterque & defuit haeres.
His igitur verbis sese compescere caepit:
Denegat haeredem Dominus, manet ipse superstes,
Quod dedit, accipiet, Mariae commendo beatae.
Sic votum factis sequitur, magis omnibus isti
Profuit ille loco, cujus nitet Augia donis.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [248] - 193
PUBLIC DOMAIN

Bella movet Carolus duros tum Caesar in Hunos,
Hoc cecidit bello, populo certante, Geroldus.
Tunc Dominum famuli lachrymis sumsere referti,
Hucque reportatum, tam longa per avia corpus
Insulanensis humus contexit in aede Mariae.

Exstat & in Vett. libr. Monasterii S. Galli Epitaphium ab eodem Strabo conscriptum:

EPITAPHIUM GEROLDI COMITIS.

Mole sub hac Magni servantur membra Geroldi,
Hujus jura loci, cunctis qui viribus auxit,
Pannoniis vera Ecclesiae pro pace peremtus,
Oppetiit saevo Septembribus ense Kalendis,
Sideribusque animam dedit, artus Saxo fidelis
Abstulit, huc retulit, dignoque hic clausit honore.

Ab hoc diversus est S. Geroldus Comes Aurilliacus, cujus historiam conscripsit Odo.

CAPUT XIV. *Boemannicum quoque & Linonicum*] Johan. Soterius in calce editionis suae, cum excusum esset, *Livonicum*, emendavit *Hilinonicum*. Populi enim illi *Hilinones*. Regino lib. 11. *Imperatoris filius Albiam ponte junxit, & exercitum, cui praeerat, in Hilinones & Smeldingos, qui & ipsi ad Gothefridum Regem defecerant, quanta potuit celeritate, transposuit.* Sigebertus: *Carolus in tres partes Regni sui tres exercitus misit, unum trans Albiam, qui Hilliones* (scribo *Hillinones*) *debellavit, unum in Pannoniam, qui reliquias Hunorum & Sclavos compressit, unum contra Britones, qui eorum perfidiam contudit, & ubique sibi victoria provenit.* Apud Plinium quoque Hilleviones vitiose scribitur, nec vero ex Tacito reponendum Suiones, quod Adriano Junio placuit. Vide Adon. p. 233. ubi legendum: *Smeldingorum.* Sedem eorum vide apud Adam. p. 47. *Linoges* Adamo p. 90. fin. Puto *Hilinones* esse, qui hodie *Pomerani*, imo enim sunt Adam. p. 49. & praeced. Mela p. 38. *Ultimi Germaniae Hermiones* (ultra mare scilicet.)

CAPUT XV. *Quae quidem Germaniae —— habere putatur*] Germaniam à Septemtrione venientem Veteres amnibus Danubio & Rheno terminabant, ab occasu quidem Rheno, à meridie Danubio. Pauci ad alpes usque extenderunt, quorum tamen auctoritate praeterita, veterum sententiam posterior traditio confirmavit. Migratione autem gentium Germanicarum trans Rhenum & Danubium factum est, ut & provinciae limitaneae & conterminae in nomen Germaniae transierint, & illa, quam supra memorati amnes includunt, vetus postea dicta sit. Quae quidem, quia postrema Romanorum armis patuit, neque unquam aut tota devicta est, aut diu, quatenus parebat, detenta, postrema etiam religionem Christianam amplexa est. Et Germanorum vero (narro constantissimum Veterum consensum, non Peutingeri convicia, nec moratus contortulas Bodini rationes) qui rupto limite amnes transierunt, (factum id anno CCCCL. vel ut Sigibertus vult CCCCLXXIV.) potissima pars Franci fuerunt, qui longius à ripis Galliam ingressi, quum devictarum gentium consuetudine cultiores paulo civilioresque facti essent, demum Remigio auctore ad fidem Christi conversi sunt, Clodovaeo illo Hilderici filio clarissimo Principe baptizato, cujus virtute Regnum illud à Francis Germanis in Gallia constitutum, quod annis ante se plus minus sexaginta duraverat, longe maxime inclaruit, & à successoribus ad Pyrenaeos montes usque extensum est. Hugo Floriacensis MS. lib. v. *A Rhodani fluvio usque ad Ligeris alveum, & item a Pyrenaeis montibus usque ad Oceanum, totum videlicet Alarici Regnum suo copulavit Regno.* Si vero, qui in Germania residere, hi sunt, quorum hic

hic comparatio instituitur, de quibus infra Einhardus: *Quae de Orientalium Francorum, Germanorum videlicet gente erat*, & apud B. Hieronymum in Vit. S. Hilarionis legitur: *Candidatus Constantii Imperatoris rutila coma & candore corporis indicans provinciam (inter Saxones quippe Alamannos gens ejus non tam lata, quam valida, apud Historicos Germania, nunc vero Francia vocatur)* &c. Post tempora vero Caroli M. Franciae nomen latissime coepit extendi, nam, ut more meo patriam proferam, non solum Tigurinum, S. Galli & Augiae, verum etiam Campidonense monasterium, quod in extima tamen Rhaetia est, à mediae aetatis Scriptoribus in Francia censebatur, Alamannia quippe jam pridem in jus & nomen Francorum transierat. Factum id arbitror, quod in Francorum Regno (ut superius executi sumus) etiam filiis Regni habenas Parentes ex parte commiserint, saepe etiam una fratres regnarent, plerumque autem diversis locis pater & filius Regno praeessent. Hoc cum ignorarent Monachi S. Galli, nescio quo locorum Franciam statuentes, & in illam S. Othmarum Abbatem (qui ad emersum Rheni ex Acronio lacu ad Venetum exulabat in Insula *Rhenistein*) mittentes remiserunt. Unus tamen non ignoravit Walahfridus Strabo Augiae Abbas, qui Gozberto regnante, Galli & Othmari Vitas tribus voluminibus complexus est. Francia ergo non illa modo vocata, quae hodie ad Moenum amnem celebris est, & quae Reginoni lib. II. videtur dici Francia superior, sed tractus etiam Helvetiae & Rhetiae primae fere totus, Franciae Orientalis nomine fuit comprehensus. Hujus partem Rheno imminentem *Austrasiam* vocabant in Chartis antiquis scribae Gallici, veluti *Ostrasiam* h. e. in Orientem versam, ut infra dicturi sumus. Sic & Ostro-Francos dictos veteribus in Chronicis legimus Francos Orientales & Teutonicos, quoniam germanica lingua maxime uterentur; interior seu potius inferior Francia interim *Romana*, quod in ea provinciali lingua uti non desivissent, quali hodie Gallo-Franci cognominati utuntur. Et Otho Frising. lib. VI. & ex eo Gothefrid. Viterb. Chron. part. 17. Franciae Orientali, quam & Teutonicum Regnum vocat, Bajoariam Sueviam, Saxoniam, Frisiam & Lotharingiam tribuit. Nec inani conjectura ducitur B. Rhenanus, *Westriam* aliquando dictam Franciae partem occiduam existimans, quae hodie corrupto vocabulo *Neustria*, à Luitprando lib. I. c. 6. *Romana Francia* adpellatur. Aimoin. lib. I. c. 5. *Has omnes provincias, dum Franci occupassent, in duas tantummodo partes dividentes, eam, quae septemtrionem versus tenditur, & inter Mosam & Rhenum est, Austriam; Illam vero quae à Mosa ad Ligerim pertingit, Neustriam vocaverunt*, ubi legendum est *Austrasiam*, sic enim idem ille lib IV. c. 57. *Primogenitum itaque filium suum Carlomannum nomine in Austrasiam, quae nunc Alemannia dicitur, atque Toringiam sublimavit.* Alamanniae itaque nomen, cui Francia successit, latissimum & amplissimum factum erat illis temporibus, omnes Germaniae, quam hodie vocitamus, populos complectens, cum olim distincti & vicini populi fuissent, ut Eustatius etiam in Dionys. Alexandr. Ὅτι τῆς Γερμανὲς, ὃις, οἱ Ἀλαμαιοὶ πρόσχωροι λευκὰ λέγει φῦλα. Sed de hoc Alamanniae nomine docte & pererudite Fr. Guillemannus disseruit in Antiq. Helvetiorum. Erphesford. Monachus Hist. Landgrav. Thuring. c. 6. ait. *Nota quod partes viciniores Italicis, sicut sunt Bavaria, Suevia, dictae fuerint ab Italicis primo Alemania, & homines dicebantur Alemanni. Nota secundum Orosium & Solinum, quod tunc temporis Germania & Alemania pro uno & eodem habebantur. Nam Ungaria dicebatur Pannonia, & ab Ungaria usque ad Rhenum dicebatur Germania vel Alemania, & ultra Rhenum Gallia* vid. Tillem. p. 164. Et quia occoepi de Franciae nomine, pergam perporro. In recentiorum Graecorum scriptis, Franci

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [250] - 195
PUBLIC DOMAIN

dicuntur Itali quoque & Siculi, eo quod Siciliae Regnum eis temporibus & pars Italiae à Francis tenebatur, quam interpretationem non pauci flagitant loci apud Zonaram, Nicetam Choniatem, Nicephorum Gregoram, Curopalatem & alios. De Franco-Italis est memorabilis locus apud Petrum de Vineis JC. Epist. 26. lib. VI. secundum Schobingeri MS. & apud Fridericum II. Imperat. Neapol. Constit. lib. 2. tit. 32.

Et oppositam in altera Danubii ripa Daciam] Vetus liber habet *& adpositam*, cujus lectionis probitati argumenta dicet Ptolom. lib. 2. c. 8. & Strabo lib. VII.

Boëmanni] Hi ut & Poloni tributarii postea Impp. permansere sub Ducibus, dum ad in gentilitate perstitere; nam hoc uterque populus Christianitati debet, quod ablegatis Ducibus Reges acceperint, primum enim Regem Poloni accepere Henrico V. imperante circiter annum Domini MLXXVII. Bohemanni vero sive Bohemi à Friderico I. cognomento Ahenobarbo. Tales sunt Imperiorum vices, nam contra Regna tunc fuisse constat, quae hodie non nisi Duces habent, ut amplissimum illud Burgundionum Regnum. Praeterea & Italorum, Togatae Galliae, quod Gothi, Longobardi & Franci, & ex Italia oriundi Berengarii multis seculis administrarunt, hodie in Ducatus distractum est, quorum magnam partem hodie Veneti tenent; de quibus in Schobingeri Bibliotheca repperi hoc incerti epigramma in membrana scriptum* Sed & Germaniae regiones aliquot Duces habent, & Marchgrafios, quae quondam veteri historia testante, Reges habuere, nisi iidem olim dicti sunt Reges, qui hodie Principes ac Duces, quod sane quam proxime ad veritatem alludere videtur Aimoin. lib. IV. c. 81. *Quem caeteri Sclavorum primores ac Reguli omnes secuti, se Regis ditioni subdiderunt.*

CAPUT XVI. *Quasi qui Imperium eis eripere voluisset*] Admodum familiaris illi seculo enallage, sed in plerisque libris immutata, Einhardus infra: *ut omnibus mirum videretur, quod nec ad iracundiam quidem ab eo provocari potuisset.* & ibidem: *tertia vero consueto Christianitatis more in usum pauperum fuisset erogata* Idem: *ut ex hoc majores illius partis divisiones fierent, & erogatio eleemosynae ad plures pervenire potuisset.* Item: *statuit, ut ab his, qui eos habere vellent, justo pretio fuissent redemti, pretiumque in pauperes erogatum.* Apud Arnobium vero lib. I. legendum. *Ipsa denique hiscere si animantia muta potissent*, ubi vulgo impressum est *potuissent*, ut nec opus sit Ursini emendatione in *possent.*

CAPUT XVII. *Inter quae praecipua fere non immerito videri possunt*] Ad quam faciem supra eadem particula usus est: *Inter quas fere praecipui sunt Vuelatabi, Sorabi, Abroditi, Boemanni.* Et Eucherius Lugd. Epist. ad Valerianum: *Imprudentissimum est, cum pro nobis fere multa Deus fecerit, nihil nosmetipsos fecisse pro nobis.* Nihil ergo sollicitandum vel MSS. auctoritate.

Moguntiaca Civitate.] Vet. Edit. à *Moguntiaco*, sic Mar. Scotus lib. 3. *Carolus pontem 500. passuum longitudinis trans Rhenum Moguntiaci construxit.* Isidorus in notatione Metropolium: *Metropolis Civitas Moguntiacus.* In Vett. Exceptis Schobingeri: *XII. KL. Jul. HLudovicus Imperator apud Moguntiacum obiit in Insula Hreni, quae est sita juxta palatium Ingilenheim, corpus vero ejus translatum est in urbem Metensem, & in Ecclesia S. Arnolfi Confessoris Christi sepultum, ubi & Hildigarda quondam Regina & mater ejus humata est.*

Cui vocabulum est Ingilenheim.] Ita optimus liber more & consuetudine illius seculi, quam usurpatam & ante Hieronymum observavi. Non sane continuo eliminandae hae voces, ut fieri amat, tanquam parum latine. Et hoc Einhardi non ingenio, sed aevo imputandum, cui sese accommodavit nonnunquam. Eadem vox restituenda est in Historia S. Pachomii, legendumque ex MSS. *Post haec Angelicam ammonitionem Pachomius edoctus, ad locum cui Tabenensis vocabulum est, sese contulit.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [251] - 196
PUBLIC DOMAIN

tulit. Verum ejus usum Varro tradit. lib. IX. & Corn. Fronto.

Tali munitione prohibuit] Quemadmodum supra: *ut ulterius Regem neque provocare, neque venienti resistere, nisi aliqua loci munitione defensi, auderent*. Lupus Ep. 110. ad Hilduinum: *praesertim cum sylvis tecti possunt advolare, nulla munitione, nulla hominum obstante frequentia*. Habet vero optimus ille codex *muratione*, sicut antiquus Scriptor Anglicus Asserius: *Cumque pagani muratione arcis muniti, bellum dare negarent, & Christianis frangere muros non suppetebat*.

CAPUT XVIII. *Mater quoque ejus Berthrada*] Bartholomaeus Schobinger. J. C. Vir qui haec & omnia, quae à me proficisci poterunt, liberali manu adserere potest, mihi attestatur, vidisse se nummos argenteos facie muliebri superioribus annis proxime Salodurum repertos, duabusque literis altrinsecus & ex adverso quidem notatos B. & A. quae *Berthradam Augustam* ut putat, innuebant; nam quanquam Bertrada ante indeptum à Carolo M. Imperium humanis excesserit, tamen hoc honoris ei amantissimus filius etiam mortuae tribuisse videtur, ut memoriam ejus Augusto nomine conseeraret. Taceo quod aliis proditum est, & Jacob Van Stall EQ. Auratus multis mihi confirmavit, Salodurensem Ecclesiam Bertradae liberalitate eximie ornatam atque donatam fuisse.

Decessit tandem post mortem Hildigardae] Mortua est Bertrada anno Domini DCCLXXXVII. anno vero Regni Caroli XVIIII. Hildigardis vero obiit anno Domini DCCLXXXIII. & Regni Caroli XV. Tres observavi Hildigardas, quas à quibusdam video confundi, Hildigardam Reginam Caroli M. uxorem, imo & Hildigardam Caroli M. filiam, Hildigardam Ludovici Pii filiam, & superioris Hildigardae neptem; Hildigardam Abbatissam, & denique Hiltigartam virginem clausstralem in coenobio S. Dyfibodi. Hildigarda neptis regiis possessionibus exuta atque privata, in monasterio puellarum apud Chemistem degit, & monasterium D. Virginis Mariae apud Tigurinos fundavit. De ea in vetustis Excerptis Schobingeri haec scripta reperi *X. Kl. JAN Hildigarda virgo Christi & Domini Hludovici Regis filia de hoc seculo migravit ad Christum, & humata est in Ecclesia S. Regulae & Felicis martyrum Christi in Castello Turego*. Epitaphium ei composuit Geroldus Monachus S. Galli, quod in eodem libro exstat, & in alio pervetusto Monasterii codice:

Hoc jacet in tumulo Christi dignissima virgo
Hildigarda nitens moribus egregiis.
Haec fuit eximii Hludovici filia Regis,
Mentem sponte suam voverat illa Deo;
Bis denos octo vitae compleverat annos
Migrans ad Sponsum Virgo beata suum.

Sequitur in eadem membrana:

Condidit hoc sanctum stabili fundamine templum
Cum genitore Pio Hludovico Principe terrae,
Hildigarda potens Christi charissima virgo.
Cui Deus aeternae concedat gaudia vitae.

Hildigardis vero clausstralis vixit anno Domini MCXXXVI. qua de Dodechinus: *Haec sancta mulier* (Juda Comes de Spanheim) *inclusa est Kal. Novembr. & aliae tres cum ea, scilicet Hildegardis, & Sumet vocabuli duae, quas etiam quoad vixit, sanctis virtutibus imbuere studuit*. Ubi non possum, quin moneam, *Sumet* non esse nomen proprium, sed reciprocum, legendumque: *& suimet vocabuli duae* i. e. duae Judae.

Quam ille in eadem Basilica] Scil. Bertradam. Mar. Scotus lib. 3. *Carolus pergit in Italiam, & matrem suam Berthradam defunctam, in Basilica S. Dionysii Parisiis, juxta Patrem Pipinum humavit cum magna gloria*. Basilica hic vocatur domus Christianorum publicis conventibus consecrata, in quibus sacrae lectiones & tractatus, praeterea orationes & missa h. e. coena Dominica peragitur, ut est apud Ambrosium, quod abunde ex libro Epist. v. intelligitur. Veteres publicis usibus destinatas.

natas aedes, basilicas dicebant, in quibus judicia exercebantur, quae hodieque in complusculis Italiae Urbibus, nomine licet mutato, durant. Verosimile autem fit, primos Christianos id genus Palatiis Principum favore uti coepisse, atque inde exstructis templis ad cultum Christianum consecratis, nomen Basilicarum relictum esse. Posteriori seculo *Basilica* dicebatur, quam nos vulgo *Ecclesiam*, Veteres & *aedem sacram*, & *oratorium*, item *Sacrarium* & *Aediculam* quoque nominarunt, interdum etiam *Domum*. Nam apud Molzhemium Lotharingiae oppidum, sacellum visitur antiquissimum, à Romanis, ut volunt, exstructum, in cujus aditu haec Inscriptio legitur inversis literis:

IRTEP SUMOD

i. e. *Domus Petri*, Incolae *Domphieter* appellant. Nonnunquam *Capella*, quae vox hodieque in usu corrupta durat ex latino *Sacellum*. In vita S. Deicoli: *Placet tibi Domine, ut quidam Monachus capellulam suam sibi vindicet in Oratorium.* De Basilica operae sit adscribere veterem chartam, quam mecum Schobinger ille meus communicavit, sic se autem habet: *Quoniam ex varietate rerum mortalium, & temporum continuata prolixitate, & humani generis debilitate, memoria rerum gestarum oblivionis irreptione extruditur: ideo prudens industria hominum id, quod posteritati voluit esse certum, saepissime reliquit successoribus suis testamentis confirmatum. In nomine ergo sanctae & individuae Trinitatis notum sit omnibus tam futuris quam praesentibus, quod ego Notpertus Monachorum S. Galli Ecclesiae Abbas, in novali loco, qui Abbacella nuncupatur, in convalli circumpositorum montium sito, Basilicam ad servitutem Dei condidi, quam & aedificatam à Tietmaro Curiensi Episcopo cum licentia & rogatu Rumaldi Constantiensis Ecclesiae Praesulis per legitimam consecrationem loci illius incolis ad Oratorium stabilivi. Denique hanc eandem Ecclesiam praebenda pueri unius de claustro nostro, & una Watspenda, & beneficio unius mansus, & omni post subscriptae decimationis determinatione dotavi: à monte Hersberch, ab Alpe Solmi, à Meggelis alpa, à Barental, à Portaris alpa, à Chranberch, à rivulo Buchenbach, ab ostio fluvioli Rota, usque dum fluit in Sitterum, usque ad originem, ita ut proclivitas circumpositorum montium ad eandem cellam secundum liquentiam nivis imminet, apertissime determinavi. Hanc etiam dotationem Sacerdoti ibidem Deo servienti, banno, Rumaldi Constantiensis Episcopi, consensu fratrum nostrorum, perpetuo jure stabilivi. Facta sunt haec anno ab Incarnatione Domini MLXI. Indict. IX. regnante Rege nostro Hainrico Imperatore Romanorum anno * XL. Signa testium. Wittone advocato, Oprecht, Azzo, Thietprecht, Vodalrich, Liebo, Regenolt. Eppo, Heilman, Wolpracht, & caeteri complures.* Nunc quam lucidissime potest, hanc chartam paucis explicabo. Ea continetur prima fundatio Parochiae Abbatiszellanae, qui locus hodie unus est ex XIII. pagis Helvetiorum. *Ego Notpertus.* Hic XXV. fuit inter Abbates Monasterii S. Galli, qui primos omnium, quod quidem observare potuerim, anniversariam suam ita instituit, ut de suo privatim legarit, quod illius peragendae expensis sufficeret. *In novali loco.* i. e. nuper exculto, & habitari coepto, ager enim, qui hodie Abbatiszellanae ditionis, universus paucis retroactis seculis Monasterii S. Galli fuit, paulum incultior tum, quam est hodie. Sed & servitute obstricti coloni ejus, qui tum omnes monastici dicebantur, vulgo *Bergleuth*, immontani interim vocati. Verum servilia incommoda primum quidem armati detrectarunt, haud leviter afflictis monasterii rebus, deinde ab iisdem pactionum transactionumque interventu magna

* Tom. 2. R. Alaman. charta 86. Goldastus habet IV. anno Henrici, quam lectionem huic praeferendam esse, quis non videt, modo Epocham hujus Imperatoris penitius inspiciat.

magna ex parte liberati sunt, circiter annum Domini DCCCCIII. ex quo tempore primum in unum Abbatiszellanorum conventum evaluere populi aliquod finitimi, qui antea & foro & judicio erant discreti, coloni tamen omnes monastici & Abbatis imperii. De omni re videndi Simlerus, & Guillimannus. *Watspenda.* Vox barbara vestium donationem significat, quas hodieque certo tempore suis Abbates & Episcopi tribuunt. *Wat* Germani vestitum vocant, & *Watman* dictus vulgo, qui pannos vendit. Spendae autem vox etiamnum apud nos durat, qua annonam certo die, certoque dimensu pauperibus distribuendam significamus; est vero originationis graecae ἀπὸ τῆς σπουδῆς scilicet, ut in examine Theologico disputat Melanchton. *Et beneficio unius mansus.* Mansus seu mansi aliam definitionem tradit Bartolus ad l. *si ita* leg. D. *de Auro & Argent. leg.* aliam Vitus Amerbachius ad Capitula Caroli M. aliam Cujacius ad lib. 1. Feudor. tit. 1. §. *si quis de manso.* Mihi *mansus* videtur Francis & Alamannis fuisse villula cum praediis, quae singula singulae familiae fuisset attributa, omni quidem onere exemta, nisi, si quid Ecclesiae deberetur. Durat etiamnum Germanicum nomen *Kneuhoff.* quo mansum gens Alamanna significat. Quam definitionem non Helmoldi, non Tschudii, at vero ducentarum chartarum auctoritatibus possem stabilire. *Secundum liquentiam nivis.* De vulgari hoc ibidem & veteri sermone Alamannico tractum est, antiquae enim tabulae germanicae annis plus ducentis quinquaginta ante nos scriptae, hæc ferme verba habent: *Von obenende der berge als der Schnee schmilzet.* &c. Notpertus igitur decimas ad ea usque montium juga extendit, a quibus introrsum nives colliquatae diffluerent. Certe Alpium & fluviorum & montium nomina, quorum heic mentio fit, in pago Abbatiszellano, etiamnum illaesa perdurant. Est praeterea & hoc praecipue notandum, in veteribus chartis similiter & Chronicis nullam fieri mentionem in dedicationibus Ecclesiarum Pontificum Romanorum, aut aliorum superiorum, vel si aliqua fiat, tantum Episcopos memorari, ut quorum tum temporis integra fuerit suarum Dioceseων administratio, quae primum quidem Heinrico oppresso post vindicatum investiturae dominium, Romanae ditioni Pontificum patuere. Atque haec ad chartam, quae, ut opinor, non sine fructu lectoris sunt annotata. Nunc ad Einhardum revertamur.

CAPUT XIX. *Ut tam filii quam filiae primo liberalibus studiis*] Cusi libri, *ut t. f. quam nepotes*, quod minus respondet ἀποδόσει.

Ac propter hoc l. a. f. a. f. m. expertus est] Stupratae enim compluribus erant, quam infamiam post Patris obitum Ludovicus filius per Missos purgavit & punivit. Vide de tota re Aimoini Supplement. lib. v. c. 10.

CAPUT XX. *Detonsum in coenobio Prumia r. v. j. v. v. permisit*] Vestitu Monachi olim adeo abjecto, & neglecto fuere, ut exituri monasterio melioribus è vestiario allatis induerentur. Interulae fiebant de panno fusco, de nigro autem tunicae, oblongae quidem, sed arctae, cuculla super inducta, quod antiquae picturae satis clare indicant. Constat autem aliquoties immutatum fuisse Benedictini, quod antiquissimum est, sodalitii habitum. Et Auctores veteres habeo, qui negant, Benedictum alio unquam vestitu fuisse usum, quam illo ipso, quo homines honesti sua aetate uterentur. Vestes enim illa tam laxae & sinuosae, posteriore aetate fatiscente jam disciplina monastica, & hypocrisi gliscente receptae sunt. Et nuperis annis usurpatum est, ut Abbates quidam opulentiores sericis atque adeo bysinis uterentur indusiis. Sed & barbam alere Caroli seculo decorum erat Monachis, qui in vertice tantum rasi videbantur. Rarissimae namque sunt de vetustis Monachorum imaginibus, quas ego quam plurimas vidi, quae barbam non praeferunt. Tonsurae originem sunt, qui ad B. Petrum auctorem referant.

ferant, ut ſcribit Beda de geſtis Anglorum lib. v. c. 22. Alii ad Anicetam Papam, ut *Cap. Prohibete, diſtinct.* 23. & Uſuardus *in Martyrologio* xv. *Kal. Maji.* Quae fabuloſa eſſe, inde auguror, quod nullus authenticus Auctor veterior id reliquerit; nam Dionyſium quod attinet, non fuiſſe Areopagita n illum, jam pridem eſt oſtenſum. Quidam ad Conſtantinum M. rejiciunt, quod irridet Laur. Valla de Donat. Conſtantini. Belethi & Durandi nugas nihil attinet commemorare. Sunt etiam alii, qui exemplo Nazareorum Moſaicae legis inductam raſuram vel tonſuram iſtam putavere, de quorum inſtituto fit mentio Num. c. 6. Nonnulli à Sacerdotibus Aegyptiis ortam aſſerunt, quorum meminit Herodotus in Euterpe, & vidi ego librum antiquiſſimum, in quo Vitae Patrum ſcriptae erant, ubi Sacerdotes Aegypti raſis capitibus inſtar noſtrorum Clericorum ſunt depicti. Morem quidem antiquum & priſcae Eccleſiae conſuetum nullus nego, & ex Hieronymo, Auguſtino, Iſidoro probari poteſt. Scribit etiam Thomas Waldenſis tom. v. de Sacram. tit. 9. cap. 80. de eo ſchiſmata fuiſſe oborta in primitiva Eccleſia, quod credo, didicit ex Beda d. l. 5. ubi & Golfridum Abbatem illius controverſiae meminiſſe prodit. Huic inſtituto aliam rationem Caſſiodorus adfert in Pſalmos, aliam Iſidorus de Eccleſ. offic. quem ſequitur P. Lombardus in Sentent. Aliam Beda d. l. aliam alii proferunt. Nos cenſemus ideo Clericos & monachos raſos fuiſſe, quod cujuscunque apparatus & ſplendoris contemptores ſe profiterentur, comam enim nutrire ii ſolebant, qui elegantiae ornatus & lautitiae ſtudioſiores eſſent. Hinc curioſitatem & delitias veterum Romanorum in coma & capillis inſectatus eſt Seneca, cum alibi, tum de brevitate vitae c. 12. multis verbis, quae cum aliorum invectivis videre eſt apud Wouwerium noſtrum Animadv. in Petron. & Hadrian. Junium Comment. de Coma. Apud Lacedaemones ſane (ut Plutarchus ſcribit & Herodotus) ingenui tantum comam alebant, hinc illud Ariſtophanis in Avibus, cujus meminere Paroemiographi: Δᾶλος ὢν κόμην ἔχεις, ubi vetus Scholiaſtes notat: Διὰ τὸ θεράπων, δᾶλος εἶπεν· ἦν δὲ τῶν ἐλευθέρων τὸ κομᾶν. Id quoque apud Francos in uſu fuiſſe, ex lege Caroli M. conjicio, in qua de converſione liberi hominis agitur, qui in monaſterio comam depoſuerit apud Anſegiſum lib. I. c. 137. Comam ergo deponere ſanctioris cujusdam deditionis argumentum fuit, ut Auctor eſt Paulus Aemylius in Carolo M. Collega S. Antonii Martyris in Itinerario ad loca Sancta de monte Sinai: *Inde aſcendimus in ſummum cacumen montis, in quo eſt Oratorium modicum, habens in longitudine pedes ſex, ſimiliter & in latitudine, in quo nullus manere praeſumit, ſed orto jam die aſcendunt Monachi de ſupra dicto monaſterio, & celebrant ibi officium; in quo loco multi pro devotione tondent capillos ſuos & barbas, nam & ego totondi ibi barbam meam.* Et huic ſententiae ſuffragantur ea, quae ſcripſit Auguſtinus lib. de Operib. Monachorum cap. 31. in fin. & in libro Retract. B. Paulus 1 Corint. XI. *Indecorum*, ait, *viros comatos eſſe, idque naturam ipſam nos docere*, quae admonitio hujus Clericorum inſtituti fors ſit, ut cauſa exſtiterit, id enim non obſcure colligitur ex *cap. Prohib. diſt.* 23. B. vero Hieronymus (quod & in Decretum tralatum eſt *c. duo ſunt*, 12. *q.* 1.) *raſuram, quam coronam capitis vocant, ab inſtitutione Eccleſiae Romanae, & raſum caput divitiarum omnium derelictionem, & temporalium depoſitionem ſignificare dicit.* At capillos, qui remanent, aliqua eſſe Sacerdotibus retinenda ad ſuſtentationem, quae interpretatio gloſſae eſt, *qua* ut Polyd. Vergil. lib. IV. c. 8. inquit, *bene multi Sacerdotes gaudent, ritusque ſervandi cauſa late verticem radunt, ſed ex magnis opibus quas habent, nihil impertiri, nihil deponere, nihil relinquere volunt.* Hodie profecto nulla alia magis cauſa tonderi videntur Clerici, quam ut cognitioni ſecularis, quem vocant Judicis, eximantur, vel ut Eccleſiaſticum aliquod beneficium poſſint emere,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [255] - 200
PUBLIC DOMAIN

emere, quoniam habent beſtiae characterem. At vero tonſurae olim in clericis admodum latae erant, nec multo plus crinium ſuperabat, quam in monachis deraſis nunc ſuperſit, cum hodie aliquot tantum capilli ſphaerae inſtar in vertice tondeantur, contra decretum Patrum in Concilio Toletano IV. cujus verba ſunt: *Omnes Clerici & Lectores, ſicut & Levita, & Sacerdotes, detonſo ſuperius toto capite, inferius ſolam circuli coronam relinquant.* Quibus gemina germana Rhabanus *de Inſt. Cleric c.* 3. Et apud Thom. Waldenſem *d. l. c.* 89. legitur: *Nec ejusmodi tulit* (ſcilicet Petrus) *ut nunc ſeculares pauculis abraſis in vertice, ſed qualem adhuc monachi detonſo toto coronario.* Lithurg. lib. 11. p. 384. & 423. Erat & ignominiae genus tonſura vel raſura, hinc περικείρειν τὰς πλοκάμους Graecis in proverbio erat, pro eo, quod eſt ludibrio habere, quod fieri ſolitum ſtupidis & incautis, admonet Lucianus in Miſanthropo & Pſeudomante. Sic Eccleſiaſticis monumentis proditum eſt, B. Petro Antiochiae caput in coronam attonſum ignominiae cauſa, verone an falſo, nunc non diſputo. Nec de Abdiae hiſtoria in diſquiſitionem ire ſtudeo, illud ſaltem inde evinci poteſt, tonſuram poenae genus, idque grave & ignominioſum fuiſſe, quod ex Cedreno quoque & Conſtitutionibus Caroli M. & aliis quibusdam Principum Romanorum, quae apud Harmenopulum exſtant, facile deprehenditur. Detonſi enim per Judicem in monaſteria detrudebantur, qui vel mentis inopia, vel animi libidine facinus aliquod deſignaſſent, aut indigni eſſent judicati, qui publice rerum adminiſtrationi praeeſſent. Ita quippe intruſi, proinde atque in exilium relegati aut in inſulam deportati habebantur. Arbitror autem vel diſciplinae ſecuritate, vel profeſſionis conditione factum eſſe, ut & criminoſorum latibula haut raro ipſa monaſteria fuerint. Lupus Ferrarienſis Epiſt. 29. ad Guenilonem: *S. autem Benedictus Sacerdotes ſuſcipi in monaſterium & poſſe & debere oſtendit, cum, quanquam non faciem, tamen eis promittat ingreſſum & retinendi officium, ex Abbatis juſſione praebet auctoritatem; quod nullo modo faceret, ſi ſoli admittendi eſſent criminoſi, nam & eos quidem interdum, ſed difficillime & vehementer compunctos recipimus, venit enim Filius hominis quaerere & ſalvare quod perierat.* Juſtinianus in Novellis ait: *In monaſteria intrudi jubentur, Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, Lectores, & Clerici, qui vel luſerint ipſi, vel ludentibus communicarint, vel publicis ludis ſpectaculisque interfuerint.* Cui conjungendum eſt *c. ſi Epiſc. diſtinct.* 50. Fuit ergo quaſi carcer monaſterium. Hildericus Rex, cui *Pipinus Nanus* ſuffectus eſt, ut initio hujus libri ſcribitur, detonſus ob ignaviam & in monaſterium truſus eſt. Pipinus iſte Caroli M. filius, ante Carolomannus dictus, conjuratione detecta itidem attonſus & in monaſterium ablegatus eſt. Ad quem modum & Taſſilo Bajoariorum Princeps Carolo miſerante (frater enim Conſobrinus erat) capitali ſententia liberatus, & coenobio incluſus, ut ſupra memoravimus. Contra ut & hoc dicam, multum exiſtimationis attulit antiquis Coenobiis, quod horum ſeſe diſciplinae, vel Reges ipſi ſeculi cura ultro abjecta, ſummiſerunt, quod à Carolomanno Pipini fratre & Lothario Imperatoris Ludovici filio in monaſterio Prumienſi factum eſſe legimus. Jam quibus de cauſis acciderit, ut mediae aetatis Monachi Benedictini pueros etiam vix infantiam egreſſos raſerint & veſtierint, haud admodum conſtat, niſi putandum eſt, tantum cerimoniae illi monaſticae tributum fuiſſe, quantum hodie quidam votis ſuis tribuunt, dum conſecraneis ſuis religione initiatis nomina etiam imponunt, diverſa ab his, quae in baptiſmo Chriſti ſuſceperant. Veriſimile tamen ita raſos & veſtitos fuiſſe, quo libentius propoſitum illud vitae inſtitutum ſuſciperent, nec diſſimiles eſſent inceſſu, quorum curae & diſciplinae erant commiſſi, poſtea vero meritorium eſſe coepit. Viſio Barontis MS. benedictiones ad tonſurandum Clericum refert,

refert. Grimoldus Abbas in libro *Sacrament. c. 55. & in Ordin. Rom. Eccleſ.* p. 86. ubi pro Chriſti vel divino amore dicitur comam deponere. Nam oratio ad capillaturam apud Gregor. in Sacramentario ad ſpiritum tonſurae clericalis pertinet.

Facta eſt & alia —— conjuratio] Aimoin. lib. IV. c. 77. *Trans Rhenum apud Orientales Francos, cujus Hardradum Comitem auctorem fuiſſe conſtat.* Sigebert. *Conjuratio valida facta eſt ab Auſtraſiis contra Carolum Regem auctore Harderico, qua detecta, multi aut membris truncantur, aut exiliantur.*

Neque ullus interfectus eſt ex eis] Non eadem fortuna uſi ſunt Pipini incenſores. Lamb. Schafnabrug. *Conjuratio Pipini contra Patrem ſuum, quae per Fardulfum publicata eſt, unde Pipinus attonſus in monaſterium mittitur, caeterique omnes perditi, alii decollati, alii ſuſpenſi miſerabiliter ſunt mortui.* Et ipſi Fardulfo datum eſt Monaſterium S. Dionyſii. Similia Marianus Scotus lib. 3.

CAPUT XXII. *Corpore fuit amplo atque robuſto*] Sequitur nunc de Caroli robore, ſtatura, habitu, lingua, pietate, religione &c. i. e. de ejus adjunctis & effectis memorabilibus. vid. Caroli effigiem apud Reineccium.

Nam ſeptem ſuorum pedum proceritatem ejus conſtat habuiſſe figuram] Falſus ergo Siffrid. Presbyter, qui octo ponit, verba ejus apponam, quod ad ſequentia non mediocriter pertinere videantur Epit. lib. 1. *Longitudo ejus octo pedum, facies ejus palmum & dimidium habebat in longitudine, barba unum palmum, Militem armatum ſuper equum ſedentem, à vertice ſimul cum equo ſcindebat. Militem armatum recte ſtantem ſuper manum ſuam à terra usque ad caput levabat ſola manu. Leporem integrum, aut duas gallinas edebat, vinum modicum & lymphatum bibebat. In prandio tantum ter bibit, in coena raro. Corpore decorus, ſed vultu ferus, ut ſcribit Turpinus Archiepiſc. In Diebus Dominicis & feſtivis utebatur regalibus veſtimentis; ornatus ſedebat, gladium ſuper genua per transverſum ponebat.* Quod de milite autumat Siffridus, ne cui praeter fidem & incredibile dictu, quaſi ex Amadiſi fabulis, aut Cyclopum figmentis mutuatum videatur, conſimile hominis Longobardi factum viſum eſt adſcribere. Paul. Diacon. lib. 18. ad Eutropium: *Cumque utraeque acies ſorti intentione pugnarent, tunc unus de Regis exercitu, nomine Amangas, qui contum Regium ferre erat ſolitus, quendam Graeculum eodem conto utrisque manibus fortiter percutiens de ſella, ſuper quam equitabat, ſuſtulit, eumque in aëra ſupra caput ſuum levavit; quod cernens Graecorum exercitus, immenſo pavore perterritus in fugam convertitur.* &c. Aimoinus p. 361. Sunt iſtiusmodi exempla complura mihi apud Scriptores rerum geſtarum fide dignos connotata, quae cuncta perſequi nimis operoſum foret. Dixi nunc nuper ad Adriani ſententias, olim homines menſura magis quam aetate aeſtimari ſolitos, iis haec exempla ſunt addenda, quae tum mihi inviſa. Rationi, quam tradidi, originatione accedit Brito in Synonimis verbo *Bellus.*

Eſt hominum Procerum, procerum corpus habere.

CAPUT XXIII. *Camiſiam lineam*] Camiſia eſt, quam Galli *chemiſe*, Itali *camiſiuola* corrupte appellant. vid. Feſt. V. Supparus, Iſidor. Orig. lib. XIX. c. 22. *Camiſias vocamus, quod in his dormimus in camis, h. e. in ſtratis noſtris.* Brito in Synonym.

Interulam vel Camiſiam rem dicimus unam,
Additur his alias ſubitura ſubicula veſtes.

Recte quidem Brito, nam & Suetonius *ſubuculam* laneam vocat, quam Einhardus hic *Camiſiam.*

Feminalibus lineis] Suetonius, cui hic ſimius omnia ſublegit, in Auguſto c. 82. *Hyeme quaternis cum pingui toga tunicis, & ſubuculae thorace laneo, & feminalibus, & tibialibus muniebatur.* Feminalia linea, Ala-

Alamannis hodieque in usu, vocantur *leinen Underhosen*. Sed an his superjecta toga? Vix puto, & arbitror Einhardum scripsisse *seminalibus laneis*. Haec sunt, quae Paulus Diaconus *Hosas* vocat, nonnulli *braccas*, Erphesford. Monach. de Landgrav. Thuring. cap. 101. *Propter quod civitas fuit per Marchionem obsessa, & stantes in muro deponentes braccas, fecerunt Marchioni contumelias & multa alia opprobria, i. e. nudatis feminibus posteriores corporis obscaeni partes ostenderunt.*

Cujus Capulus & baltheus] Baltheus cingulum est, quo gladius appenditur, & militare dicitur, Gallis *pendant*. Fabianus in sentent. MSS. *Gladium bonum dices, non cui auratus baltheus, nec vagina gemmis distincta, sed cui ad secandum subtilis est acies & mucro, omne munimentum rupturus*. Liv. lib. IX. *Auratae vaginae, aurata balthea illis erant*, apud Non. Marcell. Einhardus infra: *Baltheoque gladii dissipato* &c. Fest. V. *Succingulum*.

CAPUT XXIV. *Et antiquorum Regum gesta*] Vetus liber habet: *& antiquorum res gestae*; recte & ad imitationem Suetonii, quem iste ut dictum, in hac vita aemulatur.

Statim litigantes introducere jussit] Ita vetus codex pro *introduci*, ut solent Hebraei saepe accipere conjugationem Niphal & Hitpahel. Einhardus infra: *ut qui non in patria solum, & in suo regno eam facere procuraverit*. & in fine: *Post obitum ejus summa devotione adimplere curavit*. Nec ullus omnino Scriptor mediae aetatis, qui non impensius hanc conjugandi formulam usurpaverit.

CAPUT XXV. *Manum effingendis literis assuefaceret*] Quo pacto supra, locutus est: *ac speciem dominantis effingeret*. Exaratus liber scriptum habet: *effugiendis*, fortasse legendum est *effigiandis*.

CAPUT XXVI. *Sanctissime & cum summa pietate ac veneratione coluit*] Adamnanus de locis Sanctis lib. I. c. 7. de calice Domini. *Quem calicem universus civitatis populus cum ingenti veneratione frequentat*, & cap. 9. de sudario Domini, *quod cum magna reverentia suscipiens Rex* &c. ibid. *Et ob id magna reverentia in Ecclesia habitum totus veneratur populus*, lege: *cum magna*. Q. Curtius: *per quam maximo potuit exercitu comparato*. Apud Marian. Scotum legitur: *& quam summa pietate*. Ad quam faciem locutus est supra Einhardus: *Hispaniam quam maximo poterat belli apparatu aggreditur*. Fors fuat & illic: *Colebat enim eam quam summa reverentia*. Ubi antiquus Codex *cum magna rev.* Et paulo post item hac formula utitur: *Ut omnia cum quam maxima fierent honestate*.

Ac propter hoc plurimae pulchritudinis] Ita scriptus liber, & Sigebertus, sed Editt. habent *mirae pulch.* à quibus est Regino lib. 2. *Quam basilicam ipse mirifico opere à fundamento aedificare fecit*.

Roma atque Ravenna] Sigebertus barbare: *à Roma atque Ravenna*.

Sacrificii tempore] i. e. missae, h. e. communionis & celebrationis sacrae coenae, nam S. coena propter frequentatam in ea oblationis unicae & sacrificii, quo consummati sumus memoriam, vocabatur sacrificium. Atque id ita esse, uti praedico, SS. Patrum testimoniis evincam. August. de Civit. Dei lib. X. c. 5. & contra Faustum lib. XX. c. 2. *Quod ab omnibus appellatur sacrificium, signum est veri sacrificii, in quo caro Christi post ascensionem per sacramentum memoriae celebratur*. Hinc etiam *memoriale appellatur & memoriale memoriae*, quia memoriam facit, Bernardo Senensi serm. 54. de Sacram. Domin. modo interpretatus fuisset ut Chrysostomus, qui nominis veritatem, quo rem tam venerandam & honorificam significamus, ostendit, dicens: *Sacrificium nostrum est recordatio sacrificii*. Et Ambrosius: *Non aliud sacrificium, sed ipsum semper offerimus, magis autem sacrificii recordationem operamur*. Eusebius quoque Caesarienis: *Christus nobis memoriam pro sacrificio reliquit, quam Deo perpetuo offeramus*. Idem: *Jussit nos offerre memoriam pro sacrificio*. Et Theophylact. c. 10. ad Hebraeos. *Quaerat aliquis,*

liquis, num & ipsi sine sanguine immolemus. Ita quidem, sed Christi mortis tunc reminiscimur, eundem semper offerimus, quin potius oblationis illius memoriam facimus, proinde ac si esset hoc tempore immolatus. Augustinus dicit: *Coelestem Eucharistiae panem, qui revera est sacramentum Corporis Christi, suo modo vocari corpus Christi, quemadmodum immolatio carnis in sacramento, quae Sacerdotis fit manibus, Christi passio, mors, & crucifixio vocatur, non rei veritate, sed in significante mysterio,* refertur à Gratiano de consecrat. dist. 2. c. 48. Cyprianus Epist. 63. ad Caecilium: *Et quia passionis mentionem in sacrificiis omnibus facimus (passio enim est sacrificium quod offerimus) nihil aliud, quam quod ille fecit, facere debemus.* Atque hinc est, quod à patribus promiscue vocetur *Figura, Signum, Imago, Similitudo, Sacramentum,* idque *mysticum & incruentum.* Carolus M. Epist. ad Albinum. *In ipso omnium redemtor coenando cum discipulis suis panem & calicem eis pariter ministravit in figura corporis & sanguinis sui, nobisque profuturum magnum exhibuit sacramentum.* Cyrillus declarat. 11. Anath. *Sanctum ac vivificum incruentumque in Ecclesiis celebramus sacrificium, non hominis alicujus communis corpus & sanguinem esse, quod proponitur, credentes, sed magis tanquam proprium vivificantis verbi corpus & sanguinem accipimus.* Synod. Ephesina: *Annuntiantes eam, quae est secundum carnem, mortem unigeniti Filii Dei h. e. J. C. & ex mortuis resurrectionem, atque in coelos ascensionem pariter confitentes, incruentum in Ecclesiis celebramus, seu perficimus cultum sacrificii.* Clemens Roman. Apost. Constit. lib. VI. c. 23. *Christus veniens in mundum, sacrificium alio modo mutavit, nam pro brutorum sacrificio cruento, rationale, mysticum, & incruentum sacrificium instituit, quod in mortis Christi commemorationem per symbola corporis & sanguinis sui celebramus.* Chrysost. homil. 83. in Math. *Si mortuus non est Jesus, cujus rei signum & symbolum est hoc sacrificium?* Hesychius in Levitic. *Si Christus non esset crucifixus, sacrificium corporis ipsius non ederemus.* Edendum ergo erat hoc sacrificium, non sublevandum, non populo ostendendum. Hinc Chrysostom. hom. 18. in 2. ad Corinth. scribit: *unum Corpus & unum calicem omnibus propositum, & res quae in Eucharistia sunt, omnes, tam ipsorum videlicet mysteriorum communionem, quam oblationem precum, & gratiarum actionem, inter populum & Sacerdotem commune esse;* ideoque in mysteriis Sacerdotem à subdito nihil differre affirmat. Et Cyprianus multo ante Chrysostomum: *Fideles in unum convenientes divina sacrificia cum Sacerdote Dei celebrare, & sanguinem Christi in communicantis populi calice offerri.* Indeque priscis Theologis idem est *sacrificare,* quod *populo communionem distribuere.* August. contra Faustum lib. XX. c. 18. *Christiani peracti hujus sacrificii memoriam celebrant sacro sancta oblatione & participatione corporis & sanguinis Domini.* Leo I. Epist. ad Dioscorum: *Sacrificium hoc in communione populi, in festivis solemnibus propter frequentem coetum reiterari novo exemplo jubet, ne pars populi sua devotione frustretur, si sacrificium offerre non possint, nisi qui prima diei parte convenerint.* Et alicubi Clemens Roman. *Sacrificium in oblatione & sacri cibi dispensatione consistere fatetur.* In Concil. Constantinop. III. Canon. 28 & 32. *Incruentum sacrificium peragi dicitur non in separata ipsius Sacerdotis mysteriorum sumtione, sed per oblationem, quae populo ad vivificationem & remissionem peccatorum distribuitur.* Et Chrysost. hom. 51. & 61. ad populum, asserit, *sacrificium quotidianum frustra fieri, si nemo sit, qui communicet, & qui dignus non est communione, eum nec precibus & orationibus Ecclesiae fore dignum.* Ex quibus verbis etiam illud discitur, quotidie peractum fuisse hoc sacrificium, quod idem non obscure ex his Einhardi verbis colligitur. Praeterea manducatum, non ostensum, non inclusum, quod hodie solet fieri, & reprehenditur etiam ab aliis orthodoxis. Cyprianus de coena Domini: *Recipitur,*

cipitur, non includitur, Origen. hom. 5. in Levit. *Dominus panem, quem discipulis suis dabat, non distulit, nec jussit servari in crastinum.* Hieron. 1. Corinth. 11. *post communionem quaecunque de sacrificiis superfuissent, illic in Ecclesiae communionem coena commedentes pariter consumebant.* Nicephor. lib. 17. c. 25. refert: *easdem reliquias quibusdam in locis fuisse pueris in schola discentibus datas, quas statim in Ecclesia commederent.* Idem fere in Concil. Matisconensi sancitum est. Et Gabriel Biel famosus scriptor lect. 26. *Non dedit discipulis, ut honorifice conservarent, & dedit in sui usum, dicens: Accipite, manducate.*

Legendi atque psallendi disciplinam d. e.] Legere hic de notis accipitur. De lectione Sigebert. *Carolus Imperator per manum Pauli Diacons sui decerpens optima quaeque de scriptis Catholicorum Patrum, lectiones unicuique festivitati convenientes, per circulum anni in Ecclesia legendas compilari fecit.* De Cantu consentiunt omnes & idem scribit: *Carolus Rex offensus disonantia Ecclesiastici cantus inter Romanos & Gallos, & judicans justius esse, de puro fonte, quam de turbato rivo bibere, duos Clericos Romam misit, authenticum cantum à Romanis discerent, & Gallos docerent, & primum per hos Metensis Ecclesia, & per illam omnis Gallia ad auctoritatem Romani cantus revocata est.* Videndus idem anno Dom. 790.

CAPUT XXVII. *Ecclesiam B. Petri Apostoli*] MS. *Petri & Pauli.* Error natus ex vulgari formula, qua & Aimoinus utitur lib. IV. c. 57. *Romam ad limina S. Petri & Pauli destinavit.* Est vero & hoc apprime notandum (nam nemo unus hodie est, quia ea in re non imperite peccet) quod necdum observatum vidi. Veteres Orthodoxos Patres semper pios coelites vocare *Beatos* vel *Sanctos*, nunquam *Divos*, quae appellatio demum coepta est, cum haut ita multis abhinc seculis in locum gentilis ἀποθεώσεως canonizatio introducta est; gentes enim homines praeclare de posteris meritos in *Divos* i. e. Deos evexerunt, & ut proporro eadem merita pergerent, votis poposcerunt, ut Syracides, Philo & Josephus scribunt. Quam ad aemulationem Imperatores quoque post mortem ἀποθεωθέντες Divi appellati sunt, quod nomen vivis nunquam factum lego. In Hermeneumatis: *Divalis Princeps, Imperator, qui quasi Deus habebatur. Divus* ergo idem est quod *Deus*, testificatione omnium linguae Latinae Scriptorum. Proinde Graecis Imperatores dicuntur θεῖος vel θειότατοι, beati vero coelites μακάριοι, vel μακαριότατοι Nec abiit Servii discriminatio, qui Deos perpetuos dici vult, Divos ex hominibus factos, quasi diem obierint, unde ait: *Divos & Imperatores vocamus.* Juvenal.

——— *Respice rivales Divorum.*

Et quam confirmare videntur Glossae Cyrilli: θεῖος, ὁ ἐκ Θεοῦ, Divus, nam eodem res recidit, & contrariam plane sententiam Varro tulit & Aettius & Philoxenus Gloss. Divos θεῖος ἡμιθεος Divi, Θεοὶ. Apud Gratianum & Valentinianum Impp. l. 1. *C. de summa Trinit. & fid. Cathol.* legendum est: Quam divinum Petrum Apostolum tradidisse Romanis, religio usque adhuc ab ipso insinuata declarat, ita enim habent libri vetustissimi, quos se inspexisse mihi confirmavit Dominus meus Hubertus Giphanius J. C. Vir magnificus. Itaque vox illa incorrupta permansit in l. 2. *C. Theod. de fid. Catholic.* nec ullus locus in medium proferri potest, ubi à Sanctis Patribus eum ad modum vox *Divus* usurpetur.

In cujus donaria magna v. p. c. e.] Emendo in cujus *donario*. Cornel. Fronto: *Donum quod Diis datur, inde ubi dona ponuntur, donarium appellatur.* Isidor. Origin. lib. XV. c. 5. *Donaria vero, eo quod ibi dona reponantur, quae in templis offerri consueverant.* Apulejus. *Ibi donarium Deae perquam opulentum, plurima auri & argenti ratio in lancibus, speculis, poculis, & hujusmodi utensilibus.* Videndus Gellius lib. 2. cap. 10. & Servius, Donatus, Pomp. Sabinus in 3. Aeneid.

CAPUT XXVIII. *Erutis videlicet oculis,*

lis, linguaque amputata] De effosione oculorum dubitare videtur Aimoin. lib. IV. c. 89. narrans: *Romae dum Leo Papa cum letania processurus de Laterano ad aedem B. Laurentii, quae ad Craticulam vocatur, equo sedens pergeret, in insidias à Romanis dispositas juxta eandem basilicam incidit, ubi equo dejectus & erutis oculis (uti quibusdam visum est) lingua quoque amputata, nudus ac semivivus in platea relictus est.* Dubitandi causa fuit, quod quidam eum revidisse scripserint, Lambertus Schaffnabrug: *Leo Papa lingua truncata excaecatus, & de Pontificatu ejectus, videns ac loquens in Franciam venit ad Carolum.* Sigebert. *Leonem Papam celebritatem letaniae majoris agentem, Romani capiunt, linguam ei oculosque evellunt, cui voce & visu reddito divinitus, iterum oculos & linguam eruunt radicitus, qui de manu eorum erutus ad Carolum fugit.* Quod quidem miraculum omnino videtur fabulosum, quod ejus vetustiores, Einhardus noster, Regino, Hermannus Contract. aliique non meminerint, procul dubio non omissuri, nisi suspectam ejus fidem habuissent. Hoc tempore Imperatoris & Augusti nomen accepit. Formulam inaugurationis ex Regione adscribam lib. 2. *Anno Dominicae Incarnationis* DCCCI. *cum Rex ipse die natali Domini ante confessionem S. Petri ab oratione surgeret, Leo Papa coronam capiti ejus imposuit* (hinc apud Sigebert. est legendum: *propter invidiam Imperatorii nominis à Romanis sibi impositi*, non *depositi*) *& à cuncto Romanorum populo ter acclamatum est:* CAROLO AUGUSTO A DEO CORONATO, MAGNO ET PACIFICO IMPERATORI ROMANORUM, VITA ET VICTORIA. *Et post laudes more antiquorum Principum adoratus est, & ablato Patricii nomine, Imperator & Augustus est appellatus.* Eadem in Aimoini supplemento lib. IV. c. 90. praeter quod in verbis variet, ait enim: *Ipse autem die sacratissima Natalis Domini ad missarum solemnia audienda, Basilicam B. Petri Apostoli cum suisset ingressus, & coram altari, ubi ad orationes se inclinaverat, adsisteret Leo Papa* &c. Caetera, videndi Herm. Contract. A. Domini DCCC. Mar. Scot. lib. 3. Siffrid. Presbyt. Epit. lib. 1. Sed notandum est, quod Sigebertus tradit, Leonem non propria auctoritate, sed jussu Populi, qui Carolum jam elegerat, eum coronasse, electionem Populo, benedictionem Papae adscribens; verba ejus sunt: *Romani, qui ab Imperatore Constantinopolitano jam diu animo desciverant, nunc accepta occasionis opportunitate, quia mulier, excaecato Imperatore Constantino filio suo eis imperabat, uno omnium consensu Carolo Regi Imperatorias laudes acclamant, eumque per manus Leonis Papae coronant, Caesarem, & Augustum adpellant. Pipinum vero filium ejus Regem Italiae ordinatum collaudant.*

CAPUT XXIX. *Franci duas habent leges, plurimis in locis valde diversas*] Franc. Hottoman. Franco-Gall. cap. 8. ait: *Salicam*, quae ad Salios, & *Francicam*, quae ad Franco-Gallos pertinebat. At ego *Salicam* intelligo, & *Ripuariam*. Utraque auctior partibus multo plurimis, atque correctior de Schobingeri armario penes me est. Legi Salicae in vetustissimo & venerandissimo Schobingeri codice haec praeponitur Inscriptio: ANNO AB INCARNATIONE DOMINI NOSTRI J. C. DCCLXXVIII. INDICT. VI. DOMNUS KAROLUS REX FRANCORUM INCLITUS HUNC LIBELLI TRACTATI LEGIS SALICAE SCRIBERE ORDINAVIT. Cui Inscriptioni praeponuntur XI. capitula, nunquam prius quod sciam impressa, certe in Heroldi editione non habentur, eorum Lemma hoc est: INCIPIUNT CAPITULA, QUAE IN LEGE SALICA DOMNUS AUGUSTUS KAROLUS, ANNO AB INCARNATIONE DOMINI NOSTRI J. C. DCCCIII. IMPERII VERO SUI ANNO TERTIO, PRAEPONENDO ADDERE JUSSIT. Et in calce Capitulorum legitur: ISTA XI. CAPITULA AD OMNIBUS LEGIBUS MITTENDA SUNT.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [261] - 206
PUBLIC DOMAIN

SUNT. Quae esse capitula, quorum hic Einhardus meminit, prorsus mihi persuasum est, nam & Sigebertus quoque eodem quo in lemmate illo anno, nempe 803. scribit: *Carolus per omne Imperium suum justitias facit, & legis capitula* XXIX. *instituit*, ut fortasse an mendum sit in numero. Idem Sigebert. *Anno Domini* DCCCII. *Carolus Imperator per omne Imperium suum legatos ad faciendum judicium & justitiam cunctis dirigit, & legis capitula* XXIII. *instituit.* Haec Capitula sunt, quae ab Ansegiso referuntur in fine lib. IV. cum praefatione & confirmatione ipsius Caroli Imp. anno Domini DCCCI. sed sunt tantum XXII. ut itidem parilis apud Sigebertum sit error, qui & uno anno Dominico superat. Sunt vero capitula illa addita ad Longobardorum leges. Post obitum vero Caroli complures reperti sunt, qui leges ejus, quas capitula vocant, studiose conquisiverunt, Ansegis. Lobiens. Abbas libris IV. collegit, eumque secutus Benedictus Levita libris 3. Et capitula Caroli M. edidit Vitus Amerbachius cum commentariis. Nec dubito, quin plura hinc inde in monasteriis & collegiis delitescentia pulchra tineis pabula praebeant, & magnam partem audio Dom. Tysium nobis bona cum Deo proditurum.

Barbara & antiquissima Carmina —— scripsit] Tacitus de Germanis: *Celebrant carminibus antiquis (quod unum apud illos memoriae & Annalium genus est)* &c. Quod ipsum de Gothis, qui inter Germanos, Jornandes scripsit. *Ipsa carmina* (quae hodie Germani *Lieder* vocamus) *memoriae mandabant, & praelia inituri decantabant, qua memoria tam fortium gestorum à majoribus patratorum ad imitationem animus adderetur.* Tacitus: *Ituri in praelia canunt. Sunt illis haec quoque carmina, quorum relatu, quem barditum vocant, accendunt animos, futuraeque pugnae fortunam ipso cantu augurantur.* Et mirum sane est, Majores nostros adeo negligentes omnium fuisse literarum, ut res gestas non aliter atque fabulis ad posteros mitterent; nam hujusmodi erant carmina illa, ut nomina quidem praestantium & clarissimorum in vita praeferrent virorum, praelia vero, pugnas, & monomachias ficta atque commentitia insinuarent. Quae res etiam fecit, ut, mox civiliori facta jam Germania, neglecta & abjecta ad nos pervenire non potuerint. Exstant vero hodieque rudi & impolitissimo stylo scripta carmina de Theodorico Veronensi, qui vulgo nostrati *Diederich von Bern*, de Hildebrando, de Itinere Ecconis, qui Alsatiae Dux fuit, de Siffrido, quem nos *Seufrid*, de Rosamundae horto, de Rege Arturo, de Gewano, qui in vetustissimo membranaceo codice ejus historiam continente, vocatur Gawan, de Tristrandro, de Vuigolao, cujus MS. habeo exemplar, de Gigante Sigenodo, & plusculis consimilibus, quae ab otiosis quibusdam ficta sunt de iis *Von der Tafelronde*, quae omnia & singula nihil quicquam dignum habent, quod ab aliarum rerum occupato homine legi debeat, praeter sermonis prisci cognitionem, quae ad mediae aetatis historias & leges intelligendas & illustrandas non obscurum possit lumen afferre.

Scripsit] Simplex pro composito i. e. descripsit, sic spectat pro exspectat.

Inchoavit & grammaticam patrii sermonis] Apud Sigebert. *J. etiam G. patrio sermone.*

Mensibus etiam juxta patriam linguam nomina imposuit] MS. *Mensibus etiam juxta propriam linguam vocabula imp.* Apud Sigebert. *Mensibus anni juxta propriam i. e. Teutonicam linguam voc. imp.* Sermo germanicus sero admodum scribi coeptus, nec ante Carolum M. multi sunt inventi, qui eo quicquam memoriae prodiderint. Alfredus Anglorum Rex Orosii historiam ante 700. annos in Anglicam linguam transtulit. Eduardus confessor carmine anglicano multa scripsit. Willeramus Abbas Merseburgensis germanice scripsit Canticum, quod penes se exstare Vulcanus ait. Caroli demum studio factum, ut lingua Germanica in litteras paulo fusius referretur, nam praeter

praeter ea, quae heic ab Einhardo recenſentur, etiam Biblia à privato quodam in linguam Saxonicam tralata comprobavit; quem poſtea ſecutus Othfridus Monachus Wiſſenburgenſis Rabani Fuldenſis diſcipulus, & Evangelia interpretatus eſt, quae Baſileae ſunt excuſa, & Grammaticam item linguae Germanicae ſcribere tentavit. Et Rabanus auctor eſt (vixit is ſub Ludovico II.) lectionem ſacram & cantum omnem in miſſa ad plebis inſtitutionem valuiſſe i. e. Germanico ſermone, & plebi cognito factum eſſe, quod ipſum ſub Ottonibus, Conradis & Henricis factum eſſe, certiſſimum eſt. Exſtat apud Dom. Schobingerum Pſalterium à Notkero Monacho, quem ob linguae tarditatem *Balbulum* cognominarunt, in noſtram linguam tralatum Arnolpho Imperatore, inſcriptumque: *Barbarica verſio Pſalterii*, cujus tanta verborum difficultas, ut nonniſi ab attento & immorante lectore accipi & intelligi queat. Tam dura olim & anhelans erat vetus illa Francorum & Alamannorum lingua, ut etiam quaſi κατ' ἐξοχὴν *barbara* nuncuparetur. Continentur in eo extra Pſalmos etiam Pater noſter, Symbolum Apoſtolicum, Decem tabulae & quae ad ſacra erant neceſſaria, extra Ave Maria, quae formula tum inuſurpata & inter preces incognita, ut alibi docui. Exſtat apud eundem Schobingerum venerandae dignitatis liber ab Nobilibus & Aulicis Henrici IV. compoſitus, adſcripto ſingulorum carminibus nomine, & gentilitio inſigni, ſtylo jam politiori & magis idoneo. Exſtat praeterea apud eundem libellus Homelias aliquot germanice ſcriptas continens, ante annos plus minus trecentos, terſiore jam & mitiore ſermone. Sunt & apud me duae hiſtoriae de *Gavvam* & *Wigolais* quarum illa ex *Dieſenhovenſi*, haec *Munſterlingenſi* Monialium coenobiis ante annos itidem trecentos rhytmis germanicis ſcriptae, ſtylo non multum comptiore, quam maxime illa de *Gauuan*, quae membranacea eſt & obſcurior. Atque inde nunc conſtare poteſt, Germanicam dialectum ſingulis fere ſeculorum ſpatiis multum eſſe immutatam, cum ea qua hodie utimur, à Majorum noſtrorum tam plane ſit aliena. Chartarum vero & tabularum, ſeu inſtrumentorum Germanice ſcriptorum, recens prorſus uſus eſt, & ſunt anni perpauci, ex quo haec lingua vulgo ſcribi coepta eſt, atque adeo, ut puto, non ante Rudolphi Avindſpurgenſis aevum. Nec mirum id videri debet, cum hodieque Principes & Magiſtratus in ſigillis, item monetis inſcribendis, latina quam Germanica etiamnum uti malint, licet politiſſimam & maxime utibilem hodie Germanicam linguam habeamus. Qua de re adſcribam verba Viri Illuſtris Johannis à Schellenberg, Domini in Huffingen, Stouffen & Randegg. &c. Caeſar. Majeſt. à Conſiliis, de Epiſtola ejus ad Schobingerum bona utriusque pace. Sic autem narrat: *Jucundum certe fuit, antiquorum germanorum vocabula & proverbia legere; nec ſatis mirari poſſum Nobiles etiam illo ſeculo taliter qualiter literis inſtructos, & Martialia ingenia cantilenis iſtis amatoriis manſueta reddidiſſe. Quandoquidem omnia inſtrumenta, item inveſtiturae illa aetate usque ad Concilium Conſtantienſe latina lingua conſcripta fuerunt, adeo Germanica lingua tanquam barbara aſpernabatur, quae tamen nunc temporis ornatu & copia latinam ſi non ſuperat, attamen aequat. Sed hoc fortaſſe linguae celebritati eſt datum, quae nusquam non habet ſui peritos, cum linguam Germanicam pauciſſimi hominum externi intelligant.* Gallicam linguam hoc Caroli tempore tantum abfuiſſe à Germanica, quantum

Hypanis Veneto diſſidet Erydano

ut poëtae verbis utar, certum eſt, conſtatque inter omnes. Hinc Lupo Ferrarienſi Abbati, qui Gallus fuit, crimini à quibusdam datum fuit, quod nimium operae & ſtudii in lingua Germanica poſuerit, ita namque Epiſt. 41. ad Immonem ſcribit: *Itaque ſimpliciter vobis aperio principem operam me illic* (in Germania) *deſtinaſſe lectioni, & ad oblivionis remedium, & eruditionis augmentum libros pauculos paraviſſe,*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [263] - 208
PUBLIC DOMAIN

visse, nec germanicae linguae captum amore, ut ineptissime quidam jactavere, sarcinam subisse tanti tamque diuturni laboris. Nec vero eandem quoque fuisse cum antiquissima illa, quae Caesaris aevo in usu, pariter constat; mutata enim paulatim est à Romanis militibus, qui Gallias in provincias redegerant, & una simul cum imperio linguam propagare studebant, ut erudite ea de re disseruit Glareanus popularis noster in Notis ad Caesarem. Praeterea etiam post recuperatam jam Galliam, & abjectum Romanum Dominium remansere tamen homines Romani, quorum tanta multitudo, ut vel ipsis incolis numero aequarentur. Hinc totiens in legibus, Chronicis & Chartis fit mentio Romanorum, Ripuariorum, Provincialium, quorum appellatio eadem est, i. e. qui Romana provinciali lingua utebantur. In leg. Salic. tit. XVI. *Si Romanus Barbarus Salecum Francorum exspoliaverit* MMD. *Denar. culpabilis judicetur. Si vero Francus Romanum exspoliaverit* MCC. *Denar. qui faciunt solid.* XXX. *culpabilis judicetur.* Habuerunt hi proprios Magistratus, non tantum finitimos Francorum ditioni, sed alicubi immixtos, quod multis argumentis deprehendi potest. Vidi apud Schobingerum venditionis chartam, Carolo regnante scriptam, cujus initium haec verba habebat: *In Christi nomine* &c. *Domino nostro Carolo regnante Anno* XV. *Ego Lubicio subdiaconus rogatus à Calvione, qui est à vice Populi Romani.* Nihilominus tamen & Franci suos habuere Magistratus, qui superiores erant, ut est in lege Ripuaria tit. 90. *Ut optimates, Majores Domus, Domestici, Comites, Graviones, Cancellarii, vel quibuslibet gradibus sublimati, in provincia Ripuaria in judicio residentes, munera ad judicium pervertendum non recipiant.* Lex illa data erat Ripuariis, i. e. Romanis provincialibus ad instar legis Salicae, quae Francis prius lata fuisset. Itaque Romani in jus simul & nomen Francorum cesserunt, ad differentiam vero illi Franci *Ripuarii*, hi vero Franci *Salingi* adpellati. Atque ita harum duarum nationum consuetudine ac convictu factum est, ut utriusque linguae commixtio sensim fuerit pedetentimque introducta. De hac re ita censeo consciscoque, nec haesitans dubito Nobilissime & aeternum amandisime SCHOBINGER, quin, quae est animorum nostrorum ab Opt. Max. facta unio & conjunctio, re perpensa & examinata, protinus in meam sententiam discessurus sis, licet verba tua multo potiora, multoque veriora nonnullis videantur. Neque enim tu is es, qui adolescentiam meam contemtim habeas. Sunt vero in tuis verbis, quae nos omnes summopere erudiant atque edoceant, neque etiam vero si bene deliberentur, à me meaque sententia longius discedant. Operae est te ipsum audire: *Franci Germani*, ais, *limitem transgressi, interioremque Galliam ingressi, primo non tam suam, quae nec arte, nec lege continebatur, quam alienam in provincia repertam linguam addidicere, ingenua quadam verecundia talem linguae suae barbariem confessi, quae civilitati & provinciali humanitati merito submitteretur. Quare demum ad fidem Christi conversi, non solum libros & historias, sed etiam tabulas vulgarium conventionum, chartasque & leges ipsas & Diplomata latino sermone scribi curarunt. Prior hic erat sine dubio, cum Romani provincias tuto dum limite tenerent, impurus postea tarditate & inertia nostratium factus, cum rupto limite non modo Provincias Europae maximas, sed etiam Italiam, & ipsam Urbem linguarum altricem invaserunt. Illam enim post Herulos & Rugos Gothi etiam, Langobardi & Franci successione quadam Regni multis seculis obtinuerunt. Deinde etiam religio stimulos addit nostratibus, quo eam linguam addiscerent, sine cujus peritia religio constatura non videretur, Sacri libri, veteres Interpretes, Conciliorum decreta, non nisi latine scripta exstabant. Durabat quidem & linguae Graecae usus, sed paucis, nec nisi gustu aliquo frequentis lectionis notus.* Sane pro tua relatione sunt veteres Chronologi & Chartae, quae testium nomina vel provincialia

habent i. e. latina & graeca, vel barbara, saltem latine declinant, ut in testamento Caroli infra, & in charta quadam primum ponuntur Petrus, Jactatus, Stephanus, quae sunt latina & graeca; deinde Aloinus, Vicalao, Landolhelmus, Valotus, quae barbara sunt sive Germanica, sed latine deflexa, quod rarius videre est in chartis, quae post Pipinum & Carolum M. filium ejus scriptae sunt; certissimo argumento linguae provincialis sensim mutatae Germanorum migrationibus, succrescente scil. Germanica lingua & Latina qualicunque retenta, quae scriberetur; Equidem in Italica lingua manifeste id exprimitur, etenim veteribus, & ante Martellum scriptis chartis evolvendis, quasdam in Rhaetia, quam Curiensem Chronographi quidam cognominant, scriptas observavi, quae testium nomina non nisi latina aut provincialia continebant, submontana namque Rhaetia, ac illa maxime, quae secundum Rheni decursum fontibus ejus imminet, sero admodum Germanicam linguam recepit. Nec de hoc dubitandum, cum hodieque duret linguae veteris vestigium, corruptum quidem, sed quod Romanum tamen sermonem palam referat.

Cum vix IV. Ventorum vocabula] Sigebert. *Cum antea quatuor tantum Cardinales venti nominarentur.*

Septembrem Vuitemanoth, Octobrem Vuindunmanoth, Novembrem Herbistmanoth] Ita optimus liber, & vetustissimi Schobingeri schedae hinc descriptae, & sic satis antiquum Kalendarium MS. Verum ut mihi videtur, & ratio vincit, perspicuum est nomina fore transposita, sicque reponenda: *Septembrem Herbistmanoth, Octobrem Vuitemanoth, Novembrem Vuindunmanoth.* *Huit* pro *octo* Francis hodieque in usu, apud nos obsolevit; Majores vero nostri haut ita plurimis abhinc seculis etiam usurparunt, quòd alibi doceo.

Subsolanum vocaret Ostroniwind, Zephyrum Vuestroni] Hodie *Ostner, Westner* vel *Ostwind, Westwind.* Ortus enim *Ost*, occasus *West* appellatur. Hinc Franci alii *Ostrofranci*, alii *Westfranci*, ut supra notatum. Sic & *Ostphali* & *Westphali* discriminati, qui primum omnes uno vocabulo *Vali* dicerentur. Sic Britanni dicti sunt *Guali* Galfrid. fol. 101. h. & fol. 10. b. l. Hi patria relicta, novas sedes quaerere per mare venientes Frisiorum littus appulsi sunt, hinc in vicinas terras exonerati, Regionibus nova nomina peperere. Sigebert. de Regno Brittanorum: *Secundus qui Camber dicebatur, accepit partem illam, quae postea Cambria dicta est, & modo Gallia vocatur.* Antiquiori seculo *Inghaevones & Istaestuones*, quasi *Hingesewoners* i. e. qui secundum mare habitant, & *Westwoners*, ut acute ostendit Joh. Goropius in Indoscythicis; & Volaterranus quoque lib. VII. *Istaevones* interpretatur *Westphalos*, explodit enim recte Franc. Tilemannus p. 81. Berosi & Jani Viterbiens. commentum, nescio quos Reges somniantium *Ing* & *Isten*. Utrorumque, Ostphalorum & Westphalorum, terminos ex Aimoino discemus lib. IV. cap. 70. *At Rex amne trajecto, cum parte exercitus ad Onacrum* (hodie Oker) *fluvium contendit, ubi ei Hessi, unus ex primoribus Saxonum cum omnibus Ostphalais occurrens, & obsides quos Rex imperaverat, dedit, & sacramentum fidelitatis juravit. Inde regresso, cum in pagum qui Buki vocatur, pervenisset, Angarii cum suis Primoribus ei occurrunt, & sicut Ostsalai juxta quod imperavit, obsides & sacramenta dederunt.* Regino adpellat *Saxones Orientales* lib. II. *Ubi omnes Orientales Saxones venientes cum Hassinone Duce eorum dederunt obsides, juxta quod placuit Regi, & juraverunt sacramenta. Simul eo revertentes venerunt Angrarii in pagum, qui dicitur Bucki una cum Brunone Duce eorum, & fecerunt, sicut Orientales Saxones fecerant.* Iterum Aimoin lib. IV. cap. 73. *Cui cum Saxones in quodam loco, qui Buocholt vocatur, vana spe ducti resistere tentarent, pulsi fugatique sunt, & Rex Westsalorum regionem ingressus, omnes eos in deditionem accepit. Inde ad Wisuram veniens castris positis in loco nomine Nudusulli, stativa per*

alis-

aliquot dies habuit. Ibi Angarii & Ostfalai venientes & obsides dederunt, & sacramenta juraverunt. & cap. 75. *cumque de loco praelii ad Padrabrunnum se cum exercitu recepisset, atque ibi castris positis partem exercitus, quae adhuc de Francia venire debuerat, opperiretur, audivit Saxones in finibus Westfalaorum super fluvium Hasam ad hoc congregari, ut ibi cum eo, si venisset, acie consligerent.* Et cap. 76. *Et vastatis Westfalaorum pagis venit ad Vuisuram, cumque in eo loco, qui Huculbi dicitur, castris super fluvium positis consedisset, vidit se in Aquilonares Saxoniae partes propter nimias aquarum inundationes, quae tum subito ex jugitate pluviarum acciderant, transire non posse, idcirco iter in Toringiam convertit, & filium suum Carolum cum parte Exercitus in Westphalorum finibus sedere jussit.* Inde *Westersalt* (hodie *Westerwalt*) in Hasforum, *Ostersalt* in Danorum confinio dicitur, quo de idem Aimoin lib. IV. c. 96. & Ado p. 234 & alii. Nominis explanationem tradit Paulus Diaconus lib. VI. ad Eutropium. *Temporibus Valentiniani superioris Augusti, cum intra Thraciae fines Gothorum tunc populi communiter habitarent, bifarie per Alaricum & Fridigernum divisi, decreverunt, ut utramque Rempubl. i. e. Fridigernus cum suis Orientalem, Alaricus vero cum suo exercitu occidentalem opprimeret. Hi ergo, qui cum Fridigerno in orientali remanserant parte, lingua patria ab Oriente Ostrogothi i. e. Orientales Gothi dicti sunt; Isti vero qui occiduas petiere regiones ab Occidente Wisigothi i. e. Occidentales Gothi sunt appellati.* Sigebert. *Hi ergo Gothi, qui Romano imperio incubabant, Wisigothos, i. e. Occidentales se Gothos nominabant, & per multos annos Occidentales Romanorum fines usque ad ipsas ulteriores Hispanias infestabant, ubi etiam postmodum in Regnum coaluerunt. Porro Gothi, qui in patrio solo trans Danubium sub Hunorum Dominio remanere passi sunt, regulos quidem suae gentis habuerunt, & sese Ostrogothos, i, e. Orientales Gothos appellaverunt, qui & ipsi postea per Theodoricum Regem suum à Zenone Imperatore Italiae Regnum dono acceptum per multos annos tenuerunt. Ita Gothi quasi duobus capitis sui cornibus Orientem & Occidentem ventilantes acerrime, duo ex se Regna creavere, scil. Wisi-Gothorum in Hispania, & Ostro-Gothorum in Italia.* Nortmanni dicti homines à *Nort* venientes Adam p. 146.

CAPUT XXX. *Imperatorem & Augustum jussit appellari*] More illius aetatis non observat differentiam inter Caesarem & Augustum, qui duo multum diversi in Romano Imperio, fuere enim Caesares interdum non Augusti, sed ab Augustis viventibus cooptati, aut aliunde ad imperium acciti, aut designati, qui demum Senatus auctoritate Augustorum nomine consecrabantur. Contrario exemplo ab aliis peccatur, qui Caesarem pro Augusto usurpant, ut in veteri charta, quam proxime sequenti notatione adscribam. Porro huic confusioni ansam praebuisse videtur ipse abusus; nam cum veteres, quorum electionem Senatus probasset, Imperium ingressi Augusti salutarentur, nostris istis non nisi ab Urbis Pontifice delibutis, quidam Augusti cognomentum permiserint.

Anno aetatis suae LXXII. ex quo regnare coeperat XLVII.] Scriptores rerum & temporum Caroli nonnunquam & Regni & Imperii annos confundere soliti, & jam Regni, jam Imperii nomine complecti, quod & vivente Carolo factum esse, vetus charta, quae VI. anno ante excessum ejus scripta est, confirmat. Ea sic se habet: *Ego itaque Hadapertus Presbyter rogitus scripsi & subscripsi XLI. anno Imperii Caroli Caesaris. Notavi diem Dominicum III. Idus Februarias. Sub Odalrico Comite.* Mortuo enim Pipino Rege, Carolus filius ejus anno aetatis XXV. cum fratre Carolomanno Regni habenas suscepit, cum fratre autem annis tribus, solus postea XXX. annis regnavit. Haec charta anno ante uno scripta est: *Ego itaque Manno Diaconus rogitus anno XXXII. Caroli Regis die Mercurii IV. Idus Mart. scripsi & subscripsi sub Odalrico Comite.* Inde Imperator factus XIV. anno Imperii, aetatis au-

tem LXXII. ut heic Einhardus ſcribit, mortuus eſt. Colliguntur ergo anni Caroli, cum Regni tum Imperii ejus XLVII. qui numerus in inſcriptione tumuli ejus, quae Aquis etiamnum exſtat, legitur. Unde factum, ut ſuperior Chartularius annos XLI. Imperio Caroli tribuerit, Regni ſcilic. annis Imperii adjectis. Vide & apud Schobingerum veteres chartas, in quibus anni Regni & Imperii Caroli diviſim erant ſubſcripti, ad hunc modum: *Ego itaque Manno Diaconus rogitus ſcripſi & ſubſcripſi, notavi die Veneris IV. Kal. Junii, anno XXXVIII. regnante Domino Carolo in Francia, & ſeptimo Imperii ejus ſub Hruadberto Comite.* Alia charta: *Ego in Dei nomine Pernicher peccator vocatus Presbyter rogitus ſcripſi & ſubſcripſi, notavi diem XIII. Kal. Octobr. anno XLIIII. regnante Domino noſtro Carolo Rege Francorum & Langobardorum & anno XI. Imperatore & Gubernatore Romanorum.* &c.

CAPUT XXXI. *Arcusque ſuper tumulum deauratus, cum imagine & titulo extructus*] An non hoc ſatis indiciorum? quid ergo illud eſſe dicam, quod Chronographi tradunt, oſſa Caroli prius omnibus ignorata, ab Ottone III. eſſe inventa, quam rem ita narrat Dithmar. Merſeburg. Epiſc. Chron. lib. IV. *Caroli Caeſaris oſſa, ubi requieſcerent, cum dubitaret, rupto clam pavimento, ubi ea eſſe putavit, fodere, quousque haec in ſolio inventa ſunt regio, juſſit. Crucem auream, quae in collo ejus pependit, cum veſtimentorum parte adhuc imputrabilium ſumens, caetera cum veneratione magna repoſuit.* Ex quibus & aliorum verbis patet, vel hoſtium infeſtatione ſepulchrum Caroli violatum, vel ipſa temporis vetuſtate collapſum, quod ab iis, qui ſecundum praedicta miracula Carolum in Divos retulerunt, reſtauratum, tituloque de hac Einhardi vita redonatum fuerit; certe res a vero non abludit.

CAPUT XXXIII. *Adpropinquantis finis*] quidam legunt *appropiantis*, quomodo fere loquitur Bibliorum Interpres. Vetus charta hoc ipſo tempore ſcripta: *Perpetrandum eſt unicuique hominum, quam velociter tempora caduca praetereunt, & futura adpropiant.* Verbum *propiare* Symmacho reſtituit *Schikkeurath in Epiſt. Crit.*

Complura fuere prodigia] Ita Marian. Sigebert. Gaguinus, alii, at omnes Editt. habent *praeſagia*, aliter quam bene.

Ita tribus horis fortuito incendio conflagravit] Imo opera Richolfi Archiepiſcopi Mar. Scotus lib. 3. *Pons apud Moguntiam, quem per decennium ingenti labore & mirabili de ligno opere Carolus conſtruxit, anno uno antequam obiit, tribus horis conflagravit, ut nec haſtula de eo remanſerit. Pons praedictus apud Moguntiam erat trans Rhenum, quia in eo latrones, noctu hominibus in Rhenum projectis, rapiebant praedam, Richolphus Archiepiſcopus Moguntinus comburi praecepit.*

Ne una quidem haſtula ex eo remaneret] Miror turpiſſimum & foediſſimum mendum à nemine dum correctum, nihili enim plane & nugax verbum hoc eſt *haſtula*, pro eoque reſtituendum *aſula*, cum heic, tum apud Urſpergenſ. Reginonem, Marianum, Sigebertum & alios.

Vidit repente delapſum coelitus cum ingenti lumine facem à dextra in ſiniſtram per ſerenum aera tranſcurrere] De Lucio Caeſare ſimilia ſcribunt Chronographi, Euſebius Caeſariens. *Lucio Caeſare Athenis ſacrificante, ignis in coelo ab oriente in occidentem ferri viſus eſt.* De Stephano Papa Sigebert. *Cui in veniendo in una noctium apparuit magnum ſignum in coelo, globus ſcil. igneus à parte auſtrali declinans à Galliae finibus in partes Langobardorum.* Ydacius MS. Chron. lib. 2. cap 3. *Poſt Solis occaſum ab Aquilone plaga de coelo ruens, quaſi ignis aut ſanguis efficitur.* Quorum portentorum effecta à memoratis auctoribus ſunt petenda.

Et ſine amiculo levaretur] Philoxenus in Gloſſis *Amiculum* Ἀναβόλαιον· *Amiculi* περιβολαίου. Gloſſae Cyrilli περιβόλαιον *amictorium, amictus, opertorium.* Doſitheus lib. 2. Ἐπίκαρσις *amiclum.* Videndus Feſtus & Iſidorus Origin. lib. XIX. c. 21. Aimoin. lib. V, c. 2. *Cui filius Ludovicus pro*

ſapere

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [267] - 212
PUBLIC DOMAIN

ſapere & poſſe obedienter parens, occurrit ad patris praeſentiam habitu Vaſconum, cum coaevis ſibi pueris indutus amiculo ſcilicet rotundo, manicis Camiſiae diffuſis, cruralibus diſtentis, calcaribus caligulis inſertis, miſſile manu ferens. Aque haec ſatis ſint verificandae noſtrae emendationi.

Malumque aureum] Gaguinus vocat *pilam*. Malum inſigne eſt Imperatorium, quo totius Orbis, cujus rotunditas malo figuratur, gubernatio oſtendatur. Nam qui ab Olympicis Victoribus, quibus pomum praemio dabatur, iſtum morem deducunt, frivolas gerras & nugas deblaterant. Solet Deus quoque pingi cum ſphaera in dextra, quod omnem trinam orbis machinam & univerſam hanc Mundi compagem regat, foveat & contineat, ſacra Scriptura teſte. Hieron. in Eſai. c. 40. *Quam imaginem ponetis ei, qui Spiritus eſt, & ubique diſcurrit, & terram quaſi pugillo continet.* Gregorius M. in hymnis.

Cujus ſupernus artifex
Mundum pugillo continens
Ventris ſub arca clauſus eſt.

Jeſus item Chriſtus Salvator noſter cum ſphaera effigiatur, qui mundum hunc i. e. Seculum, mortem & Diabolum vicerit, ut eſt in Johannis Evangelio.

Et ſupra domum Pontificis, quae Baſilicae contigua erat] Palam & notum eſt, Epiſcopos antiquitus non in arcibus, non in Collibus, ſed domibus Eccleſiae propinquis habitaſſe una pariter cum Clericis, qui & ipſi hodie ſinguli ſeparatim degunt; nam & Epiſcopus & Clerici ſimul uno victu & amictu alebantur. Auguſt. de communi Vit. Cler. Serm. 1. *Noſtis omnes aut pene omnes, ſic nos vivere in ea domo, quae dicitur domus Epiſcopi, ut quantum poſſumus imitemur eos Sanctos, de quibus loquitur liber Actuum Apoſtolorum; nemo dicebat aliquid proprium, ſed omnia illis erant communia.* Hi *fratres* appellati ſunt vetuſtiſſimis monumentis & SS. Patribus teſtantibus, quibus Epiſcopi certum diſciplinae genus legibus canonibusque (Regulas vocant Latini) praeſcripſerunt. Hinc Regulae Monachorum ab Auguſtino ut putantur, ad ſuos fratres ſcriptae; qui inde *Canonici* ab *Canonibus* illis, à Germanis *Thumb Herren*, à domo in qua cum Epiſcopo vivebant, dicti ſunt. Carolus M. apud Anſegiſum lib. 1. c. 69. *Similiter qui ad clericatum accedunt, quod nos nominamus canonicam vitam, ut illi canonice ſecundum ſuam regulam omnimodo vivant, & Epiſcopus eorum regat vitam, ſicut Abbas Monachorum.* B. Wolkuinus Abbas in *Seidichenbach* homil. de zizania & ſemine contra Cleri vitia: *Rara avis in terris hodie Canonicus à Canone vitae, unde ergo? audi unde, eſt namque canon vitae, ut dictum eſt, & eſt Canon pecuniae, videlicet alicujus penſionis certae, unde dici ſolet: ſolve mihi canonem meum, i. e. penſionem meam, i. e. ſtatutam pecuniam meam. Eja ergo ô Canonice, invenimus Canonem tuum à quo deriveris, i. e. à canone pecuniae, non à canone vitae, i. e. à canone regionis, non à canone religionis* &c. Domus illa in qua convivebant *collegium* etiam dicebatur, & *Monaſterium*, à Germanis *Thumb* à domo, & *Munſter* à monaſterio derivatis vocibus. Hinc Canonicus ordo & monaſterialis competentia in diplomatae quodam regio (Caroli. Adam. p. 13.) pro eodem ponuntur apud Albert. Kranzium Hiſt. lib. 2. c. 15. Cum vero ſucceſſu temporis (tempus notat Adamus p. 61.) horum ſodalitia nonnulla iis vinculis eſſent ſoluta & liberata, factum eſt, ut caeteri ab imperitis, qui vim verbi Graeci parum aſſequebantur, non ſimpliciter *Canonici*, ſed *Canonici Regulares* dicerentur, quaſi diverſa eſſet utriusque vocis ſignificatio, quae tamen una eademque eſt, & ſicuti doctrina, ita & vita & moribus plane ſimiles. Praeterea hic notandum eſt nomen *Pontificis* generatim pro Epiſcopo ſumi, ut fere apud omnes Veteres Patres, etiam poſteriores, nam Wolfhartus Presbyter Eccleſiae Eychſtetenſis Epiſcopo ſuo Erchenboldo Waldeburgis vitam inſcribens, in haec verba orditur, *Domino beatiſſimo, Deoque vere digniſſimo Erchenboldo Pontifici*, &c. cujus me loci

tempestive admonuit Schobinger noster. Edinerus quoque Monachus lib. 2. de Vita Anselmi Cantuariensis Episcopi: *Igitur Anselmus propter multas rationes, quae intervenerant, nondum consenserat electioni, quae de se facta fuerat, ut Pontifex fieret.* Et passim apud alios, praeterquam illic intelligatur primus Episcoporum, ut in parilibus exemplis Savaro, Vir Doctiss. & Elegantiss. ad Sidonium voluit; talis enim Cantuariensis fuit in Anglia. Veruntamen & summus Pontifex simpliciter pro quovis Episcopo ponitur, ut notare est locis plurimis apud Apollinarem, Sidonium & Ennodium. Theodulfus Aurelian. Episcopus ad Agiulfum in MSS. S. Galli.

Hoc modo nunc tibi Theodulfus dirigit exul
Summo Pontificum, cernuus ecce melos.

Benedict. Levita in praefat. lib. 1.

Aut Carlo demum, quem tunc Moguntia summum
Pontificem tenuit, praecipiente pio.

Vetus monumentum Curiae in Aede S. Lucii Valentiniano Episcopo à nepote positum.

Hoc jacet in tumulo, quem flevit Rhaetica tellus
Maxima summorum gloria Pontificum.
Abjectis qui fudit opes, nudataque texit
Agmina, captivis praemia larga ferens.
Est pietas vicina polo, nec funeris ictum
*Sentit ovans factis, qui * fetit astra bonis.*
His pollens titulis, Valentiniane Sacerdos,
Crederis à cunctis non potuisse mori.

QUI VIXIT IN HOC SECULO ANN. PLS. MN. LXX. DPS. SUB D^{c} ɔ IDIAN. V

SPs. PCs. BASIV. CCCS. IND. PAULINUS NEPOS IPSIUS HAEC FIERI ORDINAVIT. Rite vocavit Sacerdotem, quia summus quoque Sacerdos pro Episcopo, ut ex Optato Gaudentio Fausto, Burchardo & aliis observatur, ut e contra Pontifex pro quolibet Sacerdote. Carolus M. apud Ansegisum lib. IV. in praefat. addendorum Capitulorum: *Quod non ita obtemperetis Pontificibus seu Sacerdotibus, quemadmodum Canonum & legum continet auctoritas. ita ut Presbyteros praesentari Episcopis denegetis; insuper & aliorum clericos usurpare non pertimescatis, & absque consensu Episcopi in vestras Ecclesias mittere audeatis, nec non & vestris ministeriis Pontifices nostros talem potestatem habere non permittatis, qualem rectitudo Ecclesiastica docet* &c. Videnda tota praefatio. Hos titulos hodie tyrannis Episcopi Romani sibi mancipavit, qui perpaucis abhinc seculis non aliter, quam *Pontifex Romanus, Episcopus Urbis Romae, Rector Ecclesiae Romanae* adpellaretur. Sed & alia nomina in Ecclesia prima univoca, postea discriminari occoeperunt, olim enim Synonyma *Episcopus* & *Sacerdos*, ut videre est in libro de Aetat. Ecclesiae, in Catalog. test. Verit.

Epigramma Synopide scriptum] Sic ex opt. libr. locum restituimus. Sinopis quid sit in annotat. Beroaldus docuit, est vero minii vel rubricae genus, quod à nostris inde tracto nomine *Sinnober* appellatur, a Graecis Σινωπὴ, vel Σινωπικὴ μίλτος. De eo Plinius Nat. Hist. lib. 35. c. 6. *Sinopis inventa est primum in Ponto, inde nomen à Sinope Urbe.* Species ejus sunt tres, rubens, minus rubens & media. Videndi sunt Vitruv. lib. VII. Strab. lib. XII. Dioscorid. lib. V. c. 3. Theophrast. de lapide. Sinopide scribere, est minio vel rubrica pingere. Itaque haud scio, an apud Frontin. de limit. agror. sit legendum: *Nam quod ad Sinopin Pontium pertinet*, pro Sinopida, quamvis Cujacio aliter visum. Solent enim fabri minio vel rubrica σκιαγραφεῖν seu adumbrare opus futurum. Et Papinius futurum Herculis templum signat his verbis:

——— *Conscripta formatur imagine tela.*

CAPUT XXXIV. *Omnem substantiam atque supellectilem suam*] Elegantissime & veterum imitatione Sigebert. *quicquid in re mancipi habebat.*

In

* *Fecit.* Schobing.

In Camera ejus inventa] sic infra : *& quicquid in camera atque vestiario ejus eo die fuisset inventum.*

Ut quia in Regno ejus Metropolitanae Civitates XXI. esse noscuntur] Stante Republ. Romana erant Provinciae in Dioecaeses, quasi gubernationes dicas, i. e. certa spatia distributae, in quarum praecipuis urbibus praesides conventus suos agebant, cujusmodi novem Plinius in Asia connumerat Natur. Hist. lib. v. c. 29. & 30. quarum septem in Apocalypsi recenset Johannes. Urbes illas metropoles vocarunt, quam vocem Suidas originatur & Budaeus in prioribus Annotat. Earum descriptionem Isidorus retulit in libro Canonum, quam tametsi jam saepius edita sit, quia vero nonnulli Antonino Imperatori, quidam Bedae Venerabili, pars Mariano Scoto malis exemplis adscripsere, ipsa item nomina à vestutate plurimum degenerarint, & magis magisque ab istis correctoribus in variis ad varios Auctores notis porro deturpentur, operae pretium facturus videor, ubi insuper ad istum Einhardi locum plane necessarium sit, hoc eam loci de vetustissimo quodam Codice anno Regni Caroli M. *XLII.* Imperii autem *IX.* conscripto, studioso lectori proponam, & liberali manu Parenti suo adseram. Sic autem inibi legitur.

INCIPIT S. ISIDORI EPISCOPI BREVIS ADNOTATIO DE CIVITATIBUS METROPOLEIS, VEL QUALES SUB SE HABENT CIVITATES.

In ITALIA, Roma, Ravenna, Gradus, Aquileia, Mediolanium.

PRIMA PROVINCIA LUGDUNENSIS habet Civitates numero V.

Metropolis Civitas Lugdunum.
Civitas Eduorum.
Civitas Lingonum.
Civitas Capillonensis.
Castrum Matisconense.

SECUNDA PROVINCIA LUGDUNENSIS habet Civitates numero VII.

Metropolis Civitas Rotomagus.
Civitas Bajocassiam.
Civitas Abrincatum.
Civitas Ebroicorum.
Civitas Sajorum.
Civitas Lixoviorum.
Civitas Constantia.

TERTIA PROVINCIA LUGDUNENSIS habet Civitates numero IX.

Metropolis Civitas Turones.
Civitas Cenomania.
Civitas Redonis.
Civitas Andegavis.
Civitas Namnetis.
Civitas Corisopitus.
Civitas Venetus.
Civitas Ossismus.
Civitas Diablentus.

QUARTA PROVINCIA LUGDUNENSIS habet Civitates numero VIII.

Metropolis Civitas Sennones.
Civitas Carnotum.
Civitas Otissiodorum.
Civitas Antricus.
Civitas Tricassium.
Civitas Aurelianis.
Civitas Parisius.
Civitas Meldis.

PRIMA PROVINCIA BELGICA habet Civitates numero IV.

Metropolis Civitas Treveris.
Civitas Mediomartis i. e. Mettis.
Civitas Lecorum i. e. Tullo.
Civitas Viriduno.

SECUNDA PROVINCIA BELGICA habet Civitates numero XII.

Metropolis Civitas Remis.
Civitas Sessionis.
Civitas Catalonis.
Civitas Veremundis i. e. Noviomacus.
Civitas Atravitum.
Civitas Camaracus.
Civitas Turnacus.
Civitas Silvanectis.
Civitas Belviaco.

Ci-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [270] - 215
PUBLIC DOMAIN

Civitas Ambianis.
Civitas Morinus. i. e. Ternacus.
Civitas Bononia.
PRIMA PROVINCIA GERMANIA habet Civitates numero II.
Metropolis Civitas Agrippina. i. e. Colonia.
Civitas Tungris.
SECUNDA PROVINCIA GERMANIA habet Civitates numero VIII.
Metropolis Civitas Moguntiacus.
Civitas Argentoratenſis, i. e. Stratburg.
Civitas Nemnetis, i. e. Spira.
Civitas Wangionum, i. e. Wormatia.
Civitas Herbipolis, i. e. Vuirzburgenſis.
Civitas Conſtantia.
Caſtrum Rubilocus, *quod* Eichſteti *dicitur.*
Civitas Auguſta Vindelicum, i. e. Auuespurch.
PROVINCIA BAJOARIORUM i. e. Noricus Ripenſis ſuper Danubium, ſive Noricus mediterranea habet Civitates numero VI.
Metropolis Civitas Juvavo i. e. Salzburch.
Civitas Regino.
Civitas Patavia.
Civitas Frigiſienſis.
Civitas Nova.
Civitas Sabionenſis.
PROVINCIA SEQUANORUM habet Civitates numero VII.
Metropolis Civitas Veſontio.
Civitas Equeſtris i. e. Aventicus.
Civitas Baſilienſis.
Civitas Vindonenſis.
Civitas Argentarienſis.
Civitas Ebrtunenſis.
Civitas Rauracenſis.
PROVINCIA ALPIUM PENNINITARUM habet Civitates numero II.
Metropolis Civitas Centronium i. e. Darantaſia.
Civitas Valenſis.
PROVINCIA MENINSIS habet Civitates numero X:
Metropolis Civitas Vienna.
Civitas Gennavenſis.
Civitas Gratianopolis.
Civitas Albenſis, nunc Vivario dicitur.
Civitas Detenſis.
Civitas Valentina.
Civitas Trecaſtina.
Civitas Vaſenſis.
Civitas Auranſicus.
Civitas Carpentoratenſis, quae nunc Vitiſca dicitur.
ITEM MENINSIS PROVINCIA habet Civitates numero IV.
Metropolis Civitas Aralas.
Civitas Maſilia.
Civitas Avennicus.
Civitas Cabellicus.
PRIMA PROVINCIA AQUITANICA habet Civitates numero VIII.
Metropolis Civitas Bituricas.
Civitas Arvernus.
Civitas Rotenſis.
Civitas Albienſis.
Civitas Catuſca.
Civitas Limodium.
Civitas Cabalium.
Civitas Vellaborum.
SECUNDA PROVINCIA AQUITANICA habet Civitates numero VI.
Metropolis Civitas Burdegala.
Civitas Agemmenſis.
Civitas Equolinſis.
Civitas Santonis.
Civitas Pictavis.
Civitas Petrocorio.
PROVINCIA NOVA POPULARIA habet Civitates numero XII.
Metropolis Civitas Eloſacis i. e. Auſtius.
Civitas Aquinſis.
Civitas Latcoruntis.
Civitas Conſoramnis.
Civitas Boatius.
Civitas Beranenſis.
Civitas Aturinſis.
Civitas Vaſatecas.
Civitas Turbaudis.
Civitas Elorona,
Civitas Eloratis.
PRIMA PROVINCIA NARBONENSIS habet Civitates numero VIII.
Metropolis Civitas Narbonas.
Civitas Toloſatis.
Civitas Agatenſis.

Ci-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [271] - 216
PUBLIC DOMAIN

Civitas Magalonenſis.
Civitas Biterenſis.
Civitas Nemonenſis.
Civitas Lutuvenſis.
Caſtrum Utienſe.

SECUNDA PROVINCIA NARBONENSIS habet Civitates numero VII.

Metropolis Civitas Aquenſis.
Civitas Aptenſis.
Civitas Regenſis.
Civitas Forojuli.
Civitas Vapcenſis.
Civitas Segeſtino.
Civitas Antipolitana.

PROVINCIA ALPIUM MARITIMARUM habet civitates numero VIII.

Metropolis Civitas Ebrodunum.
Civitas Viennenſis.
Civitas Rigomanenſis.
Civitas Solinenſis.
Civitas Sunitienſis.
Civitas Clunatecas.
Civitas Celmenenſis.
Civitas Vinſintenſis.

Hactenus membrana Schobingeri, in qua non eo infitias, multa quoque parum emendate poſita, ut ſunt illa in (*o*) quae de vetuſto ſcribendi more (*o* pro *u*) enata ſunt, littera (*m*) poſt ibi ab imperito exſcriptore detracta, quod vitium frequens eſſe in hujus aetatis Codd. norunt ii, qui libros ſcriptos terunt. Etiam quorundam nominum explanatio non ejusdem videtur auctoris eſſe. Caeterum ſcita admodum & utibilis eſt haec notatio, nuspiam enim aliunde Romanarum provinciarum diviſionem antiquam adſequi melius poteris, quam ex iſta Epiſcopatuum diſtributione. Cur duae Germaniae dicantur, cur item duae Belgicae apud Sidonium, Gregorium, Adonem, Witichindum, Helmoldum, Helinandum & alios, quis recte vidit? Id hinc discas licet, nam id in antiquitus conſtitutis Epiſcopatibus obſervatum eſt cum ſtudio, ut Archiepiſcoporum in Eccleſiaſticis, quae Praeſidum Provinciarum in Secularibus & Politicis Jurisdictio & auctoritas eſſet. An verò à Conſtantino M. id praeſtitum ſit, quod Guillimannus noſter de Reb. Helvet. lib. 1. c. 2. pollicetur evincere, mihi non liquet, ſed ſi quid pronuntiandum ſit, negantium pars verior videtur.

Et juxta Metropolium Civitatum numerum] Ita ex Vet. libr. reſcripſimus, idque recte atque ordine nos feciſſe, de ſuperiori notatione vero vincitur, veteris inquam libri ductu, qui habet *Metripoliorum civitatum*, ut mox illico: *Nomina vero Metropoleorum Civitatum*; neque hanc lectionem eſſe contemnendam, ex ejusmodi notationis titulo liquet, qui habet: *Adnotatio de Civitatibus Metropoleis*, ἀντὶ τῶν Metropolibus.

Mediolanium] Hanc veram eſſe Urbis orthographiam, perpetuus & conſtantiſſimus veterum librorum conſenſus & Graecorum minime ſpernenda auctoritas docet. Nec obſtat Poëtarum licentia, ut Guntheri & Erici Monachi, ſtudent enim verſibus magis, quam nominum veritati.

Forum Julii] Sigebertus addit: *quae & Aquileia.*

Gradus] Gotfridus Viterbienſis Chron. part. 17. *In Aquileia vero Paulus erat Patriarcha, qui metu Lombardorum ad Gradum, i. e. Venetiam, cum omni theſauro Eccleſiae ſuae, & cum ſupellectili confugit.* Blond. Ital. Illuſtr. in Forojulii: *At in maritimis eſt ſtagnis circumfuſa Gradus Inſula, alter Venetiarum regionis & Urbis limes, in quam, & in hiſtoriis, & ipſa in Venetiarum deſcriptione ſaepe numero diximus, Aquileienſes patria profugos ſeſe cum opibus & ſacra ſupellectili recepiſſe, & urbem aedificaſſe Gradenſem, quam pluries dirutam, reaedificatamque tandem, pauci nunc inhabitant.* Monachi tres iſtas Urbes, Aquileiam, Venetias, Gradum temere confundunt.

Juvanum quae & Salzburg] Impreſſi Codd. *Vivanum quae & Salzburgum*, peſſimo exemplo, quo & apud Marianum ſimiliter corrupte Vivanum; propius accedit ſcriptura Sigeberti, qui *Juvanum quae*

& Salzburg. Puto eam esse, quae aliquoties in Annal. à Pithoeo editis vocatur *Salz*, villa regia à Sala fluv. praeterfluente.

Senones] Sigebert. & Notat. *Senonis*, sic & post *Turonis* legitur apud eundem Sigebertum.

Treveri] Legendum ex Mariano, Sigeberto & Notat. *Treveris*, (*s*) finale absumtum est ab initiali sequentis vocis, quod celebre mendum est in Scriptoribus; nec uspiam aliter unquam urbs illa scribitur.

Vesontium] Marianus *Vesuntium*, scripti libri *Veforicio*. Scribendum ex Sigeberto & notatione *Vesontio*. Robertus de monte Append. ad Sigebert. *Fridericus Imp. Alamannorum ducit filiam Wilhelmi Comitis Mastovensis, & cepit cum ea civitatem Vesontionem & alias multas, quas Pater ejus tenuerat de Duce Burgundiae.*

Remi] Ita Vet. libr. & Sigebertus, apud Marian. vero & in Notat. *Remis*.

Arelas] Ita MSS. & Sigebertus, Mar. Scot. *Areles*, Notatio *Aralas*, editi libri *Arelatum*, qui omnes hinc sunt emendandi. Ipse Marian. libr. 2. anno 729. *Carolus Burgundiam petens Arelatem, Lugdunum & civitates reliquas suae ditioni subegit.* Fors fuat & apud Sigebertum ita legendum anno 471.

Tarantasia] MS. *Darentasia*. Notatio *Darantasia*. Sigebert. *Tharentesia. Tarentasia* in testamento Caroli, sic *Daventria* & *Davantria* Adam. p. 28. ex Vit. S. Rabbodi.

Bituriges] Sigebert. *Bituricae*.

Aut voluntariam secularium rerum carentiam] Hanc lectionem temere abduxere librarii, quam ex Vett. libr. reduxi, cui confirmandae est, quod Marianus, qui Einhardum suo sibi testimonio transcripsit, ita loquitur: *vel usque ad obitum ejus, vel usque dum vellet carere, in usu quotidiano haberetur.*

Fulcra] Optimus ille Schobingeri codex, quem toties laudo. *Filtra*. Sic Hiringus Lector in Vett. Charta traditionis sub Hilderico Rege, cui Pipinum successisse, initio hujus libri Einhardus tradidit, scripta: *Et accipimus ab hac Ecclesia, & Abbate Otmaro, ut ejus Monachis pretium adtaxatum, h. e. auro & argento solidos LXX. & cavallos V. cum saumas, & rusias & filtros cum stradura sua ad nostrum iter ad Romam ambulandum* &c.

Sagmata] Σάγμα thecam scuti & aliorum armorum interpretantur Pollux, Hesychius, Etymologus, Suidas, Phavorinus, Aristophanis & Aeschyli Scholiastae; Ille praeterquam ad Vespas, etiam in Acharn. ad illum versum:

Τίς Γοργόν' ἐξήγειρεν ἐκ τῆ σάγματος

scribit ἐκ τῆς θήκης τὰ ὅπλα, ὁ καλεῖται σάγμα, σάγη γὰρ τὸ ὅπλον. Καὶ πανσαγία ἡ πανοπλία. An ergo hinc emendandus Isidorus Origin. lib. ult, c. ult. *Sagma*, quae corrupto vulgo dicitur Salma, à stratu sagorum vocatur, legendumque *Sagarum?* Non puto, & sequentia renuunt. Unde & Caballus sagmarius, mula sagmaria, quod certo de armis intelligi nequit. Reperiuntur illae locutiones apud Lampridium in Eleagabalo, ut Coelius Rhodiginus docuit in Antiq. Lection. Sagma itaque apud Isidorum significat stratum equi, quomodo & heic accipi puto, & apud Interpret. Bibliorum Levit. xv. *Sagma, super quod sederint, immundum erit.* Est vero Σάγμα à verbo σάττω, unde compositum ἐπισάττειν ἵππους, ὄνους, καμήλους, apud Xenophont. & Herodotum & Septuag. Interpp. pro insternere, atque adeo apud eundem Xenophont. Herodotum pro onera imponere. Hinc posterioribus Romanis Sagmarii equi, muli, cameli &c. dicti sunt, qui onera portarent, commeatum, instrumenta belli, familiam &c. Veteres uno verbo vocabant *animalia Veterina.* Veget. lib. 2. cap. 11. Vopisc. in Aurelio. *Torquem brachialem & annulum adponat, equum sagmarium suum* &c. *fricet.* sic legendum puto, vulgo *saginarium*, quomodo etiam perperam impressum est in glossis Cyrilli. In veteribus Schedis sagum exponitur *sella i. e. ephippium. Sagum est sella quae equo imponitur cum stapedibus,* Stapedes vocat (ut

(ut hoc obiter moneam) qui in Vett. Inscript. *Stapiae*. In Gloss. Accursii memini me hanc legere Inscriptionem:

PES HAESIT STAPIAE ATQUE
ITA LACERATUS AB EQUO

Adam. Brem. p. 57. Strepa, lege Stepa, vulgo *Stegreiff*.

Capellam i. e. Ecclesiasticum ministerium] Aimoin. p. 252. Rein. p. 77. b. Gregor. Turon. in Hist. Franc. MSS. c. 24. *Childebertus vero inter reliquos thesauros ministeria Ecclesiarum detulit de vasis Salomonis pretiosissimis sexaginta calices, quindecim patinas, viginti capsas Evangeliorum ex auro purissimo, gemmario opere caelatas pulchre ornatas, ille enim noluit ea confringere, totaque per Ecclesias dispensavit, distribuens cuncta Ecclesiis.* Sed ἐυχηκα locum apud Helgaldum fol. 74. num. 7. & Sugerium fol. 34. n. 14. & ἐυχηκα apud Canisium tom. 1. p. 362. in fin. de Cappa, & tom. 2. p. 395. in fin. lege *& capellam Episcopi*, quem locum Canisius corrigit.

Similiter & de libris] Marianus: *Pretium librorum suorum, quorum magnam in Bibliotheca sua copiam habuit, pauperibus erogare praecepit.*

In pauperes erogatum] MS. *in pauperos*. Irenaei interpres lib. IV. adverss. haeres. cap. 34. *Majorem spem habentes vidua illa & paupera hic totum victum suum mittente in gazophylacium Dei.* Est imitatio Plautina & Terentiana, quam vero minus probat Varro lib. VIII. Sed archaismorum Einhardus non est insolens, cum & unae, aliae, pro unius, alius, saepe inflectat.

Subtili ac minuta figuratione complectitur] Sic supra ex Vet. libro emendavi: *Romanae urbis effigie figurata est*, qui tamen idem ipse pro figuratione heic legit *operatione* (Hildebert. Turonens. Epist. ad Honorium Papam: *Ideo cumulatis precibus exoro, ne vos Reverende Pater praesens scriptum exasperet, aut velitis de necessitate praesumtionem figurare*, forte non male MS. Sic Adamnanus de S. locis ex revelatione S. Arculfi lib. 1. c. 1. *Nunc Sarraceni quadrangulam orationis domum, quam sub rectis tabulis & magnis trabibus super quasdam ruinarum reliquias construentes, vili fabricata sunt opere, ipsi frequentant.*

Atque haec ad Einhardum muginatus sum opera festina & tumultuaria, poteratque hoc satis esse, si ratio voluminis id perpeteretur, quae me ut proporro pergerem, quod occaepi pertexere, formamque libro justiorem quaererem, adegit. Et curae quoque pretium videtur antiquas Francorum & Alamannorum h. e. patrias res penitius pervidisse, in queis pudor est dicere, vel magnorum virorum oculos caecutire cerneres, ad quorum illustrationem & paucas superiorum notationes, & quantum potest brevissimas apponam.

FINIS.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [274] - 219
PUBLIC DOMAIN

DE STATURA CAROLI MAGNI IMPERAT.

ΦΙΛΟΠΟΝΗΜΑ

Viri Illuſtris

MARQUARDI FREHERI,

JC. & Polyhiſtoris celebratiſſimi,

cum Florum ſparſionibus & notis

HENRICI GÜNTERI THÜLEMARII.

HENR. GÜNTERUS THÜLEMARIUS

Lectori benivolo

S. P. D.

Quantus Vir MARQUARDUS FREHERUS fuerit, ſi non ex ſplendido Conſiliarii & Dicaſterii Vice-Praeſidis munere (quo in Aula Electorali Palatina jam olim magna cum laude functus eſt) pateſceret, vel conſtare poſſet ex variis ejus ſcriptis, quibus jus, tam publicum, quam privatum, hiſtoriam, rem monetariam, aliaque antiqua illuſtravit, omniumque, qui ſunt τὸ ἀμείνων πηλοῦ, applauſum & praeconium meruit. Egregios inter ingenii foetus, quibus hic Vir πολυμαθέστατος poſteritatem ſibi devinxit, non ultimo ponenda loco curioſa & elegans de STATURA CAROLI M. IMP. Diatriba, quam olim in tabernis librariis fruſtra quaeſitam à Praeceptore noſtro

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [275] - 220
PUBLIC DOMAIN

in Academia Salana exoptatissimo D. Joh. Strauchio, *JCtorum & Polyhistorum hujus tempestatis primicerio, νῦν ἐν μακαρίταις, dono tandem acceptam, tuo H. L. commodo, cum* florum sparsionibus & notis *quibusdam subitariis* ἐν τῷ παρόντι *evulgamus. Nec tibi institutum hoc nostrum displicebit, si consideraveris nullum fere istius eruditi* φιλοπονήματις *venum amplius extare exemplar, eamque ob causam diu à multis Viris Clarissimis novam editionem anxie desideratam esse. Si boni hunc conatum, ut confido, consulueris, brevi* tractatui nostro Juridico Philologico *de MISSILIBUS & MEDALIONIBUS additam videbis ejusdem* Freheri *Expositionem Constantini Palaeologi Imperatoris Byzantini Numismatis grandis & argentei. Cui geminum (licet non argenteum, sed aereum) possidet Illustriss. Comes de Lazara, Academiae Recuperatorum Princeps, omnisque antiquae eruditionis gazophylacium (ceu illum ejusdem Academiae membrum nobilissimum, Virum undiquaque Celeberrimus Dn. Christoph. Arnoldus, Fautor & Amicus noster aestimatissimus, in literis amoebaeis d.* 17. *Januarii hujus anni Noriberga ad nos datis appellat) cujus ectypon aeri incisum nuper orbi literario communicavit Vir maximae doctrinae & inexhaustae lectionis* D. Carolus du Fresne *in accuratissima* dissertatione de Impp. Constantinop. numismatis tab. 4. *Hisce Vale L. C. & rem tuam gere feliciter. Scrib. In Museo d.* 18. *Octob. anno aerae Dionysianae* 1680.

* * *

Si digna res speculatione & cura habita Pythagorae, summo Philosopho longitudinem Herculani corporis è plantae ejus indicio indagare, ut Plutarchus & Gellius tradiderunt: cur non & de Celtico Hercule idem inquirere nobis pretium operae videatur? Ita enim vocare liceat illum omnis Germaniae Galliaeque Dominum, & multarum ferocissimarum gentium non tam domitorem quam pacatorem, emollitorem & institutorem; cui tertio à Pompejo & Constantino MAGNI cognomen res gestae pepererunt, ut quemadmodum veterum aliquis [a] Herculem velut AFRICANUM quendam inter Deos habitum, eleganter ludit; ita nos Martem ipsum, velut CAROLUM quendam inter superos fuisse, dicere possimus. Et hunc quidem cum oris quadam eximia dignitate, & quam Euripides vocat εἶδος ἄξιον τυραννίδος, tum imprimis non vulgari corporis statura & proceritate fuisse, non magis vulgo creditum, quam etiam consensu à scriptoribus traditum videmus: & cum omnia in eo magna fuerint, neque hoc ornamentum ei defuisse, satis credibile videtur. Non tamen ut prodigiosae altitudinis longurionem aliquem nobis fingamus, ceu Goliathem Philistaeum, aut Maximinum Thracem: sed ut heroicae staturae virum Principem in bellace populo Francorum, qualis olim inter Danaum primos

——— praestanti corpore Turnus
Vertitur arma tenens, & toto vertice supra est.

[a] *Lactant. lib.* 1. *c.* 9.

vel potius qualis in populo ſacro Rex & unctus Domini, [a] *ab humero & ſurſum eminens ſuper omnem populum.* Huic enim noſter itidem unctus Carolus, alias ſuo aevo ab eruditis [b] Davidi aſſimilatus, hac quidem parte conferri poterit. Nominatim vero Eginhardus, qui non tantum σύγχρονος, ſed inſuper ejus alumnus & domeſticus ſcriba fuit, & θρεπτήριον ei perſolvit, vitam defuncti deſcribendo immortalem reddens, teſtis ut αὐτόπτης ita ἀξιόπιστος ita refert: *Corpore fuit amplo atque robuſto, ſtatura eminenti, quae tamen juſtam non excederet: nam ſeptem ſuorum pedum proceritatem ejus conſtat habuiſſe figuram.* Qui quidem ſummus eſt modus adoleſcendi humani corporis ſecundum [c] Varronem. Sed quia *pedum ſuorum* ait, non Romanorum aut Graecorum, nihil hinc certi confici poteſt. Hoc cogitemus interea, ſi publica lege [d] in caſtris & delectum habendo, Romani juſtam ſtaturam legendi tyronis militisque tenuerunt quinque pedes cum ſeptem unciis uſualibus; & hoc ſervatum eſt in brevitate (ut Vegetius alibi loquitur) Romana: quid officina illa gentium,

Et ſtupefacta ſuos inter Germania partus,

quid Gothia, quid Francia & Burgundia (cujus alumnos *Septipedes* Sidonius aliquoties facit) producere potuerit, quid de eis non credere debeamus, quid de Rege eorum, eoque cognomento *Magno*? utut hoc aevo mirum nimiumque videri alicui poſſit, quo

Terra malos homines nunc educat atque puſillos.

Sed ad rem. Habuiſſe Carolum noſtrum virgam auream, ſtaturae ſuae certiſſimum modum, teſtis eſt Sangallenſis quidam Monachus, aevo paulo poſterior, ſed qui ſua è relatu Adalberti cujusdam (qui Hunico Saxonicoque & Slavico Caroli bello interfuerit) ejusque filii Werenberti Sacerdotis, hauſiſſe ſe profitetur. Is inter alia refert, [e] eo ambitionis primarium quendam Germaniae Epiſcopum veniſſe, *ut virgam auream incomparabilis Caroli, quam ad STATUM SUUM fieri juſſit, diebus feriatis vice baculi ferendam, ille pro Epiſcopali ferula improbus ambiret.* Quo loco ante omnia notari velim, *ad Statum ſuum* nihil eſſe aliud, quam ad ſtaturam ſuam. Ita enim & alius Scriptor Francicus duobus locis loquitur. Gregorius inquam Turonenſis lib. 4. cap. 24. *Celſum virum procerum ſtatu, in ſcapulis validum, lacerto robuſtum.* Et Fredegarius, ſive quisquis eſt ejus continuator cap. 51. *ille haec audiens, ad Gundebergam ſecretius ait: Formam ſtatus mei laudare dignata es.* Dixerat enim illa ibidem: *honeſta ſtatura Adalulfum fuiſſe formatum.* Quae ſufficiant. Deinde obſervatu dignum fuerit, σκηπτούχους Reges ejus temporis non brevia velutique Comica (ut ita dicam) ſceptra manibus verſaſſe, ſed praelonga & ſibi ipſis plerumque fere paria, & haſtis quam ſceptris aut ſcipionibus ſimiliora traxiſſe: qualem quirin Quirinus vibraſſe legitur, qualis in manibus Antoninorum Caeſarum aliorumque conſpicitur, qualem Ottoni tertio

a 1 *Reg. c.* 9. b *Novus David Alcuino paſſim in Epiſtolis.* c *Ex eo Gellius lib.* 3. *c.* 10. *& Solinus ex Plinio l.* 7. *c.* 16. d *Veget. I. c.* 5. *l.* 3. *C. Th. de tyron. Cujac.* 21. *obſ.* 5. e *Lib.* 1, *c.* 19.

tertio Imp. geſtatam in ſigillo ejus conſpicio: qualem denique varia in nummis [a] Numina, Divi Divaeque pro divinitatis ſigno, & ipſe adeo olympi Rector, Stator Vindexque Diespiter oſtentare ſolet. Talem igitur & Carolus auream feſtis diebus ſolenniter geſtavit, quam ideo Episcopus ille pro Epiſcopali ferula, id eſt, pedo paſtorali, cambota, utpote nihilo breviorem neque minus ſibi aptam, uſurpare abſente Rege improbiuſcule affectavit.

Sed quid haec tam multa? quid ad nos dices, quid ad rem? Audi, mi lector, & crede non vana referenti: Supereſt enim inter alia, quae ex ejus ſuppellectile (vere ita dicta, quia caſtrenſe inſtrumentum, & ſub pellibus uſurpatum fuiſſe ipſo aſpectu apparet: inter quae & ſella plicatilis ferrea, opere Muſivo laborata, qualem & olim Caeſaribus de ſuggeſtu ad milites allocutionem habentibus, inſeſſam in nummis obſervamus) ſuperſunt, & in penitiſſimis cimeliarchiis Palatinis religioſe aſſervatur, talis ſive baculus ſive haſta, non ille quidem è rutilanti metallo, de quo paulo ante dictum; ſed de ſequiori alio, ut quod Marti magis amicum, ſive cuſus ſive fuſus, mediocris digiti ſpiſſitudine, literas haſce argento puro nitidiſſime inſcriptas habens, idque charactere omnino ejus aevi, qui eruditis non eſt ignotus:

KARLVS IMPR. JVSSIT CVBITV ISTV
FACERE JVXTA MENSVRAM SVAM:

charactere (inquam) aevi Francici & Carolini, qui quanto à Romanorum veteri elegantiſſimo degeneravit, tanto ſequentium ſeculorum, quibus Monachi & clerici ſoli ſcribebant, barbarie & ineptia melior tolerabiliorque videtur. Cum quo & orthographia ſive ſcribendi ratio concurrit, in ejus aevi membranis & nummis obſervanda: KARLVS item IMPR. & phraſis illa FACERE JUSSIT, apud Sangallenſem *Fieri juſſit*. Sed quid CUBITUM eſſe dicam? diverſum utique ab eo ſenſu, quo Plautus *cubitum longas literas* dicit, quae *cubitales* aliis. Quid niſi verbo ejus aevi, utut male proprio, menſurae non tam genus, quam inſtrumentrm, ceu decempedam aut perticam? Id quod me hactenus, nullo adhuc auctoris idonei loco deprehenſo, ſolus docet *Papias* lexico: *CUBITUS habet pedem & dimidium. Cubitus Geometralis ſex noſtros habet cubitos.* quod forent novem pedes, artificiales nimirum. At Carolus ſeptempedam (ita dicere liceat) ſuam ſtaturae ſuae modum, *Cubitum* nihilominus hic vocari voluit. Quod fit eadem forma, qua *Ulnam* [b] hodieque diverſis linguis dicimus, pro ipſo bacillo & calamo menſurali, magis quam genere menſurae, quae multum pro locis variare ſolet, & aliquot unciis plusve minusve continet.

Supereſt ut pedis ipſius Carolini modulum ſtatuamus, haud paulo certiore ratiocinatione quam illa Pythagorae. Ille enim ex Herculis pede cor-

a *Ap. Ant. Auguſtin. paſſim.* b *Aulne Elen.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [278] - 223
PUBLIC DOMAIN

SEMIS PEDIS CAROLINI, UNIUS E SEPTEM.

corpus fibi imaginatus eſt: nos ex corporis certa menſura, pedumque certo numero, unum facile metiemur, cubito iſto in ſeptem aequales partes diviſo. Quod fecimus accurate, & id menſurae * delegimus, cui ſcripturam ipſam incideremus, quae alias in ipſo cubito duos fere ejusmodi pedes implet. Et haec obſervatio non dubiis (ut videtur) argumentis innixa, pudorem etiam imponet turpiculo fabulatori, qui Turpini Remenſis Epiſcopi nomine circumfertur; qui velut id negotii ſibi datum ratus, ut vel Antaeum vel Typhonem aut Cyclopum aliquem nobis deſcriberet, inter alia omnia portentoſa, neque in numero pedum neque quantitate modum tenere potuit: *Statura ejus* (inquit de geſt. Caroli M. cap. 20.) *erat in longitudine octo pedum ſuorum, ſcilicet qui erant longiſſimi.* Iſte enim Carolinus nihil adeo inſolens, vaſtum, extraordinarium habet: ſed omnino ei reſpondet, quem medium inter Romanum ordinarium & Barbaricum quendam majorem, poſtremorum temporum (ut ait) creditum nobis ob oculos poſuit, qui hoc argumentum ex profeſſo tractavit vir eruditiſſimus Lucas Paetus JC. Romanus: atque adeo ad unguem convenit cum pede Auguſtano, quem ipſum Leonhardus à Portis ſcripſit mere Romanum eſſe, cujusque Schema extat apud Glareanum [a] & Welſerum *rerum Aug. Vind. lib.* 4. *fol.* 70.

Quae res facit, ut neque de barba Caroli, palmi ſcilicet longitudine, eidem Turpino temere fidem habendam putem: cum quidem Eginhardus, non paulo locupletior teſtis, qui corpus, ſtaturam, apicem capitis, oculos, naſum, caniciem, faciem, cervicem, ventrem, pedes, inceſſum, vocem Caroli accurate deſcribit, barbae nullam mentionem faciat, non omittendae, ſi qua vel laude vel nota digna fuiſſet. Et hac etiam parte non poſſum diſſentire à ſummo Viro, neque ſolum in Auguſtana republica ſed in omni regno literario ſummo & eminentiſſimo (quod elogium pro nomine eſſe poteſt) qui de hac re ita ad me nuper ſcripſit. *Ego plurimorum praejudicia non veritus, in ea ſum haereſi, Carolum barbam non paviſſe; ſaltem prolixam illam, qua plerumque exornatur, ad eum nihil pertinere. Certe Eginhardus ejus non meminit: & eſt apud me moneta Carolina, vetus niſi fallor, cujus ectypon mitto, puro mento. Non nego fieri potuiſſe, ut interdum tonſoris negligentia mentum & labra pili nonnihil inumbrarent: hac enim ſpecie Romae in Muſivo opere illius aetatis conſpicitur. Sed prolixam & ſquallidam barbam abominor.*

a *De aſſe fol.* 8.

H. G.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [279] - 224
PUBLIC DOMAIN

H. G. THÜLEMARII

Florum ſparſiones & Notae.

De ſtatura] In civitatis imperialis Goslarienſis templo hodienum oſtenditur Henrici Aucupis Imp. ſella lapidea, ſcipio & pecten, ex quibus non minus, quam aurea iſta Caroli M. virga modus corporis ipſius colligi poterit. Gryph. *de Weichb. c.* 70. n. 6.

Caroli Magni] Hic filius fuit Pipipini, cognomento Parvi ſeu Brevis, Majoris Domus in Gallia, & Bertae ſeu Bertradae (uti vocatur ab Eginhardo *in vit. Caroli M. p. m.* 23.) Heraclii Conſtantinopolitani Caeſaris filiae. Obiit anno Chr. 814. aetatis 72. ac eodem, quo deceſſit die, Aquisgrani in templo B. Virg. à ſe conſtructo ſepultus, cum ſequenti in arcu ſuper tumulum deaurato cum imagine erecto, elogio: *Sub hoc conditorio ſitum eſt corpus Caroli Magni atque orthodoxi Imperatoris, qui regnum Francorum nobiliter ampliavit, & per annos* 47. *foeliciter tenuit, deceſſit ſeptuagenarius anno Domini* 814. *indictione VII. V. Calend. Februarii*, uti refert Eginhardus *vit. Car. M. p. m.* 35. Caroli M. ſepulchrum Otto III. & Fridericus I. Impp. refodi curarunt & inſpexerunt, ſi credimus *Tilmanno* & *Godefrido* monachis. vid. Petr. ab Andlo *lib.* 1. *de Imp. Rom. cap.* 14. Eundem Carolum M. ad deſiderium Friderici I. Imp. anno 1166. Sanctis à Papa adſcriptum, feſtumque ejus diem 28. Jan. celebrem eſſe, fide Auberti Miraei *in faſtis Belg. p.* 48. narrat Mart. Zeiler. *cent.* 6. *epiſt.* 6. Claud. Fauchet *Hiſt. de Franc. p.* 566. idem de Carolo M. adſerit verbis: *ſa memoire* eſt demeurée ſaincte, *à l'endroit de pluſieurs Rois venus depuis, comme* Frideric Empereur, qui le fit canoniſer & ſanctifier: *& même Louis unziesme de ce nom Roi de France, ordonna que ſa feſte ſeroit celebrée: envoyant gens par les villages, commander de ne travailler ce jour, ſur peine de la vie.*

In Germania eum natum eſſe, omnes uno ore adfirmant Scriptores. Sed quemadmodum olim, teſte Agellio *N. A. l.* 3. *c.* 11. & Cicer. *orat. pro Archia*,

Septem urbes certant de ſtirpe inſignis Homeri.
Smyrna, Rhodus, Colophon. Salamin, Chius, Argus, Athenae,

(qui verſus metro Germanico ita non male ſonant:

Smyrna, Rhodus, Colophon, Athen und Salamin,
Und Chius, Argus auch, die zancketen ſich vorhin,
Wer dieſn Dichter Prinſ Homerum in der Wigen
Mit einem Thränen-Guſshätt erſtmahls ſehen ligen.)

ſic etiam omni tempore de loco ejus natali maximus fuit diſſenſus.

Jean de Serres *inventair. Franc. pag.* 248. contra omnium authorum mentem *Wormatiae* eundem natum eſſe ſcribit, Petrus à Beck *de Aquiſgrano capit.* 3. nativitatis locum facit *Jopillam* prope Leodium teſtibus Franc. Iren. *ad Burgold. p. m.* 67. Clariſſ. Dn. Chriſt. Weiſio *diſc. pol. de Carol. M. c.* 2. *n.* 1. Plurimi ex Germanis & Gallis *Ingelheimum*, in ditione Sereniſſ. Elect. Palatini. Quidam *Fruximum* teſte D. Jac. And. Cruſio. Amico noſtro, dum in vivis eſſet, honoratiſſ. *comm. dipl. Car. M. ad Trutman. verb. Carolus.* Aliqui *Leodium* Cruſius *d. loc.* Alii Aventinum *l.* 4. *Annal. Boj.* ſecuti, adſerunt illum primam adſpexiſſe lucem in Bavariae ſuperioris arce, ſupra Monachium 15000

pasſibus ſita, quae inde *Carolobergomum* (h. e. Mons Caroli, *Carlsberg*) dicitur. In ſubſidium allegant famam à longo tempore conſtantiſſimam, & antiqua hanc in rem Bavarorum carmina. Addunt: ejusdem Carlsbergae incolas hodienum Regiam ſuperiorem, velut tanti Imperatoris incunabula, monſtrare, ac tantum non venerari ſolere.

Clariſſimus Fuldenſium Scriptor Chriſtoph. Browerus *in antiquitat. Fuldenſib. l. 3. c. 2.* primus produxit ex tabulario Fuldenſi donationum chartas Caroli M. quibus provinciam circa fluvium *Unſtrudt* in Thuringia *terram conceptionis ſuae* appellat. Verba iſtius donationis ita habent: *Terram conceptionis noſtrae, hoc eſt, totam comprovinciam circa fluvium Unſtrudt, ipſamque chortem noſtram in Vargalaha, cum omni proprietate, ſicut eam à parentibus noſtris accepimus, donamus.* Addo hac de re ex Dni. Winckelm. *Chron. Lat. Haſſ. MS. lib. 1. c. 4.* priſcorum hominum relationem ſequentem: *Ferunt priſcae aetatis homines Pipino, cum illic una cum S. Bonifacio in eadem chorte* (Vargalaha) *degeret, divinitus innotuiſſe, ſe Magni Caroli, id eſt, fidei olim propagatae & rerum geſtarum magnitudine clariſſimae prolis fore parentem. Monſtratumque locum juxta molam, in quo Carolum narrabant exorſum primordia vitae ſuae.*

Hinc diſtinguit Joh. Limneus *additione ſecunda ad lib. 1. jur. pub. c. 5.* inter locum conceptionis & nativitatis. Illum eſſe, inquit, *Vargalaha* ad flumen Unſtrudt.

Cui pollicem premit ſolertiſſimus & accuratiſſimus antiquitatis Germ. ſcrutator Dn. Joh. Juſt. Winkelman, Conſil. Luneb. & Haſſ. digniſſ. Fautor & Amicus noſter aeſtim. & *Vargalahae* Carolum conceptum, *Ingelbemi* autem hunc in mundum editum fuiſſe dictitat: idque infallibilibus ſe documentis in *Chronico Haſſiaco Latin. MS.* futura aeſtate prelum ſubituro, *l. 1. c. 4.* probaſſe, πρὸς τόμα mihi pridem aperuit.

Ego, licet à poſtrema non plane abhorream opinione, in re tamen adeo obſcura nihil definio, ſed Eginhardi (qui ſe Caroli Magni alumnum & ſcribam adjuratum fuiſſe profitetur) verba ſequentia *ex vit. Car. M. p. m. 7.* adduxiſſe ſatis habeo: *De cujus* (Caroli) *nativitate atque infantia vel etiam puericia, quia neque ſcriptis usquam aliquid declaratum eſt, nec quisquam modo ſupereſſe invenitur, qui horum ſe dicat habere notitiam, ſcribere ineptum judicans, ad actus & mores, caeteraſque vitae illius partes explicandas ac demonſtrandas omiſſis incognitis tranſire diſpoſui.*

Magna etiam inter Scriptores contentio eſt de numero *Sororum* Caroli hujus Magni dum quidam illarum tres, quidam quinque, aliqui quoque ſeptem numerant. Sed iſtos valde hallucinari, vel ſolus Eginhardus, rerum harum callentiſſimus, cujusque fidem & integritatem cuncti depraedicant Vid. ὁ πάνυ Conring. de *orig. jur. Germ. c. 13. p. 51.* (de illo enim Jo. Trithemius *de vir. illuſtr. c. 84.* teſtatur, quod ſcripſerit res Caroli tanto veracius, quanto adhaeſit ei familiarius) docebit, qui unicam Carolo M. fuiſſe ſororem, & quidem monialem (quae Joviano Imp. *ſacratiſſima* audit *virgo* in *l. 5. C. de Epiſc. & cler.*) aſſerit, *in vit. Carol. M.* dicens: *Erat ei UNICA SOROR GISLA nomine, à puellaribus annis religioſae converſationi mancipata. Quam magna pietate ſimiliter ut matrem coluit. Quae etiam paucis ante obitum illius annis in eo, in quo converſata eſt, monaſterio deceſſit.*

Haud juvat illos Epitaphium marmoreum, (inter epitaphia Pantaleonis Candidi teſte Joh. Gryphiandro *de Weichb. Sax. c. 4. num. 9.* editum) quod Treviri in S. Maximini monaſterio in chori ſolo ſtratum reperitur, hac inſcriptione: ADA ANCILLA CHRISTI SOROR CAROLI MAGNI.

Non negamus quidem monumentis & inſcriptionibus multum à Jureconſultis deferri vide *DD. in l. 6. Cod. de relig. & ſumt. funer.* Trentacinq. *reſol. lib. 2. tit.*

2. *tit. de probat. reſ.* 6. Jac. Menoch *lib.* 2. *praeſumt.* 59. attamen etiam ſciendum eſt infirmo eorum fidem tibicine quandoque niti: quod ad oculum oſtendit Frid. Tileman. Prof. Witteb. *in diſc. philoſ. fol.* 190. ejusque rei Alb. Crantz. *Sax. lib.* 4. *c.* 13. & Excell. D. Jo. Frid. Rhetius *diſp. de ſtatuis Roland. c.* 1. *n.* 13. *ſeq.* exempla habent.

Dubitari adhuc poſſet an iſto in Epitaphio integra inſcriptio, prout à Pantaleone Candido refertur, extet? Forſan ita ſonat: ADA ANCILLA CHRISTI SOROR CAROLI, ut ſermo ſit de alterius Caroli, quam Magni iſtius, ſorore. Potuit namque contingere, ut Pantaleon vel quis alius, qui ipſi hanc ἐπιγραφὴν communicavit, vocem MAGNI de ſuo adderet, quod putaret de Carolo praeciſe Magno lapidem ſepulchralem intelligendum eſſe.

Hujus rei noviſſimum ipſe offendi exemplum, in Viro quodam pluribus doctiſſimis ſcriptis Celeberrimo, & cui pol pectus ſapit, qui fidem habens narrationi ſibi à quopiam factae, in eruditiſſimo quodam libro ante octennium edito, inſcriptionem Arcis Hornenſis in Comitatu Lippiaco ſitae, Germanicam, & quidem talem adfert, qualis ibi non viſitur. Sic autem illam inſcriptionem lapidi characteribus tunc uſitatis inciſam, & parieti dictam ante arcem inſertam anno 1673. menſe Octobr. ipſe praeſens legi: BERENHARDUS NOBILIS VIR DNUS LIPPENSIS HANC DOMUM CONSTRUXIT ET COMPLEVIT ANNO DOMINI M CCC XLIIII.

Sed eſt non nemo, qui ut à Gryphiandro in *tract. de Weichbildis Saxonic.* erudite exploſum commentum recudat, Rulandumque Caroli M. ex ſorore nepotem facere poſſit, ad locum Eginhardi *ſupra n.* 8. allegatum nuper *in diſſ. de Roland. Coloſſ.* reſpondet: exinde non ſequi Carolum, *praeter unicam Gislam, ſorores non habuiſſe*, ſed illud ſaltem: *unicam Gislam ſacris mancipatam fuiſſe.* Aſt huic V. Cl. obſtaculum, quod ſibi ipſi ibidem movit, tanquam firmiſſimum argumentum reponimus: *Adam* (de qua heic n. 9.) *fuiſſe ancillam Chriſti, ergo religioni mancipatam, & conſequenter quoad ſtatum ſorori Gislae aequalem, adeoque interpretationem illam de unica ſorore Caroli religioſa corruere.*

Nec deſperatae cauſae medetur reſponſio, quam ibidem adfert: ſcilicet non omnes, quae ſcribuntur ancillae Chriſti, eſſe moniales. Scimus equidem ex *l.* 7. §. 2. *ff. de ſupell. leg.* verba valere uſu ut nummos, & vetuſtis temporibus *Virginum* atque *ancillarum Chriſti* nomine ſemper religioſas veniſſe. Quod ſequentia probatum dabunt. Epitaphium Hildegardae (quae fuit Imp. Ludovici Pii filia, & monaſterii foeminarum vulgo *Fraven-Munſter* in Tigurina civitate prima Abbatiſſa) hujusmodi in S. Galli coenobio, teſte Joh. Guil. Stuckio *in Carolo Magno redivivo p m.* 5. repertum eſt: X. *Kl. Jan. Hildegarda VIRGO CHRISTI D. Ludovici regis filia de hoc ſeculo migravit ad Chriſtum. Et humata eſt in Eccleſia S. Regulae & Felicis, Martyrum Chriſti in Thurego.*

Hic jacet in tumulo Chriſti *digniſſima*
Virgo
Hildegarda, *nitens moribus egregiis.*
Haec fuit eximii Ludovici filia regis,
Mentem ſponte ſua voverat illa Deo.
Bis denos octo vitae compleverat annos,
Migrans ad ſponſum Virgo *beata ſuum.*

Quoniam autem eruditus ille Vir monumentis talismodi publicis multum fidei tribuit, neceſſe etiam eſt, ut hoc Epitaphium admittat. Notum namque eſt ex *l.* 7. *C. de teſtib.* quod teſtimonium ſemel probatum in eadem cauſa poſtea reprobari nequeat.

Ancillas Chriſti vel Dei antiquitus nihil aliud quoque, quam ſanctimoniales (quae etiam Nunnae dicuntur vid Car. du Freſne *Gloſſar. Latino-Barb.* & Martin. *Lexic. V. Nonna*) ſeu religioſas foeminas

(quas Justinianus noster *in praefat. Novell.* 3. praedicato *reverendissimarum* dignatur) designasse, patefecit ex literis Bernhardi Episcopi Paderb. de anno 1136. ubi ex recensu Reverendiss. & Celsissimi Dn. Ferdinandi Episcopi Paderbornensis & Monast. Eruditorum Principum Phosphori *in maximae eruditionis Monumentorum Paderb. opere* & quidem *not. ad Driburgum* §. 1. ubi ita lego: *de grege ANCILLARUM DEI, quem in monte Iborg collegerat, in locum Gerdinensem transmigrante.* Aliae ejusdem Bernhardi Episcopi anno 1142. datae *de ANCILLIS DEI, quas in monte Iborg collegerat, translatis in Gerden* allegantur quoque *in monument. Paderborn. d. loc.* Ex his de asserti nostri evidentia, ceu autumamus, ἄδην constat, hinc alia loca in subsidium vocare supersedemus.

Herculani corporis] Legitur etiam apud Authores antiquos *Herculanus morbus*, ἡρακλεία νόσος qui ita nominatur, non tam (uti Aristoteles *problemate* 30. sentire videtur) quod Hercules eo aliquando laboraverit, quam ex mente Galen. 6. *epidem. in fin.* ob vehementiam & saevitiam insuperabilem, διὰ τὸ ἰσχυρὸν καὶ δυσκαταμάχητον morbi. vid. Parentis mei pl. venerandi D. Conradi Thülemarii, Archiatri Hasiaci, & Practici Veterani *Dissert. de Epilepsia n.* 2. Celeberr. Dan. Sennert. *lib.* 1. *pract. medic. p.* 2 *cap.* 31. *p. m.* 590. Experientiss. D. Melch. Sebitz. *Specul. medic. pract. tom.* 1. *part.* 2. *sect.* 2. *c.* 4. *p. m.* 272. Μανίαν eo nomine indigitatam narrat Herodianus. Elephantiasin quoque ab aliquibus ita appellatam esse testatur Aretaeus. Ἡράκλειος ψώρα (Herculana scabies) apud Suidam est δυσθεράπευτος seu curatu difficilis. De *nodo Herculano*, id est indissolubili, vid. Martin. *in Lex. etymolog. h. Voce.*

Hercule) Varro quadraginta tres Hercules recenset. Sex autem hujus nominis tantum Cicero *lib.* 3. *de Natura Deorum* & Arnobius commemorant. Ex quorum numero à Poëtis valde celebratur Jovis & Alcmenae filius, qui *Hercules Gaditanus* appellatur in nummo Hadriani Imp. quem Noribergae in cimeliarchio Nob. *Dn. Joh. Andr. Viatis* olim inspexi, vid. Matth. Martin. *Lex Etymol.* Conr. Gesneri *Onomast.* Cl. Joh. Jacobi Hofman. *Lex. univers. voce Hercules.* Ejus imaginem ex nummo aeri incisam exhibet Dn. Jac. Oisel, JC. & omni politiori literatura excultissimus Groningensium Antecessor *in thesaur. sel. numism. antiq. tab.* 44. *n.* 12.

In veteri Nummo apud Fulvium Ursinum legitur: DF. S. S. *i. e.* DEUS FIDIUS. SEMO. SANCUS. *vel* DEUS FIDIUS. SANCTUS. SANCUS. Antiqua inscriptio lapidis in Tyberina Insula ad Lateranum Templum, cum Gregorius 13. Papa rudera quaedam scrutabatur, inventi, apud. Joh. Jac. Boissardum *lib.* 3. *antiq. Rom. p.* 129. & *ult.* Gruter. *volum. inscript. p.* 95. Cl. Henr. Kipping. *lib.* 1. *antiq. Rom. c.* 3. *n.* 2. & Baronium (qui lapidem istum tempore inventionis inspexit) *annal. tom.* 1. *p.* 426. ita habet: SEMONI SANCO DEO FIDIO SACRUM SEX. POMPEJUS SP. F. COL. MUSSIANUS QUINQUENNALIS DECUR. BIDENTALIS DONUM DEDIT.

Sed quis ille *Deus Fidius*, *Semo*, *Sancusque?* Hercules est, de quo numero praeced. diximus. Id colligitur ex Varrone de ling. lat. lib. 4. *Aelius Gallus DIUS FIDIUS dicebat Diovis filius, ut Graeci διόσκορον Castorum & putabant hunc esse SANCUM ab Sabina lingua & Herculem ab Graeca.* Et Festo: *Propter viam fit sacrificium, quod est proficiscendi gratia HERCULI aut SANCO, qui idem est Deus.* qui etiam alibi inquit: *Statua ejus in aede SANCI, qui Deus DIUS FIDIUS est.*

Idem docet Ovidius *lib.* 6. *fast.*

Quaerebam Nonas Sanco, Fidione *referrem,*
An tibi Semo *pater? tunc mihi* Sancus *ait:*
Cuicunque ex istis dederis, ego munus habebo.

No.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [283] - 228
PUBLIC DOMAIN

Nomina terna *fero*, *sic voluere Cures.*

ubi *Sancus* & *Semo* Hercules dicitur, non tam proprio nomine, quam quod commune esset aliis quoque hujus generis Diis. Livius: *Bona SEMONI* SANCO *censuerunt consecranda* lib. 8. hist. De planetis vetus Poëta apud τὸν πάνυ Scalig. *lib. 2. lect. Auson. c. 19.*

Terque die ternos puro de vespere tollens,
Semonis *Dii completur circulus anno.*

ubi *Semo* non alius quam *Mercurius* est, interprete Scalig. *d. l.*

Eundem Herculem, non *Sancum* solum, sed & SANCTUM à Romanis dictum esse narrat Dionys. Halicarn. *lib. 4.* τοῦτον ἐστὶ τῶν ὁρκίων μνημεῖον ἐν Ῥώμῃ κείμενον ἐν ἱερῷ Διὸς Πιστίου ὃ ἐν Ῥωμαίοις Σάγκτον καλοῦσι. i. e. *Ejus jurisjurandi monumentum est Romae positum in templo* Dei Fidii, *quem Romani SANCTUM vocant.* Propertius consentit *lib. 4. eleg. 10.*

SANCTE pater salve, cui jam favet aspera Juno,
SANCTE velis libro dexter inesse meo.
Hunc quoniam manibus purgatum sanxerat orbem,
Sic SANCTUM *Tatiae composuere Cures.*

Quatuor illa nomina, in epigraphe lapidis, eodem fere tempore, quo alter ille in Quirinali colle (ubi templum Hercules habuit) reperti, conjuncta cernere licet, quam ex Gruteri *volum p. 96.* allegat Cl. D. Jac. Oisel. *d. l. p. m. 241. in fin.* SANCTO SANCO SEMONI DEO FIDIO SACRUM. DECURIA SACERDOTUM BIDENTALIUM RECIPERATIS VECTIGALIBUS.

Exinde ad oculum patescit errasse Justinum Martyrem, dum *apolog. 2. pro Christianis* inscriptionem altaris istius Tyberini ita legebat: SIMONI SANCTO DEO, putabatque *Simonis* illius *Magi* (de quo in actis Apostol.) honori hanc factam, cum tamen ex dictis adpareat *Herculi*, quem Sabini, in urbem Rom. recepti, *Sancum* vocabant, aram istam consecratam fuisse, vid. Henr. Kipping. Amicum nostrum, dum viveret certissimum *antiq. Rom. d. l. p. m. 16.* & *auctar. ad Pappi hist. eccles. p. m. 24.*

Semones autem (ut id παρήγορος indicem) erant ex illa Deorum classe, quos minorum gentium appellabant, & qui ex hominibus in Deos relati: majores scil. hominibus, minores Diis, Scalig. *l. 2. Auson. lect. c. 39.* Fulgentius *de vocib. antiq.* in hanc rem ita: *Semones* dici voluerunt Deos, quos coelo nec dignos asscriberent, ob meriti paupertatem, sicut Priapus, Hippona, Vertumnus: nec terrenos eos deputare vellent, per gratiae venerationem, sicut Varro in Mystagogorum libro ait: Semoneque inferius derelicto Deum pinnato attollam orationis eloquio. Hos Semones aliis nominibus *Cabiros* & *Curetes*, velut Deorum ministros & apparitores esse, scribit Kipping. *antiq. Rom. l. 1. c. 3. n. 1.* Semo autem dicitur quasi semi homo seu ex parte homo, & componitur à semis & homo hominis, quod dixerunt antiqui. Martianus Capella: *quosque hemitheos, quosque latine Semones dicunt.* Hinc ut *nemo* à ne & homo, sic *Semo* à *se* i. e. semi & homo, aut simpliciter à *semis*, derivatur. Mart. *lex. V. Semo.*

Omnis Germaniae Galliaeque Dominum.] Hoc confirmatur ex titulo libri Caroli Magni *de imaginibus* à Tilio Episcopo in Gallia editi, qui talis est: *Opus Illustrissimi & Excellentissimi, seu Spectabilis Viri, Caroli, nutu Domini Regis Francorum, Galliam, Germaniam, Italiamque, sive harum finitimas provincias, Domino opitulante regentis, contra Synodum, quae in partibus Graeciae pro adorandis imaginibus stolide sive arroganter gesta est.*

Tertio à Pompejo.] Habeo nummum genuinum, ex quo apparet Pompejum *Magni* cognomine apud Rom. inclaruisse. Continet iste ejus effigiem, circumscriptum: CN. MAGN. IMP. Silius Italicus Pompejum κατ' ἐξοχὴν *Magnum* nominat *lib. 4.*

Ille hirta cui ſubrigitur coma fronte decorum
Et gratum terris MAGNUS caput.

Calculum ſuum addit Lucan. *l.* 8. inquiens:

Impius ut MAGNUM noſſet puer illa verenda
Regibus hirta coma.

Quemadmodum Pompejus primus *Magni*, ſic M. T. Cicero ob Catilinae conjurationem oppreſſam primus omnium *Patris Patriae* cognomen, ex Catonis ſententia (quam populus Rom. confirmavit) meruit, teſte Appiano *l.* 2. *bell. civ.* & Plutarcho *in Cicer.* hinc Juvenalis *Satyra* 1.

——— *Sed Roma* Parentem
Roma patrem patriae CICERONEM *libera dixit.*

& Plinius *l.* 7. *c.* 30. de eo inquit: Salve *primus omnium parens patriae* appellate, primus in toga triumphum, linguaeque lauream merite, & facundiae Latiarumque literarum parens. Secundus, qui hoc nomine inſignitus, fuit C. *J. Caeſar*, ceu conſtat ex nummo argenteo, in quo ejus adhuc viventis caput laurea redimitum ac titulo velatum cernitur, cum lemmate: CAESAR PATER PATRIAE ap. Aeneam Vicum *lib.* 1. *com. ad vet. Impp. numiſm. tab.* 6. *n.* 30. *p. m.* 22. & aliis apud Adolph. Occonem, quibus inſcriptum: CAESAR PARENS PATRIAE. Poſtea Octav. Auguſto vid. Sueton. *in ejus vit. n.* 53. ejusque ſucceſſoribus (unicum ſi exceperis Tiberium, quoniam *Patris Patriae* appellationem recuſaſſe à Suetonio *in ejus vit. n.* 26. dicitur, confirmaturque ex ejusdem nummis, quotquot inveniuntur, hoc titulo carentibus Spanhem. *de uſu & praeſt. num. diſſ.* 2. *p.* 97. *in fin.* & *diſſ.* 8. *p.* 715.) id nominis metu aut adulatione potius, quam civium amore aut virtutis ergo tributum eſt. Idque innoteſcit ex nummo C. Caligulae ap. Emendatiſſ. D. Oiſel. *in theſ. num. tab.* 114. *n.* 8. corona querna ſeu civica & inſcriptione adulatoria conſpicuo: S.P.Q.R. P.P. OB. C.S. i. e. *Senatus Populusque Rom. Patri Patriae ob Cives Servatos*, cui potius haec conveniebat: *Peſti Patriae ob Spoliatos* aut *Sublatos*, ceu bene laudatus Oiſel *in comm. ad d. tab.* monet.

Tertio à Conſtantino Magni cognomen.] Accurate loquendo Carolus non fuit tertius, cui *Magni* cognomentum tributum; quippe cum plures ante illum & Conſtantinum id nominis habuerint. Antoninum, Baſſianum, Caracallam Imp. Jureconſulti veteres, quando de eo loquuntur. *Magnum* adpellant *Antoninum*, vid. Paulum *tit.* 3. *de adult.* & *l.* 5. *ff. de veteran.* Martianum *l.* 8. *pr. C. ad leg. ſul, maj.* & *l.* 1. *ff. de req. reis.* Ipſe Juſtinianus Imperator (quem poſteritas *Magnum* quoque dicit] in *l.* 4. *C. de lib. praet.* eundem Magni titulo dignatur. Magni etiam epitheton habuiſſe Galerium Armentarium Imp. & Hermannericum Gothorum Regem ex Scriptoribus eleganter obſervat Maſur. Labio in *Homicida Excuſato* cura mea ante biennium edito. *cap.* 1. *n.* 39. add. Illuſtr. Dn. Ezech. Spanhem. *de uſu & praeſtant. numiſm. diſſ.* 5. *p. m.* 424.

Conſtantino.] Conſtantii Chlori & Helenae Britannicae (ceu eam nominat Clariſſimus & de elegantioribus ſtudiis meritiſſimus Heidelb. Profeſſor Dn. Paul. Hachenberg, Fautor & Amicus noſter colend. *in doctiſſ. diſp. de origin. Anglorum th.* 15.) filio legitimo, quem Freherus noſter cum Joachimo Camerario *in Chronol. Niceph. p.* 69. ſuperato Licinio *Magnum* dictum fuiſſe inquit. Sed licet illi quoque *Magni tantum* praedicatum det Georg. Codinus *in orig. Conſtantinop.* verbis: τὰδε Μάγγανα ὁ Μέγας Κωνσταντῖν ἔκτισε λόγω τῶν βασιλικῶν. i. e. *Mangana quoque extruxit* Conſtantinus Magnus *ceu officinas imperiales*, quantum tamen conſtat, nunquam in nummis aut tabulis ſe *Magnum* appellavit, verum Victoris MAXIMI titulum ſumſit, & hinc formula tituli apud Socratem, Euſebium & Theodoretum, originem habet. Νικητὴς Κωνσταντῖνος ΜΕΓΙΣΤΟΣ. Confirmat id nummus (cujus ectypon vid. ap. Summum Antiquarium Dn. Spanhem. *de uſu & praeſt. num. diſſ.* 8. *p.*

8. *p. m.* 682. & Celeb. D. Oiſel. *theſ. num. tab.* 14. *n.* 5.) ubi ipſe Conſtantinus cum diademate gemmato videtur, circumſcriptum: CONSTANTINUS MAX. AUG. Huc facit Patavina inſcriptio, quam ex Gruteri volumine allegavi *in Octoviratu meo cap.* 5. *n.* 17. DN. IMP. CAES. FL. CONSTANTINO. *MAX.* P. F. VICTORI. AVG. PONT. MAX. TRI. P. XXIII. & alia quam adducit Vir in erudito otio Clariſſ. Dn. Conr. Sam. Schürtzfleiſch *diſp. Witteb. de Conſtant. M. Imp. th.* 14. DN. IMP. CAESARI FL. CONSTANTINO. *MAXIM.* PI. F. VICTORI. AUG. PON. MAX. TRI. P. XXIII. IMP. XXII. CONS. VII. P. P. PRO. CONS. HUMANARUM. RERUM. OPTIMO. PRINCIPI. DIVI. CONSTANTI. FILIO. BONO. R. P. N. Conſtantinus non fuit primus qui *Maximi* titulum uſurpavit, nam Impp. Marcum, Commodum, aliosque in nummis ſuis *Maximi* cognomento vocari ſcribit Dn. Ezech. Spanh. *diſſ.* 5. *de uſu & praeſt. num. p.* 46. Severum & Caracallam Impp. *Maximi* quoque nomen habuiſſe ex nummis & inſcriptionibus pateſcit. Nummus Severi ap. Dn. Oiſel. *tab.* 5. *n.* 8. exhibet caput ejus laureatum, cum literis: SEVERUS AUG. PART. MAX. Quaedam Inſcriptio lapidis Puteolani apud Jul. Caeſ. Capacium *hiſt. Neapol. l.* 2. *cap.* 24. Ita habet: *Imp. Caeſ. L. Septimius. Severus. Pius. Pertinax. Aug. Arab. Adiaben. Particus.* MAXIMUS. *Trib. pot. IX. &c.* Lapidis Capuani inſcriptio ap. Capac. *d. l. c.* 27. haec eſt: *Imp. Caeſar. Aug. M. Aurelius. Antoninus. Pius. Felix. Aug. Particus.* MAX. *Britannicus.* MAX. *P. M. &c.* Ex Godeſc. Stewechio Maſur. Labio *in Homicida Excuſato, me curante, edito cap.* 1. *n.* 17. marmor adducit cum hac epigraphe: *Imp. Caeſ. M. Aurel. Antonino. Pio. Felici. Aug. Partico* MAX. *Britann.* MAX. *Germanico.* MAX. &c.

Cajus Julius Caeſar *Maximi* nomine etiam claruit, uti patet ex ſequenti inſcriptione, quae Corruzesmae (locus eſt prope montem Hoemum ſitus) legitur: MAXIMO *& ſuper omnes fortiſſimo Imperatori Caeſari Julio* MAXIMO, *Pio, Felici, Invictiſſimo, Auguſto, Pontifici Maximo, Patriae Patri.* allegante Paulo Tafernero *in hiſt. legationis Comitis Leslaei Legati Caeſarei ad Portam Ottomanam camp. m.* 72.

Haec adeo vera ſunt, ut ne quidem uxores ſuas alio quam *Maximarum* cognomine Conſtantinus appellaverit, uti hoc probatum dant nummi, quos exprimi curavit *in diſſertat.* 7. *de uſu & praeſt. num. p. m.* 639. Incomparabilis Spanhemius, quorum alter oſtendit faciem Fauſtae, conjugis Conſtantini hujus, cum literis: FLA. *MAX.* FAUSTA AUG. alter continet Theodorae iconem, circumſcriptum: *MAXIMA* THEODORA AUG. Videntur & alii ejus Theodorae nummi hac epigraphe: FL. *MAX.* THEODORA AUG.

Oris eximia dignitate.] Johan. Guilelm. Stuckius *Carol. M. rediviv. p.* 59. ſcribit: in Helvetio monaſterio S. Galli extare literas Caroli M. additam habentes imaginem faciei & pectoris in rota Romana; hinc apparere eum ſpecie fuiſſe virili & plena majeſtatis.

Longurionem] is antiquis longus & procerus homo, à perticae, quam longurium vocant, ſimilitudine, dicebatur, vid Varronem *de Ling. L.* Calepin. & Martin. *in Lex.* De longurione notabilia ſunt quae refert Adrian. Turnebus *lib.* 9. *adverſar.* 2. ut longurio pro *longo & ineptо*, voce à longuriis deducta, ponitur & pro *vecordi & amente vacerra*, quae vox ſtipitem ſignificat: ita pro *ſtupido & hardo varro*, vocabulo à varris deflexo, qui perticas ſignificant, uſurpabatur.

Haec qui conſideraverit, Bartolum Jurisconſ. Equitem & Conſiliarium Caeſareum (vid. me *in ſchediasmate epiſtol. de Aurea Bulla n.* 35.) non reprehendet, quod, quare jus dicentis officium *latiſſimum*, non vero *longiſſimum* eſſe dixerit Ulpianus *in l.* 1. *ff. de jurisd.* rationem dederit: *longos*

gos homines esse raro sapientes, quippe cum putandum sit eum hisce verbis demonstrare voluisse Jus dicentem haud esse debere hominem bardum, sed prudentem.

Olim etiam hominem *longum* pro insulso & blenno acceptum fuisse, si Bartolus non aliunde, forsan ex Catullo didicit, qui *carm.* 68. ita loquitur:

——— *ne tollat rubra supercilia*,
Longus homo est.

Ista, si perpendisset Themidos & Franequeranae Academiae decus aeternum Joh. Jac. Wissenbach, hoc Bartoli responsum Mopso, non autem JCto, dignum esse minime scripsisset *in comm. ff. ad tit. de jurisd n.* 1.

Bartolum ab omni hoc in casu absurditatis macula liberat & contra iram Wissenbachii nobiscum defendit Jurisconsultiss. D. Gerh. Feltm. Dicasterii Ostfrisici p. t. Assessor dignissimus Fautor & amicus noster honoratiss. *in eruditiss. comm. ff. ad d. leg. 4. de jurisd. n, 2. & tract. de jur. in re & ad rem. c. 22. n. 32.*

Goliathem.] Fabulatur Philo Judaeus *in libr. Judic. capit.* 1. & 6. Goliathi funda prostrato & moribundo Davidem monstrasse angelum Dni. Cervihelem praepositum super virtutem adsistentem, quo viso dixisse illum: non solus me occidisti, sed qui tecum erat, cujus species non est sicut hominis. Ridiculum quoque est, quod Philo ibidem demonstrare vult, Davidem & Goliathem (quem Goliam vocat) fuisse consobrinos.

Maximinum Thracem] De illo scribit Julius Capitolinus, quod tantae proceritatis & roboris fuerit, ut octo pedes digito egressus videretur: pollicis ita vasti, ut Paulinae uxoris dextrocherio (i. e. armilla dextri brachii) uteretur pro annulo. Hamaxas manibus trahere, rhedam onustam solus movere poterat, equo pugnum si dedisset, dentes solvere, si calcem, crura frangere solebat, lapides tophicios digitis friabat, arbores teneriores scindebat: Hinc ab aliis Milo Crotoniates, ab aliis Hercules, a quibusdam Antaeus dictus. Capitolinus quoque notat, bibisse illum saepe in die vini Capitolinam amphoram, comedisse & quadraginta libras carnis, & juxta Cordum etiam sexaginta. Sudores quoque suos saepe excepisse, ita ut in vasculo collectos duos vel tres sextarios sui sudoris nonnunquam ostenderet: vid. post Capit. Abrah. Gorlaeum *in praeloq dactyliorh. pag.* 5. Octav. Strad. *in Maximino p.* 105, Höping. *de jur. sigil. c. 2. n* 31. Phil. Camerar. *hor. subsec. p* 1. c. 82. Pezel. *mellif. hist. p. 2. p, m.* 217. Guthberleth. *Chronol. p.* 242. Dn. Oisel. *thes. num. p. m.* 34.

In populo sacro Rex & unctus Domini.] Non solum Judeorum summos Sacerdotes, sed & Reges unctos esse constat exemplo Saulis 1 *Sam.* 10. quem Samuel inunxit. Davidem triplici unctione delibutum, notum est, nam primam à Samuele Propheta 1 *Sam.* 16. secundam à sua tribu in Hebron 2 *Sam.* 2. tertiam ab universo Israële 2 *Sam.* 5. accepit.

Sed quaeritur, numne unctio haec Regum oleo unctionis sacrae, vel alio quodam pretioso facta fuerit? *Oleaster*, *Rabbi Lipmannus* (cujus impium adversus religionem Christianam librum erudite pridem refutavit Celeberr. D. Jo. Christ. Wagenseil. Amicus noster honor.) *Becanus*, *Cajetanus*, aliique posterius affirmant, prius autem negant. Wilh. Schickardus è contrario *lib. de jur. reg. Hebr. cap.* 1. sacro oleo tam Israëlis, quam Judae Reges unctos fuisse sustinet.

Rabbini vero (quos sequitur Petrus Cunaeus *lib.* 1. *de rep. Hebr. c.* 14. *in fin.* & Schindlerus *in Rad.*) defendunt Davidem ejusque posteros solos oleo sacro ex illis aromatum generibus, quae Maimonides *Halacha Cele Hammikdasch* describit parato, inauguratos esse. Saulem autem, Jeroboamum, aliosque Israëlis Reges in Samaria, non illo, sed balsamo delibutos esse adserunt, hinc Elisaei Prophetae servum 2 *Reg* 9. nonnisi vulgari balsamo Regem Israëliticum Jehu unxisse, Cunaeus

d. c. 14.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [287] - 232
PUBLIC DOMAIN

d. c. 14. in fin. p. m. 91. Nicol. Henel. *otio Wratislav. c. 14.*

Ista autem verisima esse, discimus ex Psalmo 89. v. 21. ubi Spiritus Sanctus ait: inveni David servum meum, *in oleo sancto meo* unxi eum. Inspiciamus Psalmum 151. (qui in Graeco Psalterio habetur, cujusque Athanasius in *Synopsi* mentionem facit) in cujus medio David inquit: ἔχρισε με ἐν τῷ ἐλαίῳ τῆς χρίσεως αὐτοῦ *& unxit me oleo unctionis suae.* In eodem Psalmo Arabici Psalterii à Thoma Erpenio evulgati verba leguntur, quae in Latio sic sonant: *& unxit me unguento unctionis suae.*

Sancto illo oleo Salomonem Regem unctum fuisse probabile fit ex 1 *Reg. cap. 1. v. 39.* ubi dicitur: *& tulit Zadok sacerdos cornu olei ex tentorio, & unxit Salomonem.* Huc faciunt Aben Esrae *in Exod. cap. 30.* verba, apud Cl. Weymar. *diss. de unct. c. 4. n. 1. dixit Rabbi Saadias traditum esse in Israel, quod ungatur David & semen ejus oleo unctionis, non vero alii Reges. Et necesse est, ut ita explicetur, eo quod acceperit Zadok oleum unctionis, quod fuit in tentorio tabernaculi, & unxerit Salomonem.*

Heic ὡς ἐν παρόδῳ ex Judaeorum libris monemus, Regem, apud Judaeos Hierosolymitanos patri succedentem, haud de novo unguento sacro delibutum, sed primam unctionem toti familiae sufficisse, nisi de legitimo successore lis oriretur, tunc enim unctionem inauguralem repetitam esse. vid. Rambam *Hal. Mel. cap. 1.* (allegante Schikh. *de jur. Reg. Hebr. c. 1.*) ubi ista: *Postquam unctus est Rex, dignus habetur ipse & filii ejus in perpetuum, regnum enim est haereditarium, uti dicitur* (scil. Deut. 17. v. 20.) *ut prolonget dies super regnum suum ipsi & filii ejus in medio Israelis.* Quae quidem obscura sunt, sed ab eodem Rambam *in Hal. Kel. Hamm. c. 1. n. 16.* clarius proponuntur in verbis: *Non ungunt Regem, qui est filius Regis, quoniam regnum haereditarium est. At si oriatur dissensio, ungunt etiam eum, ut removeant aemulationes, & notificent omnibus quisnam sit verus Rex solus. Sic unxerunt Salomonem propter factionem Adoniae, Joasum ob Athaliam, Joachasum ob Jojachim fratrem suum.*

Noster idem unctus Carolus.] prima vice cum patre Pipino & fratre suo Carolomanno anno 754. à Papa Stephano in Galliae villa, Carisiacus dicta, ante coronationem oleo delibutus, teste Aimoino *annal. Franc. ad ann. 753. 54.* postea etiam Romae anno 800. unxit eum Leo III. Papa, ceu olim ex Aimoini *annal. ad ann. 801.* dixi *in Octoviratu* seu *tract. de Electoribus Imp. Germ. cap. 25. n. 15.* & quidem à capite ad pedes, si vera sunt quae scribit Landulphus Sagax *hist. miscel. L. 2.* apud Dn. Joh. Christ. Becmann. Polyhistorem Clarissimum *notit. dignit. illustr. diss. 4. c. 2. n. 4.* ibi: *Caeterum Hadrianus* (rectius Leo) *Carolo vicem recompensans, in Imperatorem coronavit eum in Templo S. Petri Apostoli* perungens oleo à capite usque ad pedes, *& circumdans Imperatoria veste atque corona.* Idem narrat Constantinus Manasses *in Chronic.* ast rationem se ignorare fatetur:

Ἐντεῦθεν ἀμειβόμενος τὸν Κάρολον ὁ Λέων
Ἀναγορεύει κράτορα τῆς παλαιτέρας Ῥώμης.
Καὶ σέφος περιτίθησιν, ὡς οἱ Ρωμαίων νόμοι;
Οὐ μὲν ἀλλὰ χρησάμενος καὶ νόμοις Ἰουδαίων,
Κ'ἐκ κεφαλῆς μέχρι ποδῶν ἐλαίῳ τοῦτον χρίει,
Οὐκ οἶδα τίσι λογισμοῖς ἢ ποίαις ἐπινοίαις.

Quando autem unctio in inaugurationibus Imperatorum Graecorum & Romanorum, Regum Galliae, Hispaniae (cujus quantumvis Reges nunc non amplius ungantur, consecrentur aut coronentur, sed loco istius cerimoniae explicatis vexillis, concursuque populi facto, illorum nomina ingeminentur Cl. D. Ernest. Gockel. *cap. 1. de Europ. Regib. n. 114.* à tempore tamen Recaredi, anno Christi 586. coronati, ad Alphonsum VIII. anno 1135. diademate

mate redimitum, ante coronationem unctos esse, eleganter deducit Jo. Jac. Chifletius *lib. de ampulla Rhemensi cap.* 16. *p. m.*79.) aliorumque adhibita fuerit? de eo vide Onuphr. Panvin. *de Comitiis Imp. c.* 2. Dn. Becman. *notit. dign. de cap. n.*3. Henel. *d. c.* 14. & Me *in Octoviratu c.* 25. *n.* 15.

Eginhardus] quem *Einardum* nominat Sigebertus Gemblacensis *ad ann.* 814. Hunc generum Caroli M. Imp. per filiam *Immam* fuisse, narrat *Chronicon Laurisheimense*. Assensum inter alios praebent Lipsius *lib.* 2. *monit. polit. c.* 12. *n.* 12. qui eleganti ibi stylo dulcia illorum furta (de horum verborum sensu vid. *disert. nostra de nuptiarum sacrilegio n.* 17. *seqq.*) eorumque exitum proponit Jacob Coccius *in libro* cui Titulus: *Dagobertus Francorum Rex, cap.* 5. *p. m.* 33. Cl. Georg. Casp. Kirchmajer *disp. Witteb. de imperii Rom. ortu, appell. & insign. art.* 1. *num.* 3. aliique plures. Sed Baronius *annal. eccles. ad ann.*826. hanc narrationem meris fabulis annumerat. Idem faciunt quam plurimi emunctioris naris scriptores.

Ostendunt quidem hodienum Monachi Benedictini Coenobii in Selingenstadt (situm est ad Moenum fluvium inter Francofurtum & Aschaffenburgum) in medio templi sui elevatum monumentum, & Eginhardum Immamque tanquam conjuges hoc communi sepulchro claudi, spectatoribus pro vero narrant, teste Bernh. à Mallinkrot *de Archi-Cancell. p. m.*12. Moenus fluv. à quibusdam dicitur *Moganus*, ab aliis *Mogus*, ab aliis *Moin* vel *Mohin*, quemadmodum eleganter observat Celeberr. Dn. Winckelman. *in eruditiss. Hassiae MS. Chron.* (quod nobis per ejus benevolentiam evolvere licuit) *lib.* 1. *c.* 6.

Sed suspectum mihi istud conjugium facit Eginhardi de hoc silentium, nam *in vita Caroli Magni p. m.*23. omnium Caroli M. filiarum, tam ex legitimis uxoribus, quam concubinis susceptarum, scil. *Rotdrudis, Bertae, Gislae, Theodradae, Hildrudis, Rothaidis, Rothildis* & *Adeldrudis*, accurate satis meminit; *Immam* autem omittit, quod non fecisset, si aliqua ejus nominis Carolo M. fuisset filia.

Auget dubium, quod eodem libro *pag. m.* 25. Eginhardus expresse scribat: *Carolum Mag. nullam filiarum quamvis pulcherrimae fuerint*, nemini vel suorum NB. *aut exterorum nuptum dare voluisse*, sed omnes secum usque ad obitum suum in domo sua retinuisse, *dicendo*: *se earum contubernio carere non posse*. Non reticuisset autem Eginhardus, si *Immam filiam* sibi pater Carolus connubio junxisset stabili, propriamque dicasset.

Unde vero fabula haec originem habuerit, licet pro certo haud dicere queamus, natam tamen cum Johan. Gryphiandro *c.* 4. *de Weichb. Sax. n.* 14. suspicamur ex historia cujusdam monialis, (quam Henrici III. Imp. sororem fuisse scribit Georg. Nigrin. *von den Päbsten fol.* 364. apud Dn. Winkelm. Antiquarium sine pari; *in Chron. Lat. Hass. MS. lib.* 2. *c.*20. *in fin.*) quae clericum amatorem suum, hiemante quadam nocte, per nivem, in humeros sublatum & pendentem, extra curiam, inspectante Henrico III. Imp. portavit, de qua vide Malmesbur. *l.* 2. *c.* 67. Ranulph. *l.* 6. *c.* 21, Centur. Magd. 11. *c.* 6, Georg. Nigrin. *d. loc.*

Quicquid interim de hoc matrimonio sit, extra dubium tamen esse, Eginhardum hunc dicti coenobii Salingenstadiani fundatorem, primumque illius Abbatem fuisse, pronunciant Mallinkroth. *d. loc.* & Jac. Coccius *d. loc.*

Hastis quam sceptris] Talismodi sceptra oblonga, formam hastae referentia, vide etiam in nummis aeri incisis apud Dn. Oisel. *thesaur. numism. tab.* 103. *n.*9. *tab.* 104. *n.* 1. & 8. *tab.* 105. *n.* 10.

Quirin Quirinus] Sabinis (quorum sermo paulatim cum Latiali coaluit, & Romanam dialectum effecit) *quiris* dicebatur hasta, docentibus Servio *ad libr.* 1. *Aeneid. p.* 199. Festo *in fragm. p.* 157. Quirinus est Romulus, Romae conditor.

Cur

Cur autem ita nominatus sit, refert Festus: *Quirinus ex hac causa Romulus est appellatus, quod curi i. e. hasta uteretur, à qua Romani eo nomine Romulum appellarunt*, & Ovidius 2. *fastor:*

Proxima lux vacua est, at tertia dicta Quirino,
(*Qui texet hoc nomen* Romulus *ante fuit*)
Sive quod hasta quiris *priscis est dicta* Sabinis:
Bellicus à telo venit in astra Deus:
Sive suo Regi nomen posuere Quirites,
Seu quia Romanis junxerat ille Cures.

Diespiter] sic Jupiter quoque vocatur, quasi diei & lucis pater, uti Macrobius Theodosius, & Varro *libro* 4. *de ling lat.* exponunt. Horat. *lib.* 1. *Carmin.*

——— *namque* Diespiter
Igni corusco nubila dividens.

& *alibi*: *Saepe* Diespiter
Neglectus incesto addidit integrum:

vide Dn. Joh. Jacobi Hofman. & Martin. *Lexx. h. v.* cur Macrobius *Theodosius* quoque appelletur, de eo vide Cl. Pauli Colomesii χειμήλια *literaria cap.* 38.

Episcopali ferula] quae dicitur alias pedum pastorale Dom. Johan. Strauch. *semest.* 2. *amoenit. jur. Canon. eclog.* 7. *c.* 5. (uti quoque Magnus *Freherus* heic bene observat) Dithmaro *Chron. lib.* 1. & 6. ut & Pontifici Innocentio III. *in cap.* 1. § *ungitur in fin. x. de sacr. unct.* baculus pastoralis: Reginoni *Chron. lib.* 2. & Adamo Bremensi *pag.* 53. ferula pastoralis: virga Episcopalis eidem *pag.* 71. vid. Meibom. *tr. de jur. invest. Episc.* addit. Dn. Fritschii Fautoris nostri colend. *tract. de precib. primar. p. m.* 77. *seq.* Dn. Becman. *not. dign. disc.* 15. *c.* 2. *n.* 2. Spelman. *Glossar.* Ferula haec *Lituus* quoque appellatur à reconditae eruditionis magnique nominis JCto Dn. Hulder. Eyben, Fautore meo aestimatiss. *elect. jur. feud. c.* 9. *n.* 8, & Meibom. *d. tr. p. m.* 76. *in fin.*

Cambota] ita etiam Goldastus legendum putat, ut sit à Graeco καμπτότης aut καμπτότις, quam à Graecis monachis Latini acceperint. *Camboca* habet Eckehardus junior *de casibus monast. Sangall. cap.* 3. ac Walafridus Strabo *in vit. S. Galli l.* 1. *c.* 26. ibi: *baculum ipsius* (Columbani Abbatis) *quem vulgo* cambocam *vocant, per manum Diaconi transmiserunt*, apud Gerh. Joh. Vosi. *lib.* 2. *de vit. serm. lat. c.* 4. & Dn. Eyben. *d. loc.* Adamus Bremensis scribit *Cambucca* lib. 2. c. 49. ibi: *Hermannus* cambuccam pastoralem *à Caesare Conrado meruit.* Scriptor vitae *S. Winoci Abbatis c.* 13. legit *Cambuca* ibi: *cum precibus, reliquiis,* & Cambuca *sancti longius processerat.* Ita quoque legit Dn. Strauch. *amoen. jur. Can. d. l.* ubi etiam vide rationem cur Papa Rom. *baculo curvo* haud utatur. Huc spectat πολυθρύλλητον illud: Pastor *cambucam*, sambucam fert phaleratus.

Germanis appellatur *Krumb-Stab*; Feudum inde Ecclesiasticum dicitur *Krum-stabs Lehn, Krumstäbisch Lehen.* Magnificus D. Struvius Praeceptor noster quondam in Jenensi Academ. exoptatiss. *Syntagm. feudali cap.* 3. *aph.* 4. *n.* 2. Dn. Feltm. *feud. c.* 2. §. 3. *n.* 1. Besold. *thes. pract. lit. K. n.* 51. *Conr. Rittershus. partit. feud. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 2. Celeberr. D. Sam. Strykius *exam. feud. c.* 3. *n.* 27. Excellent. De Dietherr. *Amicus* noster colend. *in continuat.* Besoldi *seu Orbe novo literato detecto, voce Krumstäbisch Lehn.*

In penitiss. cimeliarchiis Palat.] Ibi nunc non amplius reperiri, ex ore Germanici Salomonis, Serenisi. scil. Octoviri Palatini Dn. *Caroli Ludovici* beatisimae record. se audivisse, mihi Manheimii quondam narravit Generosisi. Dn. Baro à Weltz aulae Elect. Palatinae Vice-Mareschallus. Forsan elegans hoc χειμήλιον cum bibliotheca incomparabili Palatina à Caraffa Cardinali Romam deportatum fuit. Ita Electorem illum post alios quoque in elegantisimo quodam Madrigali Teutonico appellat Generosisi. & in omni scibili versatisimus Dn. *B. de Closter*; cujus ingenium in pretio habeo, quando sic canit:

——— *Dein Lob verbleibet,*
Ja dis dein thun wird wolgefallen
Dem Teutſchen Salomon (auf deſſen Scheitel ruht
Was von der Chur man nennt der ſchöne Purpur-Hut)
Der durch der Thaten ruhm vor längſt hinangeſtigen
Wo tauſend Sternenſtäts in ihren flammen ligen.

Turpiculo fabulatori] alii Turpinum talismodi quoque mactant elogiis. *Nugator & fabulator* dicitur Franc. Hottomanno in Francogall. c. 5. *Ridiculus ſcriptor* Joh. Wolfio *cent. 9. memorab. lect. ad ann.* 830. Baronio *ſomniorum & fabularum vanus contextor*, annal. ad ann. 812. Cl. Weiſio *diſc. pol. de Car. M. c. 2. n. 4.* audit *mendax.* Reineccius *in praefat. ad annal. Carol. M.* notat librum *Turpini totum ex fabulis conſutum, totumque barbarum.* Baronius *d. l. officinam fabularum.* Pontan. orig. Franc. l. 3. c. 1. *Iberis naeniis ac deliriis refertum* Pezel. mellif. hiſt. part. 3. p. 79. *totum fabulis ſcatere.* Mariani, Pinedae, Martini Cruſii aliorumque hanc in rem dicteria collegit Joh. Gryph. *de Weichb. Sax. c. 13. num. 14.* qui *eodem cap. n. 3. & ſeqq.* inquirit, quis ſub Turpini nomine lateat, quod vide.

Antaeum] Gigantem Lybicum, Neptuni ex Terra filium, quadraginta cubitorum ſtaturam habentem, quem Herculeſ tandem multo labore enecavit. vid. Conr. Geſneri *onomaſt.* V. *Antaeus.*

Typhonem] Is dicitur quoque *Typhoëus*, fuitque gigas, quem Jupiter fulmine exuſſit, ut eſt in Poëtarum fabulis. Hugo Sanford. *lib. 1. de deſcenſ. Chriſti ad inf.* diſputat Thyphoëum fuiſſe Ogum Regem in Baſan. & *Typhon* putat eſſe *κατ' ἀναγράμμα Python.*

Barba palmi longitudine] Graviſſimè delirat Gloſſ. lat. *ad lib. 3. Landrecht art.* 82. dum Carolum M. barbam ad pedes usque detuliſſe commemorat. Memorabile eſt, quod legitur *in Ephemerid. Medico-Phyſicarum anno tertio obſerv.* 163. *p. m.* 295. de Johanne Ottele, Hohewarda Brabanto, ſene vegeto, eloquente & diverſarum linguarum peritiſſimo, qui anno 1542. die 7. Septemb. natus, anno 1657. autem annum 115. agens Noribergae pro certo pretio ſe videndum exhibuit. Is habebat barbam prolixiſſimam, quae *quinque quadrantes ulnae Brabanticae* longitudine aequabat, dum tamen totus ille homo *duas ulnas* Brabanticas cum *ſesquiquadrante* non excederet.

Ego ante duo luſtra Bremae in oenopolio quodam ex improviſo vidi nautam fere ſexagenarium, cujus mentum barba craſſa & ad pectus promiſſa conſpicuum erat: myſtacem (quem ſemper ſub granis auri utrique circumvolutum gerebat) autem poſtquam ad quorundam preces ſolviſſet & explicaſſet, ſesqui ulnam Bremenſem exaequare, quotquot aderant, mirabantur.

A ſummo Viro] Marco ſcil. *Welſero* Patritio & Duum-Viro Imperialis Reip. Auguſtanae in Vindel.

Barbam non paviſſe] Licet videatur res nauci de *barba* Caroli M. disquiſitio, attamen, quia *Freherus* nobis anſam dat, de ea pauca afferemus, ne quid hoc in paſſu lector *πολυπραγμων* deſiderare queat. Negat heic cum Welſero *Freherus noſter* (quem Viri Cl. Joh. Gryphiander, Jacob. Andr. Cruſius aliique ſequuntur) Carolum barbam paviſſe, & potius puro mento fuiſſe ex moneta aliqua colligere vult. An autem per omnia illi adſentire poſſim, neſcio. Notum quippe eſt ſummum Regum Francorum, qui à Clodoveo Carolum M. praeceſſerunt, ſtudium in alenda barba, quam pro re venerabili habebant, adeo ut Alaricum Gothorum Regem pacem cum Clodoveo firmantem loco juramenti barbam Clodovei attigiſſe ex Aimoin. Agathia Pap. Maſſon. ſcribat Jac. Cocc. *d. l. c. 5.* Carolum M. vero hunc morem ſusque deque habuiſſe, credibile haud eſt.

Carolus M. in omnibus ferme columnis figuram ejus exhibentibus prolixa cum barba quoque conſpicitur. Sed non inde,

nec

nec ex ejusdem pictura (cujusmodi videtur etiam in pariete superioris partis curiae Bremensis) utpote aevi posterioris, Carolo barbam arcessam.

Welserus & Freherus ex nummo aliquo Carolum M. imberbem fuisse conjiciunt. Quibus quidem opponere possem Celeberr. JC. Dn. Joh. Frid. Rhetium *disp. de stat. Roland. c. 1. num. 45.* scribentem: *ex numismatibus publicis constare Carolum barbam nutrivisse.* Quoniam autem talia nondum ipse oculis usurpavi, inde adsertum meum stabilire haud mihi etiam animus est.

Sed potius allego *sigillum* (cui Freherus *heic p.* 11. multum quoque fidei defert) Caroli M. (quo privilegium Ecclesiae Osnabrugensi anno Christi 804. 14. Kal. Jan. à se datum roboravit) in quo ejus imago (cui circumscriptum: XPE PROTEGE CAROLUM IMPERATOREM) non quidem adeo magnam, ceu in statuis & picturis communiter fit, mediocrem tamen barbam circa labia & mentum ostendit. Privilegii Carolini ibi allegati ultima verba sic sonant: Et ut haec autoritas firmior habeatur, ac diuturnis temporibus melius conservetur, *manu propria subter eam roborare* decrevimus, & de annulo nostro sigillare jussimus.

Ex quibus apparet, falsissimam esse quorundam opinionem: *Carolum M. nescivisse pingere literas.* Nec quicquam illis patrocinatur, quod Eginhardus *in vita ejusdem* scribit: *Tentabat & scribere, tabulasque & codicillos ad hoc in lectulo sub cervicalibus circumferre solebat, ut cum vacuum tempus esset, manum effigiendis literis adsuefaceret; sed parum prospere successit labor praeposterus & sero inchoatus.* Nam non possumus exinde colligere, quod plane scriptionis ignarus fuerit, quia de eo heic altum silentium; sed potius dicendum: Carolum M. operam dedisse, ut meliori manui adsueesceret, & eo melius literae scriptaque ejusdem ab aliis legi possent.

Tum istius adserti falsitas ex ipso Eginhardo colligitur, qui *d. l.* de Carolo M. sic loquitur: *Item barbara & antiquissima carmina, quibus veterum Regum actus & bella canebantur, scripsit, memoriaeque mandavit.* Quod & expressit *Poëta Anonymus* sequentibus:

Coepit & ingenii totus cum viribus acris
In linguam propriam vertere Grammaticam.
Ardua Philosophis etiam res haec foret, artem
Ad hanc sermonem cogere barbaricum.

Quinimo constat Carolum M. libros quatuor de adorandis imaginibus *scripsisse*, quos publicavit Goldastus *in Decret. Imperial. de cult. imag.*

Bernhardus *Lutzenburg*, Monachus Dominicanus *in catal. haeret. lib. 1. c. 14.* de Carolo M. inquit: Carolus M. Imp. Graecè & Latinè doctissimus, ante septingentos annos opus *scripsit* in quatuor libros partitum, quod habetur Romae in Vaticana Bibliotheca.

Accedit, quod istiusmodi ruditas non sit praesumenda de illo, quem in omni disciplinarum genere exercitatissimum fuisse, depraedicat Eginhardus *d. l.* verbis: *erat eloquentia copiosus & exuberans, poteratque, quicquid vellet, apertissime exprimere. Nec patrio tantum sermone contentus, sed & peregrinis linguis ediscendis operam impendit: in quibus Latinam ita didicit, ut aeque illa ac patria lingua orare* (id est perorare, seu diutius loqui & orationem nectere vid. Casp. Barth. lib. 21. adverss. cap. 6.) *sit solitus*: & quae ibi porro sequuntur.

Refert quoque ex Thegano Baronius, quod Carolus M. inter caetera sacra exercitia solitus fuerit *libros corrigere*, id est criticis se studiis oblectare; quod genus tamen exercitamenti longe ab illo abesse necesse est, qui nec literas pingere novit.

Sed (ut tandem finiamus) quicquid sit, quoniam non solum in memoratis literis Carolinis, sed & aliis plurimis, dicitur illum eas *propria manu subscripsisse*, nemo

mo, cui ſanum ſinciput, dubitaverit, quin ad minimum nomen ſuum ſcribere quiverit.

Ex quo, niſi me omnia fallunt, tutius quam ex moneta iſta concludere quid datur, praeprimis cum ſigillum hoc vivente Carolo M. ſculptum, cujus labiis mentoque barbam non appoſuiſſet caelator, ſi illum ea plane carentem vidiſſet: nec Carolus illo, iconem ſibi adeo diſſimilem habente, uſus fuiſſet. Num autem illa moneta Welſeriana tempore M. Caroli, vel quando fabricata ſit, non conſtat, nec Welſerus Freherusque quid pro certo de eo dicere quiverunt.

Si ergo in libera Literatorum Republ. liberam linguam habere licet, ob rationem allatam Carolo M. *barbam*, quantumvis non ſqualidam, *mediocrem* tamen, quae faciem non deformat, ſed ornat, ſalvo aliorum judicio, adſigno.

Sigillum illud (de quo diximus) ex autographo à Collegio Cathedrali Osnabrugenſi ſibi communicato aeri incidi curavit, & in fine privilegii iſtius Carolini exhibuit *in aureolis Monumentis Paderb. p. m.* 325. Reverendiſſ. Princeps Dn. FERDINANDUS Epiſcopus Paderb. & Monaſter. cui à Deo vitam longaevam, omniaque fauſta & tanto Principe digna cordicitus adprecamur.

HERMANNI COMITIS NUENARII,

BREVIS NARRATIO

De origine & ſedibus priſcorum Francorum.

De origine & ſedibus Francorum, priusquam in Gallias eruperint, eorum qui hactenus ejus gentis hiſtoriam ſcripſerunt, nemo ſatis fideliter accurateque tractaſſe mihi videtur. Quidam enim antiquiores, quod ſeculum illud infoelicisſimum eſſet, ad fabulas plerumque prolapſi ſunt, quoniam delectum non habebant, nec ſine bonarum literarum cognitione de rebus hiſtoriae exactum poterant proferre judicium: Fuerunt enim inter eos, qui à *Trojano excidio* Francorum deducerent gentem, idque tam aperte aſtruentes, ut etiam Regum nomina aſcriberent, neſcio quid Graecanicae proprietatis ſubolentia. His omnibus prior anſam dedit *Hunibaldus*, quem vixiſſe putant non multo poſt Theodoſii Imperatoris tempora, licet mihi non multum fidei faciat author tam fabuloſus & barbarus, quem cum multis ex cauſis tum vel maxime ob id ſuppoſitium putaverim, quod Theodoſii vel Gratiani temp oribus nondum adeodegeneraverat in extremam barbariem Latinus ſermo, ut tam abjecto ſtylo ſcribere potuiſſet, praeterea cum (ſicut ipſe teſtatur) tam vehemens tunc Francorum in Romanos odium vigeret, ut multis in locis ne veſtigia quidem Romanorum relinquenda putaverint, quo illorum memoriam extirpare e Germania atque Gallia poſſent, mihi veriſimile non videtur, Hunibaldum ea ipſa lingua gentis ſuae hiſtoriam tradere voluiſſe, quam tam acriter inſectabantur omnes, ſed opinor ſtudioſum aliquem nonnulla ex Hunibaldo collegiſſe, eaque ſuo more, ſine ordine, ſine judicio, ſic in volumen redegiſſe, quemadmodum nunc apud quosdam habentur. Quod ſi quis omnino contendat, hunc ipſum eſſe Hunibaldum non fictitium ſed verum, huic libens concedam,

dam, modo ne me cogat illi fidem facere in iis rebus, quae ſolent ſpectatae eruditionis & doctrinae virum expoſtulare. Non magnopere enim me illi opponerem, niſi Trojanos meliores putaſſet Germanis, & quos Corn. Tacitus atque C. Plinius homines Romani indigenas ſemper fuiſſe pronuntiant, eos ipſe Aſiaticos origine faceret, ſed quam hoc ſine omni judicio facere aggreſſus ſit, alii mecum judicent: Nam ſi Trojanum bellum fuiſſe aliquando (quod pulcherrimis rationibus negat Dion. Pruſenſis, ſacra Aegyptiorum fultus hiſtoria) putandum eſt, certe non facile perſuadebit mihi Hunibaldus tantum hominum numerum ſub tam famoſo Duce furtim abſcedere potuiſſe, cujus rei nullus Graecorum ſcriptor mentionem faciendam cenſuiſſet. Neque enim tanto hominum numero in Italiam Aeneas & Antenor profugiſſe leguntur, quanto Priamum Juniorem Hunibaldus ad Scythiam veniſſe contendit: Tamen horum fugam Dares non tacuit, quem nonnulli militaſſe eo bello putant, & omnes Graecorum hiſtoriae teſtantur hos ſolos expugnatae urbis reliquias fuiſſe, qui ipſo in Graecorum inſultu fuga ſalutem quaeſiverint, poſtmodumque alter Venetiam, alter Latium invaſerint. At Priami illius Junioris nullus unquam veterum meminit, eoque magis admirari cogor eos, quibus pro miraculo eſt Hunibaldus iſte, quaſi confingere regum nomina opus ſit laborioſum, praeſertim ubi earum rerum, quas ſcribit, praeter ipſum nemo meminerit hiſtoricus. Jam vide quam fidem mereatur quod ait: *Francorum populum profugum veniſſe ad Scythiam, ibique civitatem conſtruxiſſe nomine Sicambriam.* Quis hujus unquam civitatis author meminit? An non tam facile novam urbem confingere ſola ſua authoritate potuit, quam ridicule novam gentem a Trojano deduxit excidio? Nam eos parum admodum curo, qui ipſum ſecuti ſunt, nempe Gregorium Turonenſem Epiſcopum, & Reginonem atque Sigebertum Gallum, mihi non probatur aliam eſſe Sicambriam, quam illam celebrem Germaniae provinciam inter Busacteros parvos, & Bructeros Longobardosque, authoribus Ptolemaeo, Cornelioque Tacito, conſtitutam, ubi etiam Abbas Spanheimenſis putat habitaſſe Francos, & id ipſum mihi à ratione non videtur alienum, primo quod vicini fuerint Gallis, cum illis enim perpetuo bella geſſiſſe traduntur, quemadmodum & ipſorum teſtantur annales: At qui poterant ſemper bella gerere, niſi cum vicinis, utpote quos tantum Rhenus fluvius ſepararet, ab altera enim parte vel Batavi, vel Eburones, vel Menapii, vel Ubii erant, quos omnes vicisſe Francos conſtat, priusquam in Celticam & Lugdunenſem moverent. Jam de Sicambris conſtat, quanto in Gallos odio flagraverit ſemper ea gens, adeo ut Octavianus claudere Jani portas non poſſet, niſi prius traductis in citeriorem Rheni ripam aliquod Sicambrorum milibus, author eſt Suetonius Tranquillus. Taceo nunc quod de Francis Hunibaldus ſcripſit, *coma uſos, capillitiique magnam habuiſſe curam, ideoque devictis Gallis in ſignum ſervitutis comam totondiſſe, ut victores à victis eo facilius dinoscerentur.* Haec etiam Sicambris optime quadrant, de quibus initio Epigrammatum Martialis,

Crinibus in nodum tortis venere Sicambri.

& calamiſtro ad ornandam comam uſos nonnulli Rom. ſcriptores tradiderunt: nullae enim aliae Germaniae gentes ſicà coma praedicantur, ut Suevi & Sicambri. Porro quod poſtea nomen mutaverint, id aliquo eventu factum eſſe poteſt, ut quottidie fieri videmus; Qui enim nunc Leodienſes, olim Eburones fuerunt, Colonienſes Ubii, ſic Auſtria nunc appellatur, quae olim Pannoniae pars erat, ſic Alſatia dicitur, quae olim Alemannia, ſic Occidentale vulgo Lothariique regnum dicitur, nobilis illa Belgicae pars ab Argentorato usque ad Treviros protenſa, utque tantummodo ob partitum Francorum in tres partes regnum, quarum poſtrema atque

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [294] - 239
PUBLIC DOMAIN

que minor Lothario Caesari obvenerat. Vuestfalia nunc dicitur, quae Saxonia olim fuit. Quae breviter in medium attulisse sufficiat, ut nulli mirum videatur, si mutato nomine, qui ante Sicambri dicebantur, postea Franci appellari potuerint. Sive enim Franci à Rege eorum Francone (ut author est Hunibaldus) sive à libertate, quod Gregorius Turonensis & Sigebertus putant, non multum ad rem nostram facit. Ex historiis hoc nomen sub Antonini & Probi Impp. tempora agnitum reperio. Trebellius Pollio in vita Probi Caesaris: *testes*, inquit, *sunt Franci in invitis siti paludibus;* & saepe cum Germanorum enumerat gentes, interserit & *Francos*. Paludes autem esse, neminiambiguum est, ea in parte Germaniae, quam nos Sicambriam olim dictam credimus, videlicet ubi nunc *Zutphania* urbs sita est, & non longe ab *Asciburgo*, quam Embricam quidam vocari putant, ingens & famosa palus versus Vuestfalos protenditur. Praeterea ubi *Frisii occidentales*, hodie Monasterienses & Trajectenses Gelrensibus & Hollandis contermini sunt, solum natura paludosum cernitur. Sic etiam intelligi poterit, quod de Francorum sedibus I. libro Gothicorum bellorum Procopius scribit, cujus verba, quia plane in Germania Francos ponunt, eo libentius subscribam, quod sciam, quosdam hoc pessime habiturum, qui nostrae gloriae semper inviderunt. Describens enim vero situm locorum, ubi Rhenus in Oceanum Germanicum praecipitatur; *Hisce*, inquit, *locis paludes sunt non modicae, ubi primitus Germani habitabant, gens barbara, nec magni tunc momenti viri, qui nunc appellantur Franci, iis finitimi Arborichi erant.* Haec Procopius. Sed quantum ad loci descriptionem, quae χωρογραφία dicitur, attinet, condonandi aliquid est illis, qui de rebus incognitis atque remotissimis scripserunt: Fuit enim Procopius vir equestris ordinis, qui apud Justinianum Caesarem in Graecia militabat. Verissimum est illud Plinii II. Naturalis Historiae libro dictum, *locorum situs diligentissime explanari ab iis, qui inde prodissent.* Porro non multum distant Sicambri ab ostiis Rheni, ut homo Graecus facile hallucinari potuerit: vel certe praeter Sicambriam Bataviam atque Hollandiam quoque inhabitaverunt. De *Arborichis* autem quid sibi velit, non satis intelligo, nisi quod insulae Arborichae adjacere dicuntur illi provinciae, quae nunc Hollandia vocatur. Idem author libro III. scribit: *Germanos Galliam debellasse, permissuque Justiniani Caesaris possidendam accepisse, unde*, inquit, *& Arelatae nunc habitant.* Sed de alia Germanorum gente credi hoc non potest, cum Francos eo tempore tota Gallia potitos constet. Primus enim Francorum Clodoveus universam Galliam ejectis Romanis obtinuisse traditur. Is vero Martiani Imperatoris temporibus regnavit, post quem Justinianus imperavit C. amplius annorum intervallo, & à Clodoveo usque ad Karolum Magnum res Francorum incrementa semper accepit, donec totius fere Europae tenerent imperium. Hos igitur inclytos Germanos Procopius notavit, à quibus etiam hoc tempore Imperator Arelatensis regni titulum retinet. Quos in Sicambria olim sedes habuisse, & vera origine Germanos fuisse indigenas, non Trojanos (ut fabulantur quidam) mea fert opinio, quam non parum promovet, quod Abbas Spanheim. ait haberi apud Remos insculpta haec verba, quibus beatus Remigius Clodoveum baptisandum allocutus fuerit: *Mitis depone colla Sicamber.* Neque Hunibaldus inficiatur hanc Francos inhabitasse provinciam, postquam è Scythia digressi sunt, annis ante Christum natum non minus CCCC. Quare miror magis eorum regum nomina, quae recenset post adventum eorum in Germaniam, non reperiri apud Rom. scriptores, inter quos Strabo Augusti tempore tres nominat Sicambrorum reges, quorum nullus est in Catalogo Hunibaldi. Si quis aliter sentiat, illi non obnitar, liberum cuique suum esto judicium. Hoc tamen pro mea interim sententia adducam, gloriae cupiditate multos olim

olim fuisse inductos, ut antiquissimam originem suam facere conarentur. Qui enim aliis meliores videri volunt, hoc potissimum studeant, ut cum aliis nihil habeant commune. Hinc etiam Saxones, qui semper inter Germanos praecipuum locum habuerunt, origine se Macedonas gloriabantur, hac in re non minus ridiculi quam Franci: Eamque ob causam res strenue gestas nequaquam communi vocabulo Germaniae tribuebant, sic suam gloriam vilescere rati: hoc enim & Gothi & Vuandali factitarunt, unde paulatim à vulgo creditum est eos extra Germaniam fuisse. Sed haec breviter attigisse sufficiat.

Restat aliqua ex ipsorum Francorum monumentis afferre testimonia, idque tanta brevitate aggrediemur, ut taedium legentibus nullum afferamus, diligentioribus reliqua committentes. Duas Francos habuisse leges, ipsorum authores testantur, *Salicam* atque *Ripuariam*, quibus nullus Regum ante Carolum Magnum adjicere quicquam tentavit. Eae cum apud ipsos plurimi semper momenti habitae sint, ac in Latinam linguam posterioribus seculis translatae reperiantur, eo majorem adversariis authoritatem praestabunt. Ipsarum quoque penes me exemplar fuit ipsius Caroli Magni temporibus conscriptum, in quo passim gentis vocabula, quae Latinis verbis reddi non potuerunt, vernacula Germanorum lingua exprimuntur, quam rem ex ipsarum legum capitulis probaturi sumus, ut liquido appareat nostrae Germaniae non parvam infligi contumeliam, cum illi sua eripitur gloria, Francorum olim egregiis virtutibus parta.

Legis Ripuariae Capitulo XV. ubi loquitur de iis qui interfectum hominem celant vel in puteum dejiciunt, exponit sese hoc modo, quod dicitur ermordet, ermorden enim interficere hominem sonat eo modo quo solent latrones, & est convitii verbum.

Item passim pro pecunia qua quis multam solvit aut redimit Vuergelta ponitur, gelt enim pecunia est Germanis, & uueren defendere.

CAP. XXXVIII. Ubi enumerat quaedam instrumenta armorum, Spatham inquit cum cogilo, pro capulo, & Helmum pro galea, & Beinbergas pro armis quibus teguntur crura, Bein enim crus appellamus.

Item Fredum appellat compositionem, qua quis pacem à principe impetrat, Fried pax.

CAP. LXXXVIIII. Hominem forbannitum. i.e. exilio damnatum.

CAP. XC. Gravionem comitem, qui etiam hodie Graven dicuntur.

Multa insuper, quae enumerare opus non puto, de reliquis lector conjecturam faciat. Quod si quis dicere velit Ripuariam legem solis Ripuariis fuisse promulgatam, qui Francorum quidem socii, non de eadem gente erant, opponam illi Salicam, quae procul dubio antiquissima fuit, secundum quam judicare solebant Franci.

CAP. primo docet, quomodo quis sit maniendus, ubi manire pro citare.

CAP. VI. Canem Seusium. i.e. porcarium, vel doctum ad investigandos apros, quod nos ein Seushundt vel Schuuynhundt.

CAP. VII. Sparuuarium pro ave, quem hodie quoque Speruuer dicimus. Scuriam pro horreo.

CAP. XXIIII. Slusam de farinario, pro clausura.

CAP. XXVIII. Sckellam de caballo, pro instrumento, quod vulgo campanellam vocant sive tintinabulum, quo utuntur equi onerarii.

Reffare segetem, pro vellere.

CAP. LIII. Rachinburgii dicuntur Commissarii ad componendas lites instituti, Rachten enim componere, Burgen fidejussores.

CAP. LXI. Durpilum exponit liminare domus.

Item ex constitutionibus Caroli Magni ad Salicam legem adjectis, teste quoque Eginharto.

CAP IIII. Faidosum appellat, qui hostis est publicus, Feed enim bellum significat.

Herbannus, multa quae domino, hoc eſt principi debetur.

Scaram pro turma.

Herbergam pro hoſpitio.

CAP. LXX. Sic ſcribitur, Quicunque absque licentia principis de hoſte reverſus fuerit, quod factum Franci Heresclit dicunt, volumus ut antiqua conſtitutio i. e. capitalis ſententia erga illum puniendum cuſtodiatur ab exercitu quem Here vocamus.

Caetera (quae multa ſunt) partim jam uſu abolita, ſed adhuc Germanicam originem teſtantia, quaedam etiam adhuc vulgari conſuetudine recepta, conſulto praeterire ſtatui, ne lectorem ad alia jam properantem detinuiſſe videar.

INVICTISSIMO ET CLEMENTISSIMO ROMANORUM IMPERATORI

KAROLO AUSTRICO,

EJUS NOMINIS V. HISPANIARUM, PANNONIAE, DALMATIAE, SICILIAEQUE REGI longe POTENTISSIMO,

HERMANNUS à NUENARE,

SACRI IMPERII GERMANICI COMES,

perpetuam foelicitatem.

Quum noſtro aevo rei literariae Studioſi homines ingenii foelicitate & dicendi copia pollentes, quicquid ad Philoſophiae cumulum ſive divinae ſive humanae facere potuit, abunde perſecuti fuerint, viſum eſt mihi aliquando prudentiſſimum illud Pythagorae conſilium amplectendum eſſe, quo ſuis diſcipulis ſilentii ſeptennalis rationem proponebat. Idque adeo ſemper apud me obtinuit, ut per annos aliquot in angulum abditiſſimum recipere me ſtatuerim, ubi cum Abderita Democrito, quantum mihi per fortunam liceret, incognitus deliteſcerem, ſic futurum ratus, ut vel ipſa diuturna meditatio vitae moderationi conjuncta, fructum aliquem mihi reponeret. Quid enim in tam celebri hominum frequentia, quibus haec aetas & haec natio nunc referta cernitur, noſtrae induſtriae relictum putabimus? Omnia ſunt jam dicta (ut Poëta ait) nihilque praetermiſſum, unde vel augeri vel ornari reſpublica poſſit: Jamdudum ſiquidem per Germaniam pullulantibus paſſim ingeniis, mira ubertate res literaria propagari coepit, ita ut non abſurde Horatianum illud Germani de ſe jactare poſſint:

Venimus ad ſummum fortunae, pingimus, atque
Pſallimus, & luctamur Achivis doctius unctis.

Haec mihi ſubinde animo verſanti, non potuit non placere taciturnitatis ratio, praeſertim, quae hoc tempore non modo non conducens, ſed prope neceſſaria vi-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [297] - 242
PUBLIC DOMAIN

videtur, Quippe cum multos ob loquendi libertatem saeviens vindictae procella perdere conetur, & quod magis dolendum sit, in libera Germania liberas esse linguas non permittitur, quod in qualibet libera civitate permittendum, M. Cicero judicabat. Verum ex altera parte mecum dissidens, cogitavi ne sic quidem decorem me servaturum. Nam faustum illud Imperii tui exordium, quo totus ad alacritatem mundus excitatur, omnem socordiam metumque reprimit, ac veluti reluctantem, cogit in tam publico orbis spectaculo frontem deponere, institutoque Aristippi blandum quoddam & civile vivendi genus amplecti. Repente igitur exemplo Cynici illius Diogenis dolium meum volvere aggrediar, ne in communi omnium occupatione intempestivius otiari videar. Ut tamen aliquam audaciae meae apologiam praetexam, duo sunt Invictissime Caesar, quae mihi fiduciam suggerunt tecum per literas loquendi, amor tui, & patriae gloria, quorum alterum mihi cum optimo quoque commune judico, ita ut id veniam mereri ab omnibus putem, quod nemo non studet facere nisi pessimus: alterum ut excusatione non egeat, tua innata clementia facile praestabit, quae proculdubio tanto vincit caeteras virtutes, quanto tu omnibus major es. Habes igitur summam excusationis meae, qua fretus hoc rude & incultum historiarum opus, tibi qua possum honoris tui praefatione nuncupo, quod quidem non quasi nostro ingenio partum sit æstimare debes, cum id ipsum e Germanicae vetustatis penu deprompserim, quale quoddam ante nos Ornatissimus vir Conradus Peutinger approbantibus doctissimis hominibus praestitit: Quare mihi Francorum Regum, Pipini videlicet, Caroli Magni atque Ludovici res gestas velut postliminio revertentes in Germaniam reducere sub Tui Nominis auspicio liceat. Quorum potissimum ope ultra omnes totius Europae provincias nostra Germania & aucta & ornata legitur, ut non minus Francis debeat ipsa, quam Romanis olim Italia, & suis docta Graecia Athenis: Haec est enim illa inter omnes Germaniae gentes clarissima, meritoque nominis immortalitate celebranda, quae Germaniam Germaniae restituit, cum illa prius tot intestinis cladibus dilaniata, vix sibi ipsi constaret, hinc Gothis Vuandalis, Hunis, Langobardis, illinc Herulis, Thurcilingis, Saxonibus, Anglis, Nordmannis, Quadis, Burgundionibus, Alemannis in suam parentem saevientibus: Haec Galliam tripartitam toties à nostris majoribus oppugnatam, tandem omni ex parte perdomuit, ipsiusque non modicam partem in hanc nationem transplantavit, ut ab Alpibus, unde Rhenus effunditur usque ad Occiduum Oceanum Germanici juris sit, quod Gallia prius Belgica dicebatur: Reliquum autem Galliae de suo nomine Franciam appellari etiam hoc tempore videmus, unde constat Gallorum non tam victores quam extinctores fuisse. Haec denique Rom. Imperium tanto tempore toti terrarum orbi non formidabile solum, sed etiam onerosum, brevi tempore contrivit, ipsamque Italiam victorem quondam gentium victoris ferre jugum compulit. Sic Germanorum virtuti cedere coacti sunt Romani, quos neque ferocia Annibalis cum tota Africa, neque potentia Antiochi cum sua Asia, nec Pyrrhus, quamvis Graeciae esset Imperator, frangere potuerunt: Quae res fortissimum virum non latuit, Fridericum I. cognomento Barbarossam (quemadmodum de illo memoriae tradiderunt Otho Frisingensis Episcopus & Guntherus Ligurinus poëta) Nam hunc ad legatos Rom. sibi in aditu urbis obviam factos vere Germanico quodam vultu dixisse ferunt, *Rom. Imperium Majorum meorum Francorum sanguine emptum, eisdem quibus accepi manibus tueri conabor:* quo suo eulogio vanam Italorum contudit arrogantiam, qui ad Germanos venisse Imperium Stephani Papae donatione asserunt, ut *precario* nos accepisse fingant, quod *belli jure* possidemus. Qui si verum dicere vellent, fatterentur utique Karolum

Magnum Italiae, a qua per Langobardos ejectus erat, restituisse Stephanum papam, nec agnoscere donum, quo carebat is quem fingunt donatorem. Faterentur, per hunc in Italia regnare Pont. Romanum, non Constantinum, cujus successores usque ad Thederichi regis Gothorum tempora & ipsam Romam, & Italiam totam tenuerunt. Faterentur hexarchatum Ravennae cum Piceno non fuisse unquam sub potestate Rom. Ecclesiae, nisi postquam Stephano Papae fuit per Pipinum collatus. Sed Italorum haec commenta relinquamus, & ad Francos revertamur: Hi sunt enim qui Saxonum gentem bellicosissimam, & Rom. viribus insuperabilem, diuturno bello domuerunt, victamque Christi sacratissimam religionem profiteri compulerunt. Hi Hispaniam prius occupatam Saracenis, Pannonias Hunis, Sarmatiam Sclavis, totum Balearicum mare vexatum Mauris, tam brevi tempore subegerunt, ut nescire possis, majorne foelicitas eorum in consequendis ac retinendis, quam fortitudo in expugnandis provinciis fuerit. Ex hac nimirum gente tanquam ex equo Trojano totius Germaniae nobilitas profilit: neque enim altius suos avos numerat ulla insignis familia, cum primum ad Ansgisum Majorem-Domus ventum est, ibi velut ad anchoram sacram haeretur: Nec nos movet quorundam stultitia suam originem ad Romanos referentium: qui si scirent nullam in Italia nobilitatem esse, quam non Germani eo advexerint, non haurirent aquam è rivulis ipso fonte contempto. Jam satis constat, majores tuos Austriae, Burgundiae, Brabantiae Hollandiaeque principes è Francorum sanguine fuisse propagatos, neque hoc Augustum nomen tuum fortuito obvenisse tibi putaveris, quandoquidem haereditaria quadam successione id in te derivatum scire debes. Sed ne multis te detineam INVICTISSIME CAESAR, hoc breviter dixisse sat sit, vix ullum reperiri tam in Germania, quam Gallia coenobium, quod illorum munificentia non fuerit vel extructum vel ornatum. Hujus itaque gentis in nostram nationem praeclara & immortalia beneficia si per oblivionem premi patiamur, quis ab ingratitudinis crimine nos absolvere poterit. Dicere solebat magnus vir Eumenes, satius esse perire, quam ingratum vivere, & nos profecto ingratitudinis nota non carebimus, si quod in privatos homines admittere nefas putatur, in patriam commiserimus. Accipe igitur jucunda fronte munus exiguum Tuo dedicatum Nomini, quod etiamsi Te dignum minime sciam, non ideo tamen à nobis offerendum non fuit: nam si ad materiam spectes, vix ulla gaza, vix Regum atque tyrannorum opes satisfuerint: recte enim magnus Aristoteles diffinivit amicitiam id exposcere, *quod quis praestare possit, non quod pro dignitate sit*: Et te quidem inter omnes virtutes quibus praeditum esse cognovimus, nulla aeque decet ac illa admirabilis animi tui lenitas, quae potest vel graviter delinquenti ignoscere, oportet enim Te non minus boni parentis quam optimi principis specimen exhibere, quemadmodum apud Xenophontem Christanta quidam testatur, Ὅτι ἄρχων ἀγαθὸς οὐδὲν διαφέρει τοῦ πατρὸς ἀγαθοῦ, hoc est quod bonus princeps nihil differt à bono parente: Haec enim una est in principe laus, qua non potest ulla dari praestantior, ideoque veniae locum apud Te mihi certo polliceor, quam si ego non mereor, ille tamen facile impetrabit Karolus Magnus, cujus in gratiam hoc qualecunque studium nostrum desudat, dignus ille qui pro me intercedat, dignus cujus Tu vitam & mores imiteris, quod si feceris nunquam sane te facti poenituerit. Nam illud praeclarum exemplar tuum si non vinces, saltem aequaveris: longe foelicior futurus C. Caesare Romanorum potentissimo, qui sibi velut scopum quendam Alexandri Magni gesta ante oculos constituisse fertur, flagitiosus homo dignum suis actibus exemplar consecutus. Tu vero hujus viri sanctimoniam imitatus, jure optimo KAROLUS

ROLUS MAXIMUS appellaberis, ut te omnes per orbem terrarum & colant & admirentur. Interim te mente & corpore valere opto, Deumque Maximum precor, ut Imperium Tuum fausto omine inchoatum, optimo foelicisſimoque fine concludat. Vale Glorioſisſime & Clementisſime IMPERATOR. Ex Colonia Cal. Febr.

VARIANTES LECTIONES

EXCERPTAE EX VARIIS MSS.

Caiogonvillenſi, Lugdunenſi, Bodlejano, Sionenſi, Caſſellano, Excerptis Trajectinis, ut & Editt. DuChesnii, Bollandi, Beſſelii, &c.

Pag. 1. In *Cajogonvil.* legitur: *Incipit Prologus Alcuini in Vitam Caroli M. Regis Francorum & Imperatoris Romanorum.*

Pag. 5. Praefatio deſideratur in *Bodlej.* & *Caſſ.*

l. 2. *res geſtas*] geſta *Lugd.*

l. 8. *ſi tamen ullo modo*] ſi t. hoc u. m. *Cajog.* & *Sion.*

Pag. 6. l. 6. *aliorum*] avorum. *Sion.*

l. 9. *deſcriptione*] ſcriptione. *Sion.*

l. 11. *quaeque praeſens*] atque p. *Cajog.*

dicitur] dicunt. *DCh. Boll. Cajog. Lugd.* & *Sion.*

Pag. 7. l. 14. *manere*] remanere. *Cajogonv.* & *Sion.*

l. 16. *imo nullum*] imo in me nullum. *Lugd.*

deſudare] exercere. *Sion.*

Pag. 8. l. 9. *me à ſcribendo*] me & haec ſcribendo. *Cajogonv.*

Pag. 15. l. 1. *dominantis*] dominationis. *MS. Flor.* & *Caſſel.*

l. 6. *quam unam & eam perparvi*] quam unam & tamen praeparvi. *Cajogonv.*

Pag. 16. l. 2. *quod bubus*] quo bub. *Cajog.* & *Lugd.*

l. 4. *celebrabatur*] celebratur. *Flor.*

Pag. 18. l. 3. *procurabat*] curabat. *Flor.*

l. 4. *tum*] deeſt in *Cajog.* tantum. *Flor.* tunc. *Lugd.* tamen. *Caſſ.*

Pag. 20. l. 2. *Byrram*] Buram. *Lugd.* Hyram *Caſſ.*

Pag. 22. l. 2. *videtur quod*] quod, deeſt in *Caſſ.*

Pag. 24. l. 6. *officere*] impedimentum efficere. *Caſſ.*

l. 11. *aut eo amplius*] eo, deeſt in *Lugd.* & *Bodl.* & eo amplius. *Flor.*

Pag. 26. l. 1. *Waiſarium*] Gaiferium. *alii Codd.*

Pag. 32. l. 1. *nullis*] multis. *Sion.*

Pag. 36. l. 6. *tum de Regni admin.*] tandem de Regni adm. *Caſſ.*

l. 7. *quae cognitu vel digna vel neceſſaria*] quae condita vel digeſta vel nec. *Flor.*

Pag. 27. l. 5. *efficere*] afficere. *Lugd.*

Pag. 38. l. 5. *mandat, ut perſugam reddat*] m. p. reddere. *Cajog.* & *Lugd.*

l. 6. *uſus*] utens. *Caſſ.*

l. 9. *eoque bello finito*] eousque b. f. *Flor.*

Pag. 39. l. 7. *Sed licet ſibi —— eſſe completum*] deſunt *in Lugd. Caſſel.* & *Adrevald. Mirac. S. Benedicti.*

Pag. 40. l. 1. *fidem dare*] f. facere. *Flor. Cajog. Lugd.* & *Adrev. Mirac. S. Bened.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [300] - 245
PUBLIC DOMAIN

l. 3. *quam & Desiderium*] q. ut Desid. *Cass.*
l. 5. *inclinatae videbantur*) inclinata videbatur. *Bess.* & *Mirac. S. Bened.* inclinare videbatur. *Lugd.* & *Cassel.*
l. 6. *omnia Romanis e. r.*] desunt in *Lugd.*

Pag. 41. l. 1. *Subactaeque* —— *Regem imponeret*) desunt in Edit. *Besselii.* Sed aliae omnes quotquot vidi, haec verba proferunt.

Pag. 42. l. 1. *cujus*] ejus *Cass.*

Pag. 43. l. 2. *deditii contrarii*) deditae contrariae. *Bodl.*

Pag. 44. l. 1. *arbitrabantur*] arbitrantur. *Vulgat.*
l. 3. *praeter*] propter. *Cass.*

Pag 45. l. 5. *dignum judicarent*] dignum deest in *Cajog.* & *Lugd.*

Pag. 46. l. 5. *emolliti*] molliti. *Flor.*

Fag. 47. l. 1. *vix annus unus*] vix ille annus. *Cajog.* annus illus. *Flor.* & *Bodl.*
l. 6. *quin aut ipse*] quando autem. *Cass.*
l. 8. *usque dum*] usque adeo. *Lugd.* donec. Vulg.

Pag. 48. l. 1. *parvulis*] liberis. *Cass.* & *Vulg.*
l. 7. *Hoc bello*] bellum. *Reuber.* & *Lugd.*

Pag. 49. l. 2. *Hasam*] Hesam. *Flor. Basam DCh. in marg.*

Pag. 50. l. 1. *consumti*] juxta conscripti. *Cass.*

Pag. 51. l. 3. *aut laborum patientiam*] aut laborem aut patientiam. *Cass.*
l. 5. *ex his*] ab his. *Bodl.*
l. 8. *dominabatur*] dominabatur. *Cajog.* & *Lugd.*
l. 10. *propter*] per. *Flor.*

Pag. 53. l. 1. *parumper in redeundo*] desunt haec in *Lugd.*

Pag. 54. l. 1. *extremam impedimentorum*] extrem. peditorum *Cajog.*
l. 2. *novissimo agmine*] novissimi agminis. *Flor.* & *Cajog.* novissimi agmine, *Cass.*
l. 3. *praecedentes tuebantur*] peditiam partem tuebantur. *Lugd.*
l. 9. *Eghartus*] Eggibartus seu Agebardus. *DCh. in marg.* Eggehardus. *Bodl.* Eginhardus. *Cass.*
l. 10. *Rutlandus*] Hruodlandus. *Cajogonv.* de Rutlando nihil in *Flor.*

Pag. 56. l. 2. *ubinam*] ubi. *Flor.*
l. 4. *Brittones*] Brettones. *Bodl.*

Pag. 57. l. 2. *ni sese dederent*] ni dederentur. *Cajog. Lugd.* & *Cass.*
l. 7. *utilitate*] utilitatem. *Vulg. quaedam Editt.* utilitati *Cassel.* fortitudine. *DCh. in marg.*
l. 10. *minor natu*] natu deest in Editt. *Freheri, Bollandi, MSS. Cajogonv.* & *Bodl.* minor fratri. *Cass.*

Pag. 58. l. 4. *ortum*) exortum *Flor.*

Pag. 59. l. 2. *contermini*] confinitimi *Cass.*
l. 3. *Cujus contumaciam*] Quorum *Vulg.*
l. 6. *Lechum*] Lechnum *DCh.* sed in *marg.* habet Lechum. *maximo*] magno. *Flor.*
l. 11. *ab illius potestate*] ac defensione, addit. *Dch.* & *Boll.*

Pag. 60. l. 1. *nemini defectionem suadenti*] ad defect. nullo (*leg. nulli*) suadenti. *Flor.* & *Lugd.*

Pag. 62. l. 3. *auxiliares*] auxiliatores. *Flor.*

Pag. 63. l. 4. *latitudinis vero, quae nusquam c. m. p. excedit*] latitudinis centum millia passum excedit. *Bodl.*

Pag. 64. l. 2. *Welatabi*] Welazabi. *DCh.*

Pag. 65. l. 3. *Avares*] Avaros. *Flor.*

Pag. 66. l. 3. & 4. *caeteras* —— *perficiendas commisit*] caetera —— perficienda com. *Flor.* & *Bodl.*

Pag. 68. l. 1. *Cagani*] Pagani ridicule *Flor.*

Pag. 69. l. 1. *Tarsaticam*] Turficam. *Flor.* & *Kranzius.*
l. 2. *interceptus*] interemtus. *Cass. Geroldus*] Gerulus. *Caj.* & *Lugd.*
l. 3. *instrueret*] strueret. *Cajog.*
l. 6. *sua*] sui *DCh.* & *Boll.*

l. 9.

l. 9. *Bohemanicum*] Bohemicum. *Flor.*
Hilinonicum] Linonicum. *DCh. in marg. MSS. Cajog. Lugd. Bodl.* Livonicum. *Freherus.* Liconicum. *in margine.*

Pag. 72. l. 2. *Abodritos*] Obodritos. *Cajog.*
l. 4. *Aquasgrani*] Aquisgrani *Flor.* & *Cajog.*

Pag. 73. l. 4. *Danubium Rhenumque*] ac mare, interserit *Cajog.*

Pag. 77. l. 3. *Vistulam*] Wisulam *Flor.* Visulam *DCh. in marg. Cajog.* & *Lugd.*
l. 6. *effecerit*] efficeret. *DCh. Boll.* & *Cajogonv.*

Pag. 78. l. 1. *constixit*] bello confl. *Flor.* & *Cajog.*

Pag. 79. l. 1. *proprium*] patruum *Cass.*

Pag 80. l. 4. *munificentia*] magnificentia. *Excerpt. Traject.*

Pag. 81. l. 1. *permisit*] promisit *Cajog.*

Pag. 82. l. 1. *transmisit*] direxit. *Flor. Cajog. Lugd.* & *Bodl.*

Pag. 83. l. 2. *eripere*] praeripere. *DCh.* & *Alb. Stad.*
l. 3. *statuit*] posuit. *Flor.*

Pag. 84. l. 1. *Inter quae praecipua*] Vulgatae addunt fere, sed nec *DCh.* nec *Boll. nec MSS.* mea hanc vocem agnoscunt.
l. 6. *decessum*] discessum. *Flor.*

pag. 86. l. 3. *comperit*] repperit. *Cajog.* & *Lugd.*

Pag. 87. l. 4. *vastabant*] vexabant. *Lugd.*
l. 6. *exire posset*] potuisset. *Cajog.* & *Lugd.*

Pag. 88. l. 1. *ampliando*] amplificando. *Cajog.*
l. 4. *hinc*] jam abhinc. *Flor,* & *Bodl.*

Pag. 92. l. 1. *Rotdrudim*] Hruodrudem. *Cajog.* & *Bodl.*
l. 2. *Thedradam*] Theodradam. *Cajog.* Theodoratam. *Bodl.*
Rothaidem] Hruodhadam. *Cajog.* Rudhaidem. *Bodl.*
l. 4. *cujus nomen modo mem. n. occ.*] cujus nomen nemo memoriae non noscit. *Cass.*
l. 5. *Luidgardim*] Leodgardam. *Cajog.* Leogardam. *Lugd.* Luitgardam. *Bodl.*

Pag. 93. l. 1. *Gersuindam*] Gresuindam. *DCh.*
l. 2. *Hugum*] Hugonem. *DCh. Boll. Flor.*
l. 3. *Adelluidam*] Adalindam. *DCh. Bodl.* Aluidam. *Lugd.*

Pag. 94. l. 1. *invicem*] inter eos. *Vulgat.*
l. 3. *acceperat*] susceperat. *Flor.*
l. 7. *similiter*] filialiter. *Cass.*

Pag. 97. l. 4. *Atalam*] Atulam. *DCh. in marg. Lugd.* & *Bodl.* Attilam. *Cajog.*
l. 8. *piet. videt. qua non min. insignis*] pietate vitae, qua nominatus erat insignis. *Cass.* qua, deest in *Lugd.*

Pag. 98. l. 5. *conjunxerat*] commiserat. *Lugd.*
l. 6. *coenaret —— sine illis*] verba haec non exstant in *Lugd.*
l. 7. *pone sequebantur*] paulo sequebantur post eum. *Cass.*

Pag. 103. l. 12. *minima injustae crudelitatis*] minima deest in *Bodl.* severitatis *Boll.*

Pag. 106. l. 5. *formae*] famae. *Lugd.*

Pag. 110. l. 1. *serico*] sirico *Cajog.*

Pag. 111. l. 1. *lutrinis*] deest in *Flor.* & *Cajog.*

Pag. 112. l. 7. *& iterum Leone —— supplicante*] in MSS. haec deesse notavit Franzius, quibuscum hac in re & *Bodl.* conspirat.

Pag. 115. l. 1. *plus ter*] plus quam ter. *DCh.* & *Excerpt. Traject.*

Pag. 116. l. 2. *cujuslibet officii agendum*] quicquid ei de cujuslibet o. a. *Cajog.*
l. 7. *ut aeque illa ac patria*] ut ea quae vellet, illa ac patria lingua. *Cajog.*

Pag. 117. l. 1. *afficiebat*] sublimabat. *DCh. in marg.*

Pag.

Pag.120. l. 3. *mirae pulchrit.*] plurimae pulchr. *Cajog. & Bodl.*
Pag.121. l. 4. *inferre*] inferri. *Cajog.*
Pag.122. l. 4. *in ſuo Regno eam ſac. curaverit*] i. ſ. R. id facere procuraverit. *Cajog.*
l. 7. *compererat*] comperiret. *Cajog.*
l. 12. *tam in a. q. i. a. nec. n. e. gemmis*) tam in auri, quam in argenti nec non & gemmatum genere. *Caſ.*
Pag.123. l. 3. *ſua opera*) ſuo opere. *Cajog.*
l. 5. *ornata*) ordinata. *Flor.*
Pag.126. l. 2. *conturbatus*) contrariatus. *Caſ.*
Pag.127. l. 1. *protraxit*) extraxit. *Flor. Cajog. & Lugd.* exſtitit. *Bodl.*
Pag.128. l. 3. *praeſcire*) praeſciri. *Cajog.*
l. 4. *Conſtantinopolitanis*) Romanis. *Cajog.*
l. 5. *contumaciam*) invidiam. *Editt. quaedam.*
Pag.129. l. 4. *ſed in his ——— quam quod*) Sed de his ——— niſi quod. *Cajog.*
Pag.132. l. 2. *appellarentur*) pronuntiarentur. *Cajog. Lugd. & Bodl.*
Pag.136. l. 7. *in eodem vico*) haec deſunt in *Cajog.*
Pag.137. l. 8. *praeſagia*) prodigia. *Lugd.*
Pag.139. l. 5. *cui inſidebat*) quem ſuperſedebat. *Bodl.*
Pag.140. l. 2. *procul jaceret*) longe jac. *Cajog. & Lugd.*
Pag.141. l. 12. *perfici non poterant*) non perfecit. *Bodl.*
l. 18. *In Nom. Dom. ——— Sancti*] deeſt in *Cajog. & Lugd.*
Pag.142. l. 21. *Metropoliticarum*) Metropoleorum *Flor. & Cajog.*
Pag.143. l. 1. *data eſt*) facienda eſt. *Flor. & Bodl.*
l. 3. *Juvanum*) Euvanum quae & Salzburno. *Flor.*
l. 9. *vel ipſe ſuperſtes eſſet*) manſiſſet in corpore. *Lugd. & Bodl.*
l. 10. *uſum ejus ſibi neceſſarium judicaret*) uſ. e. ſibi ſecundum rerum carentiam nec. jud. *Cajogonv. & Bodl.*
l. 11. *abdicationem*) carentiam. *Lugd.*
l. 15. *erogaretur*) fuiſſet erogata. *Cajog. Lugd. & Bodl.*
l. 20. *aliaque ——— ſuppellectilia*) alioque aut pretioſo aut vili ——— facto ſuppellectili. *Bodl.*
Pag.144. l. 9. *congregavit*) habebat congregatum. *Cajog.*
l. 10. *redimerentur*) fuiſſent redemti. *Cajog Lugd. & Bodl.*
erogaretur) erogatum. *dicti Codd.*
Pag.145. l. 5. *inſignita*) figurata. *Cajog. Lugd. & Bodl.*
l. 8. *figuratione*) operatione. *Cajog. & Lugd.*

IN.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [303] - 248
PUBLIC DOMAIN

INDEX AUCTORUM

Qui in hoc opere emendantur aut illuſtrantur.

Numerus Barbarus notat paginam, literae vero a. b. columnam.

A.

Abbo Floriacenſis. 156. b.
Adamus Bremenſis. 169. a
Ado Viennenſis. 49. b. 67. b. 68. b. 192. a.
Aimoinus. 165. b.
Aimoini Continuator. 25. b. 188. b. 189. a.
Albericus Monachus. 37. a.
Albertus Stadenſis. 33. a.
Alexander Natalis. 11. b.
Anaſtaſius. 20. a.
Annales Bertiniani. 31. a.
Eginhardi. 37. b. 38. a. 40. a. 56. a. b. 125. b.
Fuldenſes 37. a. 88. b. 92. b. 156. a. b.
Hildeshemienſes 77. a.
Metenſes. 52. b.
Nazarii. 60. b.
Petavii. 17. b. 60. b.
Anonymus de Vita Ludovici Pii. 175. a.
Arnobius. 196. b.
Auctor Fundat. Eccleſiarum in Saxonia. 136. a.
Aventinus. 11. a. 29. b. 30. a. 78. a.

B.

Bangertus 70. b.
Barthius. 19. b. 70. b.
Benno Cardinalis 170. a.
Beſſelius. 10. b. 12. b. 17. a. 57. b.
Blancus. 30. b.
Blondus. 123. b.
Brito (*Gulielmus*) 19. b.

C.

Charta 47. apud Mabilionem de R. D. 26. a.
Charta 86. apud Goldaſtum. R. Alem. 198. b.
Chifletius. 117. a.
Chronicon S. Galli. 27. b.
Moisſiacenſe. 136. a.
Wirzburgenſe apud Baluz. 84. b.
Claudianus. 14. a.
Conradus à Liechtenau. 33. b.
Corippus. 13. b.

D.

Demſterus. 13. b.
Dodechini Appendix ad Sigebertum. 197. a.

F.

Eginhartus de Vita Caroli M. 29. b. 33. a. b. 63. a. b.
Egolismenſis Monachus de Vita Caroli M. 26. b. 60. b. 82. b. 136. a. 174. a.
Erici Hiſtoria Danorum. 71. a.
Eutropii appendix. 179. a.

F.

Faber (*Petrus*) 172. a.
Forcatulus (*Stephanus*) 73. a. b.
Fredegarii Continuator. 37. b.

G.

S. Galli Monachus de Vita Caroli M. 35. b.
Gervaſius Tilberienſis. 136. a.
Gobelinus Perſona. 39. a.
Godefridus Viterbienſis. 94. a. 163. a. b.
Goldaſtus. 10. b. 13. a. 94. a.

H.

Helmoldus. 50. b. & ſeqq.
Hepidanus. 9. b. 23. b.
Hunibaldus. 73. b.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [304] - -
PUBLIC DOMAIN

INDEX AUCTORUM.

I.

Johannes à Leydis. 94. a.
Isidorus. 110. a. 218. b.

L.

Lambecius. 114. a.
Lambertus Schaffnabrugensis. 192. a.
Lex Bajoariorum. 60. b.
Salica. 14. b.
à Leydis (*Johannes.*) 94. a.
à Liechtenauw (*Conradus*) 33. b.
Lindenbruch (*Erpoldus*) 94. b.
Lupus Ferrariensis. 156. b. 197. a.

M.

Mabilio. 35. b.
Mariana. 54. a.
Marianus Scotus. 27. b. 33. a. 56. b. 84. b. 90. a. 96. b. 98. a.
Mathias (*Christianus*) 32. a. 117. a.
Mela. 63. a. b.

P.

Pachomii historia. 196. b.
Papiae Glossarium. 109. b.
Paulus Diaconus. 18. a. 171. a.
Platina. 32. a. b. 69. a.
Poëta Saxo de Vita Caroli M. 33. a. 40. a. b. 53. b. 62. a. 102. b. 105. a. 107. a. b.

R.

Regino. 16. a. 27. b. 49. b. 67. a. b. 68. a. b. 162. a. 193. a. 194. a.
Rigordus. 168. b.
Rolvinck. 137. b.

S.

Sausajus. 56. a.
Saxo Chronographus. 128. a.
Saxo Grammaticus. 71. b. 72. a.
Saxo Poëta vid. Lit. P.
Sclavonici Chronici Auctor Anonymus. 50. b.
Seraphiae S. Passio apud Baluz. 139. b.
Siffridus Presbyter. 94. a.
Sigebertus Gemblacensis. 15. b. 17. a. 27. a. 32. a. 37. a. 69. a. b. 74. a. 84. b. 96. b. 102. a. b. 122. b. 137. b. 171, b. 206. a.
Sylvius (*Aeneas*) 3. a.

T.

Theophanes 18. a.
Trithemius 60. a.
Turpinus 52. & passim.

W.

Withekindus Monachus. 48. b.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [305] - -
PUBLIC DOMAIN

INDEX
Rerum & Verborum.

A.

Aaron Rex Perſarum veneratur Carolum. 79. b.
Carolo M tradit locum ſepulturae Chriſti. 81. a. b.
Elephantem mittit Carolo. 82. a.
Horologium artificioſiſſimum dono dat Carolo. 82. a.
Vocatur Emir Almumenin. 79. b. 80. a.
an differat ab Amirate. 79. b. & ſeqq.
Abdella Rex Saracenorum. 52. b.
Abodriti erant gens Sclavorum. 62. b.
vocantur & Reregi. ibid.
foederati erant Francorum. 62. b. 63. a.
accipiunt regionem Transalbinorum. 47. b.
cum Wilſis bello implicantur. 63. a.
Wilſos ope Francorum ſuperant. 63. a.
Abulabaz vocabatur Elephas Aaronis. 82. a.
Academias an condiderit Carolus M. 86. b.
Acciaiolus an Scriptor Vitae Caroli M. antiquus. 2. a. b.
Achajus Rex Scotorum an foedus cum Carolo M. percuſſerit. 79. b.
Acroama quid. 114. a.
Adalgiſus filius Deſiderii Regis Langobardorum. 40. a.
aufugit in Graeciam. ibid.
fit Patricius. 40. b.
bellum ope Graecorum contra Francos inſtaurare conatur. ibid.
occiditur eo in bello. ibid.
Adalungus quis. 147. a.
Adeldrudis filia Caroli M. 93.
Adelfonſus Rex Galetiae. 78. a. b.
an bellum geſſerit cum Carolo ibid.
Adelhais filia Pipini. 97.
Adelluida Concubina Caroli. 93.
Admallare quid notet. 173. a.
Adriani R. P. mortem deflet Carolus. 98. a.
ſuaſu Carolus M. ſuſcipit bellum Langobardicum. 38. 39.
Aedificia publica ſi fulmine tangerentur, quid portenderit. 140. b.
Agilolfingorum familia praeerat Bajoariae. 60. a.
Aiſti quinam populi. 64. a.
Aiſtulphus Rex Langobardorum. 39.
ſe dedit Pipino. ibid.
bis cum Pipino pacem facit. 40. a.
quando mortuus ſit. ibid.
Albinus an idem qui Alcuinus. 117. a.
fuit Praeceptor Caroli. 117. a.
delectabatur ſub fictis nominibus amicos ſuos alloqui. 118. a. b.
an Hersfeldiae ſepultus. 118. a.
Vitam Caroli M. an ſcripſerit. 148.
quae genuina reliquerit ſcripta. 117. b.
confunditur cum Albino Epiſcopo Buriburgenſi. 118. a.
Albis accolae quando & cur a Carolo in alias regiones traducti ſint. 47. b. & ſeqq.
Alcuinus vide Albinus.
Aldermannus quid apud Anglos. 164. b.
Alemanni quinam populi. 74. b. & ſeqq.
unde dicti. 74. b. 75. a.
olim omnes Germaniae populi vocabantur. 195. b.
quando Francis ſubjecti. 75. b.
Alman Deus Alemannorum. 75. a.
Alpes ſunt invia montium juga. 41. a.
Amiculum quid. 140. a. 212. b.
Amiras Aaron an idem cum Aarone Rege

INDEX

ge Perſarum. 79. b. & ſeqq.
Angilbertus quis. 99. a. 147. a.
Anſa uxor Deſiderii R. Langob. monaſterio includitur. 41. b. & ſeqq.
Anshelmus Comes Palatii. 54. b.
Aprilis unde Oſtarmonath dicitur. 43. b.
Aquisgranum unde hodie Aix la Chapelle vocetur. 108. b.
Aquisgrani Carolus exſtruit Baſilicam. 84. a. b.
Regiam ſplendisſimam aedificat Carolus. 108.
Aquitania dividitur a Pipino inter filios ſuos. 37. b.
qua ratione tota ad Carolum M. pervenerit. 37. b.
Aquitanicum bellum quando & cur ſuſceperit Pipinus. 27. a. b.
quando a Pipino finitum. ibid.
Carolus M. quando inchoaverit. 36. b.
finitur. 38. b.
A. R. quid notet in nummis Francorum. 30. b.
Aragiſus Dux Beneventanorum rebellat contra Francos. 57. a.
ſe ſubmittit Carolo. ibid.
Grimoaldum filium Carolo dat obſidem. 57. a. b.
Arno quis. 145. b.
Aſſos cibos prae elixis amabat Carolus. 113. b.
Aſtula quid. 139. a. b.
Atala filia Pipini. 47.
Auguſtino de Civitate delectabatur Carolus. 114. b.
Auſonii MS. ubi primum inventum. 144. b.
Auſtriae vox varie accipitur a Scriptoribus Francicis. 28. b.
fines non ſemper iidem. 28. a.
Reges poſſederunt etiam provincias in Neuſtria. 29. a. b.
dicti a potiori. ibid.
Auſtria & Francia ſibi opponuntur. 28. b.
non habet eosdem cum Regno Auſtraſiorum limites. 29. a.
ſub Carolingis an idem notet ac ſub Merovingis. 30. a. b.
Avus fraternus quid. 175. a.

B.

Bajoariae olim Agilolfingorum praeerat familia. 60. a.
Dux Taſſilo rebellat contra Francos. 58. a.
Bajoariorum ſedes & termini. 59. b. 75. b.
cum Francis bellum quando coeperit & finitum. 58. a. b. & ſeqq.
Baddenfeld an locus praelii Francorum cum Saxonibus. 45. b.
Barba apud Francos maxime aeſtimabatur. 14. b.
promiſſa & capillitium erat inſigne Regum Francorum. 170. a. b.
Creditoribus dabatur in pignus. 15. a.
Barbam detondere erat ignominioſum. 14. b.
tangere apud Veteres juramenti vicem praeſtabat. 14. b.
an aluerit Carolus M. 105. b. & ſeqq.
Barbari qui Francis antiquis. 8. a. 132. a. 162. b.
Barbara lingua quae dicta fuerit. 132. a. 162. b.
nomina Franci mutabant in magis Latina. 118. a.
Bardi quinam dicantur. 130. b.
Barones qui vocentur. 189. b.
Baſilica quando Aquisgrani a Carolo exſtructa fuerit. 84. a. b.
unde vocentur aedes ſacrae. 197. b. 198. a.
Behemanni vaſtant terram Hunorum. 69. b.
Beliſario an oculi effoſſi. 102. b. & ſeqq.
Benedictus Monachus an peculiari veſtitu uſus olim fuerit. 199. b.
Bernhartus Pipini Filius an ex concubina natus. 97. a. b.
creatur Rex Italiae. 97.
conſpirat contra Ludovicum. 97. b.
qua morte perierit. ibid.
Bernoinus quis. 146. a.
Bertha filia Caroli M. 92.

An-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [307] - -
PUBLIC DOMAIN

Angilberti uxor an filia Caroli legitima. 99. a. b.
Bertha an dicta Carolomanni uxor. 32. a. b.
Berthais filia Pipini Regis Italiae. 97.
Berthrada cujus filia. 93. b. 94. a.
an pepererit Carolum M. in Thuringia. 35. a.
an Augusta dicta à filio. 197. a.
moritur. 93. b. 94. a. 197. a.
Bibliotheca Caroli M. ubi fuerit. 144. b.
Bohemi quando Regem acceperint. 196. a.
Bohemici belli origo. 69. b. & seqq.
Bonifacius Pipinum ungit in Regem. 12. a.
Braccae Germanorum. 110. a. b.
Brittones domantur à Carolo. 56. b.
Burchardus & Folradus an consuluerint Papam de Hilderico deponendo. 11. a.
Burchardus Comes Stabuli. 147. b.
Byrra fluvius ubi. 20. b.

C.

Caenulphus Rex Merciorum. 79. a.
Caesarum & Augustorum nomina saepissime inter se confunduntur. 211. b.
Caganus nomen Regum Hunorum generale. 67. a. b. 193. a.
quid notet. 68. a.
Calceamenta Francorum. 110. b. 111. a. b.
Calligraphiae operam dabat Carolus. 120. a. b.
Calvinus an secundum Pontificios auctor librorum de Trinitate, qui Alcuino tribuuntur. 117. b.
Camisia quid. 109. b. 110. a. 202. b.
Campus Madius an idem quod Maji-Campus. 17. a. b.
Cancellarius primus inter Consiliarios. 5. a.
Medii aevi an idem cum veteris Cancellario. 5. a.
Cantum emendavit Carolus. 121. b. 205. a.
Capella quid notet. 144. a. b. 198. a. 219. a.
Capillitii jus ad solos Reges Francorum pertinebat. 14. a. 170. a. b.
Francorum Reges summo studio observarunt. 14. b.
Capillitio quomodo Reges à subditis discernerentur. 14. a.
Capillos cur postea abscinderint Franci. 171. a. 174. b.
Carmina Veterum erant Annales. 130. b. 207. a.
Carolingi an fixum celebrarint conventum. 17. a. 18. a.
an orti ex regio sanguine. 21. a.
Franci dicuntur. 163. a.
Carolingorum in Regno Francico successio. 184. b. & seqq.
Carolomannus I. & Pipinus instigantur à Proceribus contra Griphonem. 21. b.
quas Provincias in divisione acceperit. 21. b.
& Pipinus Provincias bello acquisitas dividunt. 22. a.
fit Monachus. 22. a.
cur Monachus factus. ibid.
reliquit filium Drogonem. 23. a.
quando Monasterium ingressus. 23. b.
quod Monasterium incoluerit. 23. b.
quomodo vixerit in monasteriis. ibid.
Romae monasterium exstruit. ibid.
se confert ad montem Cassinum. 24. a.
ubi mortuus. 24. a. b.
Carolomannus II. quas Provincias acceperit. 29. b. 30. a. b.
ubi & quando Rex creatus. 31. a.
& Carolus M. fuere inter se discordes. 31. a. b.
quot liberos reliquerit. 32. a. b.
an socius C. M. expeditionis in Aquitaniam. 37. a.
quamdiu regnarit. 33. a. b.
moritur. 33. a.
Carolomanni uxor an Bertha dicta. 32. a. b.
an Desiderii filia. 88. a. b.
fugit ad Desiderium & cur. 32. a. b.
liberi an Reges à Papa creati. 32. b.

Carolus Calvus cognominatur *Magnus*. 3. a. 157. b. 158. a.
Crassus vocatur *Magnus*. 3. a. 158. a. b.
Carlstradius an Auctor libri contra abusum imaginum. 117. b.
Carolus M. quando & ubi natus. 33. b. 34. a. b.
cum fratre creatur Rex. 27. b.
cur dictus *Magnus*. 3. a.
ubi & quando coronatus. 31. a.
an cum patre suo Pipino unctus sit. 163. b.
cum fratre Regnum partitur. 28. a.
quas provincias in divisione acceperit. 29. b. 30. a. b.
an Austriae vel Neustriae Rex. 29. b.
suscipit bellum Aquitanicum. 36. & seqq.
cepit Desiderium cum omni familia. 39. a.
quas Urbes Adriano R. P. dederit. 41. b.
an cum Radbodo bellum gesserit. 5. b.
Saxones bello aggreditur. 42. & seqq.
quoties aperto Marte cum Saxonibus pugnarit. 49. a. b.
suscepit bellum Hispanicum. 51. & seqq.
an XIV. annis bellarit in Hispania. 52. a.
Vasconum experitur perfidiam. 53. a. b.
an ab Adelfonso Rege Galetiae superatus fuerit in Hispania. 78. a. b.
Britones domat. 56. b.
Aragisii Beneventanorum Ducis fidem per obsides sibi firmat. 57. a. b.
Bajoaricam suscipit expeditionem. 58. a. b. & seqq.
Tassilonem detrudit in Monasterium. 60. b.
aggreditur Wilzos. 62. & seqq.
an ipse expeditioni huic interfuerit. 64. b.
Hunos debellat. 65. & seqq.
Bohemos & Hilinones bello superat. 69. a. b. & seqq.
contra Nordmannos ducit exercitum. 71. & seqq.
Regno Francorum quas provincias adjecerit. 73. & seqq.
an in Palaestina fuerit. 81. a. b.
Palatia quae exstruxerit. 83 84. 85.
Classem contra Nordmannos instruit. 87.
ducit Desiderii filiam in uxorem. 88. a.
Desiderata repudiata Hildegardem sibi sociat. 90. a.
an uxorem habuerit legitimam ante Desiderii filiam. 89. 90. a. b.
quot liberos susceperit ex Hildegarda. 91. b. 92. a.
Fastradam sibi junxit. 92. a.
Luidgardim Alemannam in matrimonium sumsit. 92.
concubinas quot habuerit. 92. 93.
liberos suos quomodo instituerit. 95. 96.
quot Sorores habuerit. 94. b. & seqq.
quoties Romae fuerit. 123. a. b.
quando Augustus dictus. 127. a.
an precario Imperium à Pontifice acceperit. 127. b.
an juramento se Papae obstrinxerit. 127. b.
an praescierit consilium Papae de se creando Imperatore. 128. a.
an majorem potestatem post susceptum nomen Augusti acceperit. 127. a.
an Urbis Romae Dominus. 126. a. b.
an habuerit jus eligendi Pontificem. 42. a.
an David vocatus. 118. a. b.
quot annis regnarit. 72. 123. a.

Artes

Artes liberales ſtudioſe coluit. 117. a.
an ſcribere potuerit. 119. 120. a. b.
legibus Capitula addit. 129. b. 130. a. 206. b.
quando obierit. 135. a. b.
Canonizatur. 137. a.
abdicationem Imperii meditatur. 143. b.
Caroli M. affectiones corporis. 104. & ſeqq.
animi. 116. & ſeqq.
res geſtae fabuloſae. 5. b.
Vita domeſtica. 113. & ſeqq.
cadaver ſepelitur Aquisgrani. 136. b.
quomodo in funere curatum. 136. a. b. 137. a.
Vitae Scriptores antiqui. 1. b. 2. a. b.
Scripta. 131. a. b.
genealogia. 21. a. 184. & ſeqq.
anni Regni & Imperii ſaepiſſime inter ſe confunduntur. 211. b.
Caroli quot in Regno Franciae. 157. b.
promiſcue vocantur *Magni*. 157. b. 158. a. b.
Carolus Junior, filius Car. M. bello aggreditur Wilzos. 64. b.
moritur. 96. b.
Carolus unde Martellus dictus. 19. a.
unde Tudites. 19. a.
vocatur Subregulus. 18. b.
Raginfredum & Hilpericum debellavit. 19. b.
vi occupat Major-Domatum. 19 b.
Radbodum vicit. ibid.
Tyrannos ex Francia ejecit. 18.
Eudonem vicit. 19. b.
Saracenos duobus ſuperat praeliis. 20. a.
dividit Regnum Franciae inter filios. 21. b.
quando mortuus. ibid.
an anima & corpore & cur damnatus fuerit. 21. b. 167. b. 168. a.
Carpentum quid. 171. b.
Carpento bobus junctis vehebantur Merovingi. 16. a.
Caſinum oppidum ubi. 24. a.
monaſterium incoluit Carolomannus cum multis aliis Principibus. 24. a.
Caſtrum quid. 179. a.
Centenarii quinam. 60. b. 189. a.
Centgrebe unde. 61. b.
Centumcellae per proditionem occupantur. 87. b.
Centuriones an iidem cum Centenariis. 189. a. b.
Charta donationis apud Brouwerum de nativitate Caroli M. an genuina. 35. a.
apud Goldaſtum quo anno data. 10. a.
apud Mabilion. de R. D. quo anno ſcripta. 26. a.
Chartae ſ. inſtrumenta publica quando Germanice ſcribi coeperint. 208. b.
Chilpericus Rex a Carolo Martello debellatur. 19. b.
Chriſtianam religionem Carolus M. ſanctiſſime coluit. 120. b.
Codicillos quales Franci habuerint. 119. a.
Cognomina quaedam Romanorum petita à corporis habitu. 3. a.
Comes an idem qui Judex. 68. a. b.
Palatii quid. 115. a b.
Comites minores regebant provincias. 61. a.
habebant Vicarios & Scabinos ſecum. 61. b.
Aedium ſacrarum gerebant curam. 86. b.
quinam adminiſtrarint bellum Saxonicum. 47. a.
an in Haſſia olim fuerint. 61. b.
quando ſe in libertatem vindicarint. 61. b. 189. b.
Comitum dignitas proprie erat militaris. 189. a.
Comitatus quid notet. 72. b.
Conceptionis & nativitatis locus an inter ſe differant. 34. b. 35. a.
Concubinae Caroli M. quaenam. 92. b. & ſeqq.
an etiam uxorum nomine veniant.

niant. 91. a. b.
Conjugationes Medio aevo ſaepiſſime inter ſe permutantur. 116. a.
Conjurationes adverſus Carolum. 101. & ſeqq.
Conſtantini donationem quis confinxerit. 41. b.
Contemplativa vita quid. 22. b.
unde dicta. 22. b. 23. a.
Conventuum apud Francos finis & ſcopus. 15. 16. 17. a. b.
Conventus Francorum publicus varie denominatur. 16. b.
quoties ſingulis annis ſub Merovingis celebratus. 16. b.
quo tempore celebratus. 16. b.
ſub Carolingis an fixi fuerint. 17. a. 18. a.
quot ſub Pipino ſingulis annis habiti. 18. a.
quando & cur ex Martio in Majum translati. 17. a. b.
quare Malla dicti. 173. a. b.
Conventus tempore Franci Regibus ſuis offerebant dona. 18. a.
Cortinae quid. 143. b.
Crepidas inter & caligas quale diſcrimen. 111. a.
Crines profuſos quis primum geſtarit inter Francos. 14. a.
alere erat inſigne Regum & nobilitatis. 14. a.
promittendi mos quando deſierit. 171. a.
Curopalates an idem cum Majore Domus. 13. b.
Cypriani Vita MS. ubi primum inventa. 145. a.

D.

David an Carolus cognominatus ſit. 118. a. b.
Decani quinam. 61. b.
Declinationum mutatio frequens. 31. b.
Deſideratam filiam Deſiderii Carolus uxorem ducit & cur. 88. b.
repudiatur à Carolo, quare & quando. 89. a. b.
Deſiderius fuit Comes Stabuli. 39. a.
fit Rex Langobardorum. 39. a.
vexat Papam. 41. a.
inimicum habet Carolum. 41. a.
captivus ducitur in Franciam. 41. a.
cui monaſterio incluſus fuerit. 41. b.
quot filias habuerit. 32. a.
Dicaculus quid notet. 116. b.
Didaſcalo comparatur Carolus. ibid.
Divi quinam dicti. 205. a.
Dodico Comes ubi. 61. b. & in Addendis.
Domus quid. 166. a.
Donarium quid. 205. b.
Donationem Conſtantini quis confinxerit. 41. b.
Drogo filius C. M. naturalis. 93. a. b.
filius Carolomanni I. 23. a.
Drud quid ſit. 92. a.
Ducatus an XII. ſub ſe habeat Comitatus. 188. b.
Duces majoribus praeerant provinciis. 61. a.

E.

Eardulfus an tempore Caroli fuerit Rex Scotorum. 79. a.
Ebrietatem lege publica prohibuit Carolus. 113. a. b.
Eghardus Regiae menſae praepoſitus occiditur. 54. a.
Eginhardus ubi natus. 3. a.
Caroli M. Cancellarius. 3. a.
primus Abbas Selingſtadenſis. 3. a.
an gener. Caroli. 3. b. 99. b. 100. a. b.
ſcripſit Vitam Caroli & quando. 3. b. 36. a.
an Annales Adelmo inſcriptos compoſuerit. 3. b.
Translationem Marcellini & Petri deſcripſit. 3. b.
Diplomata & Epiſtolas edidit. 3. b.
an interpolatus à Comite Nuenario. 3. b.
Defenditur contra Voſſium. 3. b. 4. a.
ignoravit locum nativitatis Caroli M. 36. b.

cum

cum Suetonio res Caroli per ſpecies exequitur. 40. a.
an de iterata per Stephanum unctione intelligendus. 11. b. 12. b.
an recte Stephano tribuat depoſitionem Hilderici. 11. b. 12. b. 163 b.
conciliatur cum aliis Scriptoribus. 11. b. 12. a. b.
an Einhardus legendum ſit. 156. a.
vocatur Clariſimus. 56. b.
Einhart an idem quod Ein rhat. 161. b.
Egolismenſis Monachus quando Vitam Caroli M. ſcripſerit. 2. a.
Electorum origo an ad C. M. referenda. 54 a. b.
Eleemoſynis an venia peccatorum acquiratur. 142. a. b.
Elephantis nomen, quem Carolo miſit Aaron. 82. a.
Enallage numeri & temporum Medio aevo familiariſima. 26. b. 27. a. 188 a. 196. a. b.
Enallages inſuetae exemplum. 32. a.
Eo amplius quid apud Eginhartum ſignificet. 25. a.
Epiſcopi olim dicti Pontifices. 140. b. 141. a. 213 b. 214. a. b.
an fuerint Majores-Domus. 168. b. & ſeqq.
habitabant olim in domibus Eccleſiae propinquis. 213. a.
Epitaphium Caroli M. 137.
Eremus quid ſit. 179. b.
an ſemper in ſterili agro. ibid.
Ericus Dux Forojulianus interficitur. 68. b. 69. a.
Evangeliſtas IV. ex Graeco & Syriaco ſermone correxit Carolus M. 120. b.
Eudo an ſolus Saracenos vicerit. 20. a.
à Carolo Martello ſuperatur. 19. b.

F.

Fabulae multae Carolo M. affinguntur. 5. b.
Familiae Carolinae recenſio. 21. a.
Familiae vox late patet. 16. a.
interdum cum illa famuli confunditur. 15. b.
Famoſus in bonam etiam accipitur partem. 5. b. 6. a.
Faſtrada Caroli M. uxor. 92. b.
an crudelis. 103. a. b.
Februarius unde Hornunc. 132. b.
Feminalia an eadem cum braccis. 110. a.
Femoralia an uſurparint Graeci & Romani. ibid.
Filiae C. M. fuerunt libidinoſisſimae 99. b. 100. a.
Filias ſuas non elocabat Carolus M. 98.
Filtrum quid. 144. a. 218. a. b.
Folradus & Burchardus conſulunt Papam de deponendo Hilderico. 11. a.
Fontanetica pugna quando acciderit. 185. a. b.
Francia & Auſtria ſibi opponuntur. 28. b.
quomodo olim diviſa. 28. a. b.
ſub ſe comprehendebat Auſtriam Neuſtriam & Burgundiam. 28. a.
aliquando denotat ſolam Neuſtriam. 28. b.
aliquando Neuſtriam & Burgundiam ſimul. 28. b.
Franciae & Saxoniae termini contigui. 44. b.
nomen latisſime patuit. 195. a. & ſeqq.
Franci an à Trojanis orti. 73. b. 74. a.
male vocantur τειχοφοχάτοι. 14. a.
ex quibus populis coaluerint. 73. b.
Orientales & Occidentales. 73. a. b.
an à ferocitate dicti. 190. a.
Merovingi. 9. a.
Carlingi. ibid.
Ripuarii quinam. 209. a.
Salingi qui ſint. 209. a.
de deponendo Hilderico conſulunt Papam. 10. a. 11. a. 12. a. 24. b.
limitibus diſcernebant provincias 56. a.
tabulis ceratis inſcribebant. 119. a.
duplici ſcribendi genere utebantur. 4. a.
quot leges habuerint. 129 a. b. 206. b.
venationibus maxime dediti. 95.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [312] - -
PUBLIC DOMAIN

b. 106. b.
Francorum mentio an apud Ciceronem fiat. 73. b.
Reges ante obitum ſuum Regni haeredes inſtituebant. 134. a. b.
Regni fines antiqui. 73. a. b.
clades in Bello Saxonico. 46. a.
Fraternus avus quid. 175. a.
Fridogiſus quis. 146. b.
Fritislariae ſitus antiquus an idem ac hodiernus. 42. b.
Fritislarienſem Eccleſiam S. Bonifacii fruſtra incendere conantur Saxones. 42. b.
Frontiacum caſtrum ubi. 38. a.

G.

Gallicae calceamentorum ſpecies. 111. a.
S. Gallus an in monaſterio ſuo ſepultus. 191. b.
Gaudina provincia quae. 163. a.
Gedani Urbis nomen eſt Sclavicum. 64. b.
Genealogia Caroli M. Caniſii quando ſcripta. 2. a.
Genitale ſolum an ſtrictim locum nativitatis denotet. 35 b. 36. a.
Germaniae Veteris limites. 194. & ſeqq.
Germani dicuntur Barbari. 8. a. 132. a.
Germanica Lingua an Caroli M. temporibus habuerit proprios characteres. 131. a.
an nihil ſcriptum fuerit ante Saec. XIII. 130. b.
erat barbara & inexculta. 122. a. 132. a.
Geroldus Bajoariae Praefectus occiditur. 69. a. b. 193. a. b. & ſeqq.
Gerſuinda Concubina Caroli. 93.
Gilberga uxor Carolomanni. 32. b.
an Deſiderii filia. ibid.
Gisla filia Caroli M. 92.
Gisla ſoror Caroli M. 94. a.
an eadem quae Itisberga. 94. b.
Godan Idolum Gothorum. 75. a.
Godefridus Rex Danorum. 71. b.
Abotritos Francorum foederatos ſibi ſubjicit. 72. a. b.
interficitur. 71. b.
Gothi unde dicti. 75. a.
Gougrebe unde. 61. b.
Graeci ſuſpectam habent Francorum potentiam. 83. a. b.
expetunt amicitiam Caroli Magni. 82. b.
quomodo vocarint Imperatores Occidentales. 83. a.
Grammaticam Germanicae Linguae inchoavit Carolus M. 131. a.
Grandmaiſtre Gallorum an idem qui olim Major-Domus. 164. a.
Gravius unde. 189. a.
Grebe quid notet. 61. b.
Gripho filius Caroli Martelli ex Suanechilda. 21. b.
quas provincias in haereditatem acceperit. 21. b.
ſuaſu matris ſe Regem dicit. ibid.
opprimitur & captivus ducitur à fratribus ſuis. 21. b.
Gundrada filia Pipini Regis Italiae. 97.
Guntherus an filius Taſſilonis. 60. a.

H.

Hadrianus quando Papa electus. 39. a.
Carolomanni liberos Reges creare negat. 32. b.
implorat auxilium Caroli contra Langobardos. 39. a.
Hartradus Comes conſpirat in mortem Caroli. 102. a.
Haſia habuit ſuos Comites. 61. b.
devaſtatur à Saxonibus. 42. b.
Haſtula quid ſignificet. 139. a. b.
Henricus Imperator dominium in Romam ſibi rurſus vindicare molitus eſt. 169. b. & ſeqq.
Herſfeldiae an ſepultus Alcuinus Caroli M. Praeceptor. 118. a.
Hetto quis. 146. b.
Hildericus quo anni tempore ad regnum pervenerit. 10. a. b.
an à Carolo Mart. ex monaſterio Rex creatus. 10. b.
an Zachariae vel Stephani juſſu depoſitus. 11. a. b. 12. a. b.
in monaſterium Sithiu truditur. 11. a.
cum Chilperico confunditur. 9. b.
cu-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [313] - -
PUBLIC DOMAIN

cujus filius. ibid.
quot annis regnarit. 9. b. 10. a.
ubi & quando mortuus. 13. a. b.
Hilderici dejectio à throno excitavit motus in Francia. 12. a.
Hildebaldus quis. 145. a. b.
Hildegarda cujus filia. 90. a. b.
an Caroli M. secunda vel tertia uxor. 90. b.
quando à Carolo in uxorem ducta. 90. a.
quot liberos pepererit. 91. b. 92. a.
Hiltegarda monialis quando vixerit. 197. b.
exstruxit monasterium S. Mariae apud Tigurinos. ibid.
Hildegardae tres ut plurimum inter se confunduntur. 197. a. b.
Hilinonum sedes. 70. b. 194. b.
Hilinonicum bellum quando & cur susceperit Carolus. 70. a.
Hiltrudis filia Caroli Martelli. 60. a.
filia Caroli Magni. 92. b.
Himiltruda Concubina Caroli M. 101. b.
Hispanici belli initium. 52. a.
Historici veri criterium. 6. a. 158. b. 159. a. b.
Historia & Annales an differant. 6. b.
Homeliae sub Carolo M. vertuntur in linguam Romanam. 4. a.
Horologium artificiosissimum Aaron donat Carolo. 82. a.
Hose quid sit. 110. b.
Hugo filius Caroli M. 93. a. b.
Hunaldus an Waifarii frater. 37. a.
capitur à Carolo M. 37. a. 38.
dimissus Romam tendit. 37. a.
à Langobardis propter res novas occiditur. ibid.
Hungari unde dicti. 65. a. 192. b.
Huni unde denominati. 65. b.
Huni Asiatici & Europaei. 65. a.
Hunorum Europaeorum sedes. 65. a. 66. b.
Reges semper dicti Cagani. 67. a. b. 68. a. 193. a.
Hunici belli causa & origo. 65. a. b. 66. a. b.
Huni tribus affliguntur praeliis. 66. b. 67. a.
Hunicum bellum quando finitum. 66. b.

I.

Janitores ultimi sunt Ecclesiastici ordinis. 121. b.
Ibnalarabi quis. 52. a. b.
Jesse ubi Episcopus. 146. b.
Imma Eginharti uxor an Caroli filia. 100. a. b.
Imperatoris nomen quando Carolus acceperit. 107. a.
titulum aversabatur Carolus. 127. b.
Imperium an haereditatis vel electionis jure ad Ludovicum pervenerit. 134. a. b.
Ingelhemii an Carolus natus. 35. a.
Carolus habuit Palatium. 85 b.
Ingenui Francorum tantum comam alebant. 200. a. b.
Interula quid. 109. b.
Johannes quis. 146. a.
Irmino ubi Abbas. 147. a.
Itali & Siculi etiam sub Francorum nomine occurrunt in Scriptoribus medii Aevi. 196. a.
Judicium Westphalicum an Carolus instituerit. 44. a.
Jugitas quid notet. 37. b. 38. a.

L.

Laidradus quis. 146. a.
Lanificio operam dabant filiae Caroli M. 96. a.
Laureshaimensis Coenobii situs. 60. b.
Lector quid apud Majores nostros. 114. b.
Leges diversarum gentium Carolus describere fecit. 130. a.
Leo Papa an excaecatus & lingua truncatus fuerit. 124. a. b. 125. a. b. 206. a.
jussu Pop. Rom. Carolum M. Imperatorem unxit. 206. b.
Leutberga Desiderii filia & Tassilonis uxor. 58. b.
detruditur cum filiabus in monasterium. 59. a. 60. b.
Lezo Dux Bohemorum. 69. b.
Liheſi ubi. 45. b.
Limitum praefecti & custodes quinam. 56. a. 191. a.
Littorum Comites qui. 56. b.
Liudolfus Comes de Immenhausen. 61. b.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [314] - -
PUBLIC DOMAIN

Longobardi unde dicti. 39. b.
quamdiu inhabitarint Italiam. 39. a.
Longobardici belli initium. 39.
Lotharingi unde nomen suum acceperint. 9. a. 185. b.
Lotharius junior excommunicatur à Papa. 185. b.
Ludovicus filius Caroli M. 91.
in conventu Procerum à Carolo in societatem Imperii assumitur. 134.
ubi & quando mortuus. 196. b.
Luidgardim sibi jungit Carolus. 92.
Lupinum Saronatum unde Meyenfeld. 172. b.
Lupus Vasconum Dux tradit Hunaldum. 38.
a Ludovico in exilium mittitur. 38. a.
Lutici Sclavi quinam. 62. b.
Lutrinis pellibus Carolus pectus muniebat. 112. a.

M.

Magni vocantur & Carolus Calvus & Crassus. 3. a, 157. b. 158. a. b.
Maji-Campus quid. 16. b. 17. a 25. b. 1-2. a. b.
an ab Urbe Meyenfeld dictus. 17. a. b.
Major quid notet. 165. a. & seqq.
an idem cum hodierno Meyer. 165. b.
Major-Domus quid. 166. a.
summam habebat potestatem sub Merovingis. 13. 18. a. b. 166. a. b. & seqq.
quomodo in aula Constantinopolitana dictus. 13. b.
quis primus & ultimus. 167. a. b.
fit Carolus Martellus jure haereditario. 18.
Majorum Domus variae denominationes. 163. & 164.
distinctio in eos qui Reges, & illos qui sub Regibus fuerunt, an admittenda sit. 168. a.
Majores Domus an conveniant cum Praefecto Praetorio. 164. a.
dicti postea Seneschalli. 13. b.
an etiam Episcopi fuerint. 168. b. & seqq.
Majus unde Winnemanoth. 133. a.
Mallum quid notet. 173. a. 174. a.
Mallare. 173. a.
Mamaccam Merovingi Pipini Herstalli aetate incolebant. 15. b.
Mannire ad mallum quid. 173. a.
Mansus quid. 199. a.
Marckgraff unde. 56. a. 191. a.
Martel quid notet. 19. a.
Martellus cur dicatur Carolus. 19 b.
dicti sunt plures Principes ibid.
Martius unde Lenzinmanoth. 132. b.
Martii Kalendis an omnes Francorum Reges inaugurati. 26. a. 27. b. 28. a.
Martis Campus quid. 16. b. 17. a.
Martyrum vitas colligere jussit Carolus. 120. b.
Mathalgardis concubina Caroli. 92.
peperit Carolo Rothildim. 92.
Mauri depraedantur portus & Insulas in Italia. 87. b.
Meistergesänge, quid. 130. b.
Mensibus quae nomina imposuerit Carolus, 132. 133.
Merovaeus an Clodionis filius. 163. a.
Merovingi unde dicti. 9. a. 163. a.
quamdiu regnarint. 9. a.
quando à virtute sua defecerint. 13. b.
bubus junctis carpento vehebantur. 16. a.
Merovingorum vitae conditio. 13. 14. 15. 16. 18.
Metropolitanae Civitates quot fuerint in Regno Francorum tempore Caroli M. 143. 215. a. b. 216. 217. a.
Mette singen unde. 121. b.
Missa quoties singulis diebus celebraretur tempore Caroli. 121. a.
Missi Regii annuatim mittebantur in provincias ad mallum. 173. a.

Mo-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [315] - -
PUBLIC DOMAIN

Modernus idem quod hodiernus. 7. a. 160. a. b.
Monachi cur tondeantur. 200. a. b.
cur medio aevo & pueros raserint. 201. b.
Monachorum tonsurae olim latiores quam hodie. 201. a.
vestitus quinam olim fuerit. 199. b.
Monasterium idem olim, quod nunc Carceres Principum. 101. b. 201. b.

N.

N. R. literae quid notent in Nummis Francorum. 30. b.
Nativitatis & conceptionis locus an unus idemque. 34. b.
Neustriae vox varie accipitur. 28. b.
sub Carolingis alio sensu accipitur. 30. a. b.
Neustriae fines varii. 28. b. 29. a.
Nicaea devastatur à Mauris. 88. a.
Nomina maximis bestiis congrua imponebant veteres. 82. a.
Nordanimbri quinam populi. 79. a.
Nordmanni qui. 63. b.
à Francis bello appetuntur. 71. a.
Notkerus Balbulus an scripserit Vitam Caroli M. 2. a.
Notpertus fuit Abbas S. Galli. 198. b.
Novalis locus qualis. 198. b.
Noviomagi an novum palatium exstruxerit Carolus. 86. a.
Numerus rotundus pro non completo. 25. b.

O.

Obsidatus quid notet. 58. a. 191. b.
Oculata fides quid. 6. b. 160. a.
Oculi effodiuntur rebellibus. 102. b.
Offa Rex Merciorum. 79. a.
Oppidum quid. 179. a.
Optimates Franciae Carolomannum & Pipinum contra Griphonem instigant. 21. b.
Orare quid notet. 116. b.
Orosius ab Alfredo Rege vertitur in linguam Anglicam. 207. b.
Osculandi pedes mos quando ortus. 162. b. & seqq.
Osnegge mons ubi. 49. a.
Ostharmanoth unde. 43. b.
Otium quid veteribus. 175. a. b.

P.

Palatia quae exstruxerit Carolus. 85. a. b.
Pannonia quotuplex. 76. b.
Papa Romanus an habeat potestatem deponendi Impp. & Reges. 179. b. & seqq.
Paparum facta quaedam nefanda erga Impp. & Reges. 185. & seqq.
nulla fit mentio in antiquis Ecclesiarum dedicationibus. 199. b.
Parisiensem Academiam an Carolus condiderit. 86. b.
Paulus Diaconus lectiones festivales per annum compilat. 120. b.
Pauperum curam maxime gerebat Carolus. 122. b.
Peregrini an Reipubl. admovendi. 103. b. 104. a.
amabantur à Carolo. 103. b.
Peregrinationes ad loca SS. & olim superstitiosae habitae sunt. 176. b. & seqq.
Petrus Pisanus Praeceptor Caroli. 117. a.
Pipinus Grossus an Rex fuerit. 168. a.
Abavus Caroli M. 20. b.
Vocatur *Vetulus* &c. 20. b.
quando mortuus. ibid.
Pipinus Pater Caroli M. dictus *brevis*. 3. a.
per matrem ex stirpe regia fuit. 174. b.
varia apud Scriptores habet agnomina. 174. a.
in conventu publico Rex declaratur. 12. a.
an Kalend. Martii à Bonifacio unctus & inauguratus sit. 11. b. 12. a. 26. a.
an bis unctus. 13. a.
quando ad Regnum pervenerit. 11. a. 25. a. b.
an tempore Zachariae Papae jamdum Rex fuerit. 12. b.
cur ante unctionem solus regnasse dicatur. 26. b.

an anno 741. & 742. in Thuringia fuerit. 34. b.
quando Burgundicam ſuſceperit expeditionem. 34. b.
cur & quando ſuſceperit bellum Aquitanicum. 27. a. b.
cum fratre provincias bello acquiſitas dividit. 22. a.
quas Provincias acceperit. 21. b.
exercitum ducit contra Aiſtulphum. 39. a.
bis cum Aiſtulpho pacem facit. 39. b.
quot conventus ſingulis annis celebraverit. 18. a.
Conventum ex Martio in Majum & cur tranſtulerit. 17. b.
quot annis vixerit. 27. b.
quot annos regnaverit 25. a.
quando mortuus. 25. a. 27. b.
Pipinus C. M. filius Rex Italiae fuit 96 b.
antea dictus Carolomannus. 96. b.
Pipinus Caroli M. filius naturalis conſpirat contra patrem. 101. b.
detruditur in coenobium. ibid.
Pipinus Carolomanni II. filius. 32. b.
Placitum quid apud Francos. 172. a.
Placitare quid. 173. a.
Plebs quomodo crinibus à Rege & Magnatibus diſcerneretur. 171. a.
Poloni quando Regem acceperint. 196. a.
Pons Caroli M. apud Moguntiacum incendio conſumitur. 84. b.
Pontii Diaconi vita Cypriani MS. ubi inventa. 145. a.
Potentiorum cauſae coram cujus judicio definitae. 115. a. b.
Praefectus Praetorio & Urbis an olim diſcretae dignitatis. 171. b. & ſeqq.
Primatus an idem quod Major-Domatus. 169. b.
Principes & Reges cur ſe fratres vocent. 128. b.
Prodigia quaenam ante Caroli mortem viſa. 137. a. & ſeqq.
anxie obſervabant Franci. 138. a.
Provinciarum judices quinam. 61. a. b.
Pruſici nominis prima mentio ubi. 64. b.
Pyrenaeis in montibus caeditur Caroli exercitus. 53. b.

R.

Radbodus à Car. Mart. ſuperatur. 19. b.
Raginfridus à C. Mart. vincitur. 19. b.
Regia Hunorum diripitur à Francis. 67. a.
Regiam cur Aquisgrani exſtruxerit Carolus. 108. b.
Regina Concubina Caroli M. 93.
Reginae maritos ſequebantur in expeditiones bellicas. 35. a. b.
Regum transmarinorum amicitiam cur expetierit Carolus. 122. b.
variarum gentium epitheta & cognomina. 193. a.
Reregi qui populi. 62. b.
Rhenones quid ſint. 112. a.
Richolfus. 145. b.
Richvvinus. 147. b.
Ringus Hunorum Regis. 67. a. b.
Ripuaria Lex quibus data. 129. a. b.
Roma an agnoverit dominium Caroli. 126. a. b.
Romam priſtinae auctoritati reſtituere unice ſtudet Carolus. 123 a.
Romipetae quinam. 176. a. b. & ſeqq.
quomodo veſtiti. ibid.
Rothais filia Caroli M. 92.
Rothildis filia Caroli M. 92.
Rothrudis filia Caroli M. primogenita. 92.
quando deſponſata Conſtantino. 92. a. 97. a.
Conſtantino non jungitur. 92. a. 97. a.
ex illegitimo thoro ſuſcepit Ludovicum. 92. a.
obiit. 97. a.
Ruotgaudus rebellis Carolo. 40. b.
capite truncatur. ibid.
Ruſticus ſermo quis. 4. a.
Rutlandus quis. 55. a. b. 56. a.
an Comes Palatii & Caroli M. nepos. 55. a. b.
ubi mortuus. ibid.
Martyribus accenſetur. ibid.

S.

Sacrificare an idem notet ac communionem dare populo. 204. b.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [317] - -
PUBLIC DOMAIN

Sacrificium quid. 121. a. 203. b. & seqq.
olim quoties celebratum. 204. b.
Sagum quid. 218. b.
Sagmata quid sint. 218. b.
Sala fluvius ubi. 73.
Salica Lex quae. 129. a. b.
Salodurensem Ecclesiam quis condiderit. 197. a.
Salzgrebe unde. 61. b.
Sancti qui vocentur in S. Scriptura & Patribus. 179. a.
Saraceni ingenti clade afficiuntur. 20. a.
an à solo Eudone ope spongiae Papalis victi. 20. a. b.
Saracenorum quot à Car. Mart. caesi. ibid.
nomina maxime depravata sunt. 52. b.
Saxo Poëta quando vixerit. 2. a.
exscripsit Eginhardum de Vita C. M. & Annales ejus. ibid.
Saxones quaenam idola coluerint. 43. a.
Religionem Christianam coacti suscipiunt. 46. b.
devastant Hasiam. 42. b.
frustra Ecclesiam S. Bonifacii incendere tentant. 42. b.
superantur in Hasia & ubi. 45. b.
maximas ubivis patiuntur clades. 42. b. 45. a. b.
quoties aperto Marte cum Carolo M. pugnarint. 49. a.
ubi pacem cum C. M. fecerint, 51. b.
Saxoniae & Franciae termini olim contigui. 44. b.
antiquae & novae fines. 75. b. 76. a. b
Saxonicum bellum quando & cur susceptum. 42. b.
quando finitum. 50. a. 51. a.
Scabini legis periti Comitibus in provinciis adjungebantur. 61. b.
Schach quid notet. 173. b.
Schacharium quid. ibid.
Sclavorum origo. 62. a.
quibus populis hoc nomen commune. 62. b. 64. a. 77. b.
Sclavica lingua ubi in usu fuerit. 77. b.
Scoti an olim & Hyberniam incoluerint. 79. a.
Scotorum Reges Carolo familiares. 79. a. b.
Scribae apud Romanos servilis erant conditionis. 4. a. b.
apud Graecos honesti & ingenui censebantur. 4 b.
fuerunt varii ordinis. ibid.
adjurati comparantur cum Logotheta Magno & Quaestoribus S. Palatii. ibid.
Seneschallus quid. 54. a.
an idem cum Majore-Domus. 14. a.
Senior quid medii aevi Scriptoribus notet. 164. b. & seqq.
Sepulchrum Christi Aaron tradit Carolo. 81. a. b.
Siagrius an filius Carolomanni. 32. b.
fuit Episcopns Niceae. ibid.
Sinus Codani descriptio. 63. a. b.
Solium Reg. Francorum an aureum. 15. a.
Solitudo an idem quod secessus. 179. b.
Sorabi an diversi ab Suburbis. 77. b. 78. a. 192. a.
Soracte mons ubi. 23. b. 175. b.
Statura Caroli M. 104. b. 202. a.
Stephanus Papa an salva temporum ratione Hildericum deponere potuerit. 12. a.
Acta Zachariae de deponendo Hilderico confirmat & exequitur. 12. a. b.
Subucula quid. 109. b.
Sueones an etiam Nortmanni dicti. 62. b.
Suspectus pro suspicio. 31. b.

T.

Tabulis eburneis ceratis inscribebant Franci. 119. a.
Tassilo natus ex Utilone & Hiltrude filia Caroli Martelli. 58. a. 60. a.
Dux Bajoariae rebellionem meditatur. 58. a.
deficit à Pipino in expeditione Aquitanica. ibid.
per Papam Pipino se iterum conciliare studet. 58. b.
gener Desiderii. 58. b. 59. a.
societatem init cum Hunis. 58. b.
dat suae fidei obsides C. M. ibid.
damnatur capite. 60. a.

da-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [318] - -
PUBLIC DOMAIN

detondetur & monaſterio includitur more iu lege Bajoariorum conſtituto. 60. a. 61. a.
quae monaſteria incoluerit. 60. b.
quot filios habuerit. 59. b. & ſeqq.
ubi ſepultus. 60. b.
Templorum variae denominationes. 198. a.
Teſtamenta quot fecerit Carolus M. 141. b.
Thederichus filius Caroli M. 93.
Thedrada filia Caroli M. 92. b.
Pipini Regis Italiae. 97.
Theodo filius Taſſilonis in obſidem datur Carolo. 58. b. 59. b.
cui monaſterio incluſus fuerit. 60. b.
Theotbertus filius Taſſilonis. 60. a.
Thietmelle ubi. 49. a.
unde nomen acceperit. 49. a. b.
Thinc quid Danis notet. 172. b.
Thoron Idolum Thuringorum. 75. a.
Thumbherren unde dicti. 213. b.
Thuringi unde nomen ſuum acceperint. 9. a. 75. a.
Thuringia ad quem jure diviſionis inter Carolomannum & Pipinum pertinuerit. 35. a.
Ticinum quamdiu à Carolo obſeſſum. 40. a.
Tonſura olim & ignominioſa fuit. 201. a.
Tonſurae origo. 200. a. b.
Monachorum olim latiores erant quam hodie. 201. a.
Transalbiani Saxones cur in exilium miſſi. 47. a. b. 48. a.
in quas regiones deducti. 48. a.
revertuntur in patriam. 47. b. 48. a.
Tudites quare vocatus Car. Mart. 19. a.
Turpinus eſt fabuloſus vitae Caroli M. ſcriptor. 1. a. b.
quando vixerit. 81. b.

V.

Vaſcones ſunt perfidi. 53. a. b.
an tempore Caroli M. fuerint Chriſtiani. 56. a.
extremum agmen Exercitus Carolini proſternunt. 53. a.
Venationibus maxime indulgebant Franci. 95. b. 106. b.
Venetiae an Francis unquam ſubjectae fuerint. 77. a. b.
Ventis nomina impoſuit Carolus M. 133.
Veſtitus Caroli M. 109. & ſeqq.
Monachorum olim vilis erat. 199. b.
Veteres inter epulas de rebus graviſſimis deliberabant. 173. a. b.
Viaticum quid medii aevi Scriptoribus. 135. a.
Vicarii adjungebantur Comitibus in provinciis. 61. b.
Vicedominatus an idem quod Major-Domatus. 169. b.
Victi olim tondebantur. 170. b.
Vita contemplativa quid. 22. b.
Vota Majores noſtri concipiebant Romam eundi. 123. b. 176. a.
Romae ſolvendi ſtudium & majoribus noſtris exoſum. 176. b. & ſeqq.
Urbes an Caroli M. aetate fuerint in Saxonia. 49. b. 50. a.
quaenam captae in Hiſpania. 52. b.

W.

Waiferus rebellat contra Pipinum. 27. a.
occiditur à ſuis. ibid.
Walach quis. 147. a.
Waltgaudus quinam. 146. b.
Warph quid Danis notet. 172. b.
Watſpenda. 199. a.
Welatabi unde dicti. 62. b.
iidem ſunt cum Wilſis. 62. a.
Weſtphalicum judicium an Carolus M. inſtituerit. 44. a. b.
Wilſi unde dicti. 62. a.
ubi habitarint. ibid.
dicti & Leutici vel Lutici. 62. b.
aggrediuntur Abodritos. 63. a.
ſuperantur ope Francorum ab Abodritis. 63. a. 64. b.
Wilzan princeps Wilſorum Regulus. 64. b.
Wilze an Regia Wilſorum. 65. a.
Wolfarius quis. 146. a.

Z.

Zacharias Papa an Hildericum depoſuerit. 12. a.
Pipinum an Regem declaraverit. 163. b.
fuit auctor ſed non executor depoſitionis Hilderici. 12. b.
quando mortuus. 12. a.

FINIS.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [319] - -
PUBLIC DOMAIN

ADDENDA
ET
CORRIGENDA.

Etsi omni labore & studio id operam dederim, B. L. ut errores typographici ex hac editione tollerentur, praeter spem tamen nonnulli irrepserunt, quorum indicem hic adjicere visum fuit. Si forte quidam aciem oculorum meorum effugerint, ipse ut corrigas, amice rogo. Et cum dies diem doceat, observavi in notis meis nonnulla esse mutanda & addenda, quae, ut suo loco insererentur, hic indicare operae pretium duxi. Cum haec pagina sub praelo sudaret, Illustrisimus Cuperus per literas ad Cel. Relandum scriptas me docuit, se ab Ill. Nuntio Pontificis apud Colonienses responsum accepisse, τὸ αὐτόγραφον Eginharti inter MSS. Epternacensis Monasterii, testante id ipso Reverendisimo Abbate, non reperiri, quod ne nescius esses, te monere volui. Vale.

IN CONTEXTU.

Pag. 64. l. 1. *alia*] lege aliae.
Pag. 79. l. 6. *excepto*] l. excepta.
Pag. 89. l. 1. *post annum repudiavit*] l. p. a. eam. r.
Pag. 96. l. 4. *Carolum ui major n. e.*] l. C. qui m. n.
Pag. 101. l. 3. *quibusdam primoribus*] l. q. è. p.
Pag. 141. l. 7. *superiora omnia*] l. omina, duae enim hae voces saepissime inter se confunduntur.

IN NOTIS.

Pag. 9. col. a. l. 7. *anno scil. sal.* 831.] l. a. s. s. 381.
l. 11. *Regis eorum*] adde filio.
col. b. l. 36. *Principium*] l. Principum.
Pag. 16. col. a. l. 5. *post vastarunt*] adde Idem Albericus Monachus tradit, quando ad annum 729. hanc historiam narrans, dicit Sarracenos *cum omnibus familiis* suis Galliam invasisse.
Pag. 17. col. a. l. 44. *post agebatur*] inseras: & copiae ad bellicas expeditiones educebantur.
Pag. 21. col. a. l. 8. *Sed*] deleatur.
col. b. l. 10. *Griponi fil. Suanech. Bav.*] lege Griponi filio suo ex Suanechilda Bavara.
Pag. 49. col. a. l. 16. *si mox*] si, deleatur.
Pag. 59. col. b. l. 13. πολυθρίλλητοι] l. πολυθρύλλητου.
Pag. 61. col. b. fin. Comitem Dodiconem ab Urbe Warburgo denominatum esse, nunc cum Illustrisimo Paderbornensium Episcopo sentio, cum nuper montem Wartberg ad Westufflenam ipsemet propius inspexerim, eumque à specula nomen suum accepisse, cujus rudera adhuc in eo visuntur, deprehenderim.
Pag. 62. col. b. l. 11. *cis*] lege ultra.
l. 14. *ultra*] lege cis.
Pag. 63. col. b. l. 36. *hanc*] l. hunc.
Pag. 65. col. b. l. 42. Ἀεοσφαλεῖς] l. Ἀ-κεοσφαλεῖς.

Pag. 68. col. b. l. 6, post verba: *à Cl. Bessélio citato*] adde, qui & idem lib. IV. c. 3. diserte testatur, quando ait: *Adparuerunt legati —— Jugurri Cacani Avarorum.*

Pag. 73. col a. l. 21. *& in MSS. meis*] interseratur: excepto Cajogonvillensi.

Pag. 76. col. b. l. 38. post *appositam*] addatur, cui & MS. Castellanum adstipulatur.

Pag. 80. col. a. l. 24. *quam*] l. quem.

Pag. 83. col. b. l. 7. ἐκης] l. ἐχης.

l. 20. *latina*] l. latine.

Pag. 84. col. a. l. 39. *cismarinis*] adde, & transmarinis.

Pag. 87. col. a. l. 8. *hac*] deleatur semel.

Pag. 93. col. b. l. 19. *Vill.*] l. Vitam.

Pag. 105. col. a. l. 8. *statura*] l. staturam.

Pag. 111. col. b. l. 38. *Mochi*] l. Monachi.

Pag. 112. col. b. l. 21, *festivitationibus*] l. festivitatibus.

Pag. 140. col. a. l. 16. *amiculo*] adde: sive chlamyde regali, ut interpretatur Saxo Poeta lib. v. de Vit. & gest. Caroli M. v. 623.

Pag. 143. col. b. l. 17. *stragulae*] l. stragula.

Pag. 170. col. a. l. 32. *Isauro*] l. Isauri.

Pag. 174. col. b. l. 41. *Dagoberto*] l. Dagoberti.

Pag. 176. col. b. l. 10. *confuge*] l. confige.

l. 37. *Cenomunensis*] l. Cenomanensis.

Pag. 216. col. a. l. 36. *Rauracensis*] l. Rauracensis.


BIBLIOTHECA REGIA HANNOVERANA

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 156, [321] - -
PUBLIC DOMAIN

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 156, [322] - -

PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 156, [323] - -


PUBLIC DOMAIN

Niedersächsische
Landesbibliothek
Hannover

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 156, [324] - -

PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 156, [325] - -

PUBLIC DOMAIN

GWLB Hannover 35
036 828 505


XIII 265.

H. Germ. XIII. 8

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 156, [326] - -


PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 156, [327] - -

PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 156, [328] - -

PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 156, [329] - -

PUBLIC DOMAIN